# ADDITIONES NOVISSIMAE

Ad Primum Tractatum

# DE BARONIBVS, ET EORVM OFFICIO

Editæ per celeberrimum V. I. D.

IOANNEM FRANCISCVM CAPIBLANCVM

Origine Patritium Beneuentanum, olim M. C. V. Iudicem.




NEAPOLI,
Ex Typographia Aegidij Longhi M.DC.XXXII.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

# ADDITIONES
## AD PRAGMATICAM PRIMAM
### De Baronibus, & eorum officio.

Num. 11.

AN neceſſariò Princeps vti debeat concilijs, vide Molfeſ.ſuper conſuetud.Neap. in prohem. 2.tom. quæſt.11.Cæuall.com.opin.645. Cancer. lib.3.c.3. nu.336. & quid in Prorege, quod omninò vti debeat, Molfeſ. ibi num.24.cum ſeq.

Num.25.

Proreges an dicantur habere ordinariam iuriſdictionē,vel delegatā,latè Cancer. lib.3. var.reſol. cap.3.nu.325.& an dicantur habere mandatum cum libera à Rege in patrimonialibus,& Procuratores ſint, vide Mutam ſuper prag. Sicil. tit.1. & an poſſint facere gratias de delictis,vel de pœnis Fiſco debitis,Muta deciſ.44.& Maſtril.de magiſt.lib.5.c.6. & an poſſint cōcedere priuilegia,Cancer.lib.3.var.reſol.nu.325.cum ſeq.

Num.96.

Legatum factum de mille ſi nupſerit, & quingentū ſi monaca fiat an ſubſiſtat, vel mille poſſit petere legataria, ſi intret Religionem, impugnatur doctrina Bart.in l.2.ff.de ijs,quæ pœnę nomine, Adde Cæuall.com.opin.241. Graſſ.de effect.cler.adducit omnes opiniones in rubr.ex nu.403.cum ſeq. & quid ſi fiat mulier tertiaria domi,faciēdo profeſſionem,vide Fontan.de pact.nupt. tom.2. fol.126.nu.55.& nu.100.& multa alia ibi notātur pertinētia ad hanc materiā.

Num.117.

Quandò Princeps poſſit diſponere ſuper iure poſitiuo in præiudicium alicuius, maximè poſt quæſitū dominium, Adde Fabr. diff.1. C.ſi contra ius, vel vtilit. publ.latè Cancer.lib.3.var.reſol.cap.3. ex nu.29.Cæuall.com.opin.906.multa notabilia adducit, & an cū cauſa poſſit diſpenſare etiā ſuper ijs, quæ ſunt iùris naturalis,quod ſic DD.affirmāt,ſed an ſufficiat cauſam enunciare,vt pręſumatur,vide Cæuall.commun.opin.529. & 578. Cancer.loc.cit.nu.100.& ſeq.

Num.126.

Princeps poterit cogere ad ſibi mutuandū,& vti functionibus fiſcalibus alienatis,eo in neceſſitate conſtituto, Cæuall. com.opin.906. num.43. licet per capitula gratiæ Rex conceſſerit non vti hac facultate, vt Regens de Ponte,in tract. de poteſt.Proreg.fol.48. & quādò ante diē exigere poſſit,vide text.in l.1.C.de condit.ex lege, Franch.deciſ.218. in fine, Barboſ.l.1.par.3.ff.ſolut.matr.

Num.134.

Licet vſusfructus alicui ſit legatus, ſi tamen verba ſint prægnantia, quæ pertineant potius ad proprietatem, quàm vſumfructum proprietas cenſetur legata, & ſic attenditur mens plus,quam miſtum verbū, Gratian. diſcept. 216.& 443. Menoch. de præſumpt. lib.3.cap. 35. dicit, quod licet donatio fiat cauſa mortis, ſi adſit pactū aliquod,quod importet perpetuitatē, tranſibit in donationem inter viuos, & bene Palat. in repet.de donat.inter virum, & vxor. in rubr.§.7.quando mens ſit attendenda, potius, quam verba.



Digitized by Google

Num. 155.

Baro an poſſit præferri volentibus vėdere, vide Mutam ſuper prag. Sicil. tit. 69. num. 6. & ſi ſit in quaſi poſſeſſione, an ſit manutenendus, vide Cancer lib. 3. var. reſol. cap. 13. nu. 258. & an hoc ius prælationis Baro poſſit alicui aliquãdo cedere, vel ſit perſonale, Grat. diſcept. 149. Giurba deciſ. 51.

Num. 161.

Cogi poteſt quis à Fiſco ad continuandũ affictum, aliquibus concurrẽtibus, vide Guttier. tract. de gabell. quæſt. 140. ſed non procedit hæc concluſio in Baronibus, quia non habent iura fiſcalia, Reg. Conſtant. tit. pœnis fiſcal. nu. 33.

Num. 163.

Baro an poſſit ſubditis prohibere extractionem victualiũ, vide Canc. lib. 3. variar. reſol. cap. 13. nu. 258. Auend. de exeq. mand. par. 2. cap. 4. nu. 20. ſi cauſa ſit iuſta, & publica, vel fiat ad cõmodum Baronis.

Num. 165.

Princeps an iure poſſit priuatiuè ad alios cõcedere, vt exerceãt aliquã artem, vel vendant aliqua bona, prohibendo alijs, Adde Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 13. ex nu. 207. cum ſeq.

Num. 179.

Neceſſitas nõ ſubiacet regulis, vt latè Viuius deciſ. 323. qui adducit exempla, neceſſitas vero alia fatalis, alia naturalis, alia legis, alia culpabilis, & differentias notat Fontan. de pact. nupt. clauſ. 4 gloſ. 9. nu. 164. ad quem recurre.

Num. 215.

Murmuratio populi ſtante potentia Baronis impedit, & interrumpit præſcriptionem ipſius in ijs, quæ occupare intendit, Fabr. diff. 1. & 10. C. de ſeruit. Vrſill. deciſ. 282. & quod Baro minori tẽpore centum annorum non præſcribat, vide Franch. deciſ. 56. nu. 4. Guttier. q. 92. lib. 1. Cancer. lib. 3. variar. reſolut. ca. 1. ex num. 94.

Num. 228.

Petitorium non eſt deducendum quando poteſt reparari in poſſeſſorio retinẽdæ, vel recuperãdæ, alias videtur quis poſſeſſorio renunciare, Cancer. latè lib. 3. cap. 4. nu. 86. cum ſeq. qui limitat in incorporalibus, vt poſſit fieri cumulatio, ſed tu latè vide ea, quæ adducit Barboſa l. ſi de vi ff. de iudic. qui totam hanc materiam explicat.

Num. 270.

Agens ad reſciſſionem contractus pretiũ ante omnia offerre debet, quod accepit, vt poſſit audiri, vide Afflict. deciſ. 220. Maſtrill. dec. 13. Gamma dec. 232. latè.

Num. 331.

Barones an præferantur volentibus locare, remanſit hæc quæſtio irreſoluta, ſed Reg. Conſtãt. C. de Palat. Domin. n. 33. tenet, Officiales poſſe præferri volentibus locare, & cogere ſolitos, ſic & Baroni talis facultas à maioritate rationis debita videtur.

## AD PRAGMATICAM III.

Num. 70.

Conceſſio, vel priuilegiũ quando verè dicatur remuneratorium, ſi fiat ob ſeruitia, ad quę ſubditus ex debito ſui officij bene explicauerat, Adde Regentē Tapiam deciſ. 6. & bene Periera deciſ. 5. poſt eum.

Num. 160.

Prorex quando iure poſſit prohibere acceſſum ad Regem, vide Regentem Tapiam dec. 27. & Giurbam latè conſ. 69. materiam declarat.

Num. 172.

Baro non poteſt conſtituere Iudicem ſecundarum cauſarum, ſeù Auditorem cũ facultate auocandi cauſas ab ordinarijs Officialibus primę inſtantię, Staiban. conſ. 74. num. 9. nam data iuriſdictione Officiali non poteſt ea auocari, nec limitari.

Num. 201.

Quod Baro non poſſit auocare cauſas ab Officiali, vltra adducta vide Fabr. diff. 1. C. de iudic. & latius Fontanell. de pactis nuptialibus clauſul. 4. gloſ. 10. ex num. 159. quia iuriſdictio ordinaria nõ poteſt minui, cùm detur à lege miniſterio hominis.

AD

Digitized by Google

## AD PRAGMATICAM IV.

Num. 22.

BArones tenentur ſalaria, ſeù prouiſionem dare Officialibus eorum sũptu, vt vltra adducta benè Gratian. diſcept. 257. nu. 14. limita ſi Baro non eſt ſolitus, quia ſportulæ ſufficiant ad qualitatem honorificam officij, Grat. diſcept. 561. nu. 15. & ſic excuſaui aliquos Barones, qui non dant prouiſionem, & dixi alia in 2. tomo cap. 20. limitando, ſi Vniuerſitas reſiſtat, nam ſi eſt ſolita, tũc Baro prouiſionẽ non poterit tollere.

Num. 26.

Baractaria, quæ propriè dicatur, vltra hic notata vide Caſtill. deciſ. 164. & qualiter exactæ probationes ſint neceſſariæ contra Officialem, idem Caſtill. deciſ. 167. vol. 2. Reg. de Ponte deciſ. 16. Muta ſuper prag. Sicil. tit. 13. prag. 3.

Num. 28.

Officialis neque à ſpontè dantibus, neque pro iuſtitia facienda quicquam recipere pōt, ſed quid in foro poli an teneatur ad reſtitutionẽ, vide Graff. in ſuis deciſ. tit. de eo, ꝙ datur official. Farin. q. 111. art. 8. videtur negatiuã tenere, & quòd Pragmatica ligat quoad pœnam, non quoad peccatum, vide Nouar. collect. 139. nu. 14. rubr. de muner. official. an ex donatis vxori, vel filijs Officialis Iudex poſſit puniri, vide D. Regent. Rouitum in prag. 2. tit. de muner. official.

Num. 59.

Baro non poteſt locare Actuariã cum prouentibus ciuilibus, nec criminalibus dixi, ſed Adde D. Reg. Conſtant. l. 1. C. pœnis fiſcal. nu. 17. lib. 10. qui adducit rationem.

Num. 73.

Pœnam à ſtatuto impoſitam fraudãti gabellam, vel ſimilia an teneatur quis ſoluere in foro poli, vide Molinam quæſt. 59. tract. de iuſtit. & iure.

Num. 96.

Pœnę conuentionales an indiſtinctè in caſu contrauentionis exigi poſſint, Adde Farin. conſ. 228. Molina quod ſic tract. de iuſtit. & iure quæſt. 97.

Num. 109.

Pœnæ impoſitæ per pragmaticã vendenti, & ementi officia, quòd nō poſſint infligi, niſi poſito Officiali in poſſeſſione, aduertit Molina tract. de iuſtit. & iure q. 91. vnde non ſufficit ſola venditio.

## AD PRAGMATICAM V.

Num. 16.

LOcumtenentem an poſſit creare Officialis in ſui abſētia, vel debeat Baro eum conſtituere, & dare iuriſdictionem, & quæ ſit differentia, quando conſtituitur ab vno, vel altero, Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 9. nu. 8.

Num. 39.

Vſusfructus conſolidatur cum proprietate mortuo vſufructuario, ſed an fructus pendentes induſtriales faciet proprietarius ſuos, ſolutis expenſis, eſt pulchra quæſtio, vide Caſtill. tract. de vſufruct. quæſt. 77. cum ſeq.

Num. 48.

Fructus, qui verè naturales, vel induſtriales ſint, notat plenè Gizzarell. deciſ. 34 & ibi, an Foueę niuis ſint fructus induſtriales, & quando bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, Franch. deciſ. 31. & Eſcobar tract. de ratiocin. cap. final. par. 2. latè.

Num. 58.

Actuarij an veniant appellatione Officialium, vt ſola Magna Curia debeat de illis cognoſcere, Adde Gizzarell. deciſ. 24. Petra ad deciſ. Gram. 40. vltra dec. Franch. hic notatam.

Num. 70.

Quod prærogatiua cognoſcendi de exceſſibus Officialium intelligatur cõmunicata Regijs Audientijs, Carau. ritu 49. in fin. & 54. Petra ad Gram. dec. 40.

Num. 72.

Quando offenſio dicatur facta Officiali intuitu officij, vide Caball caſu 148. & an quælibet offenſio etiã minima ſufficiat, vt ſola Magna Curia cognoſcat, Cabal. caſu crim. 46. negatiuè reſpondit.

Num. 81.

Officialis condẽnatus an dicatur priuatus



Digitized by Google

officio, ſi à ſententia appellauerit, vel dicatur ſuſpenſus, latè Fontanell. de pact. nupt. lib. 1. fol. 150. nu. 68. & 77. cum ſequenti.

Num. 90.

Officialis ſi erit inquiſitus, & ſuſpenſus, ſi venerit abſolutus an poſſit petere ſalarium temporis impediti, vide de Ponte conſ. 133. vol. 2. & Fontanell. de pactis nupt. fol. 153. clauſ. 4. gloſ. 10. nu. 105. ſi teneatur Baro, vel qui accuſauit, & ſi ſalarium cenſeatur conceſſum pro labore, & non pro dignitate ſi non laborauerit, quòd nõ debeatur, tenet Anna cap. 1. de vaſſallo decrep. ætat. nu. 101. ſed ſi dolus, vel culpa aliqua in Officiali adſit, ꝙ nil debetur, de Ponte d. conſ.

Num. 94.

Officiali inquiſito, & ſuſpenſo an Baro poſſit alium creare, vide Fontanel. de pact. nupt. 1. tom. fol. 153. num. 99. clauſ. 4. Gloſ. 10. & de Ponte d. conſ. 133. vol. 2.

Num. 109.

Locata terra an conductor teneatur ſtare Officiali antea prouiſo, latè fuit articulus diſcuſſus, Adde, quod ſi Officialis reperiatur in poſſeſſione, non poterit amoueri durante anno, Adde D. Reg. Rouitum conſ. 81.

Num. 126.

Officialis ſi erit refirmandus an debeat prius ſyndicari, diſputaui articulum, qui controuertitur, ſed veritas eſt, ꝙ ſi fiat noua commiſſio, & opponatur de ſyndicatu, Officialis prius erit ſyndicãdus, vt nouiſſimè Cancer. lib. 3. variar. reſol. cap. 12. num. 150. ſecus ſi tacitè continuet, vt idem num. 177. niſi Prorex diſpenſet, vt ſyndicatus in fine detur; nam ſuper ijs, quæ ſunt iuris poſitiui licitè diſpenſat, quanquàm nouiſſimè extent litteræ Regis, vt Iudices Magnæ Curiæ finito officio ſyndicentur, & non poſſint promoueri, niſi dato ſyndicatu, vt dicã infra ſingul. 136.

Num. 140.

Officialis ſine licẽtia ſi fuerit abſens, qualiter officio priuari poſſit, & quas pœnas patiatur, vide Gizzar. dec. 30. & finito anno an debeat expectare ſucceſſorẽ, vel officium poſſit derelinquere, quòd non, l. meminiſſe ff. de officio Proconſ. ſed quid ſi dolosè Baro non mittat aliũ Officialem, vt ille continuet, an poſſit per Superiorem mãdari Officiali, vt deſiſtat etiam ſi ſucceſſor nõ veniat, quod ſic parte inſtante, ſed ſit ordo Baroni, vt aliũ eligat, & interim Locũtenens exerceat, Fontanell. tom. 1. fol. 153. clauſ. 4. gloſ. 10. nu. 99. & ſic ſeruatur.

Num. 166.

Ortus, vel oriundus in loco an poſſit eſſe Officialis, & licitè poſſit ei denegari poſſeſſio, text. l. 3. ff. de offic. Aſſeſſ. dicit quod non, ſed limitat Borrell. tract. de magiſtr. cap. 5. nu. 35. ſi originarius alio loco incolatum fecerit, In Ciuitate autem Neapolis etiam ciues poſſunt officia adminiſtrare, quia præſentia Principis adeſt, ſic Addent. ad Capyc. deciſ. 168. num. 11.

Num. 169.

Officialis in Syndicatu condemnatus ob aliquam querelam an poſſit admitti ad aliud officium, diſtingue ſi pœna irroget infamiam, non poterit admitti, vt dixi ſingul. 138. ſed ſi condemnatio forſan erit ciuilis, non priuat eum, vt nõ poſſit alia exercere, Muta deciſ. 63. & quando infamia quis notetur iuris, vel facti, latè explicat Barboſa l. cum prętor §. fin. ff. de iudic. Farinac. quæſt. 17. num. 20. cum ſeq.

Num. 176.

Officialis ſi ſe cõpoſuerit cũ Parte, vel Fiſco, vel habuerit gratiam de delicto, an remaneat inhabilis ad alia, vide quę benè explicat Fontanell. de pactis nupt. lib. 1. fol. 150. clauſ. 4. gloſ. 10. num. 67 & 77. cum ſeq. & Officialis ſyndicatus, & liberatus an denuo poſſit inquiri, vide de deciſ. de Ponte 26.

## AD PRAGMATICAM VI.

Num. 19.

Prouentus nõ dici fructus propriè feudales, & an debeãt poni in releuio, vide Annã cap. 1. de vaſſall. decrep. ætat. nu. 152. quod non, quia ſubrogantur in

expenſis

expenſis, quas Baro facere debet in pertinentibus ad iuſtitiam, vti prouiſionis Officialis, & ſimilium.

Num. 40.

Deciſionē de Franch. 653. quod etiā nouis ſuperuenientibus indicijs finita inſtantia per bienniū reus non poſſit moleſtari, non vidi practicatam modò in Tribunalibus in facto, ſed contrarium, quia ex pragmat. fin. tit. de offic. Iuſtit. fuit prouiſum, quod tempus inſtantiæ Fiſco non currat, & licet ea pragmatica fuiſſet edita tempore illius deciſionis, tamen ea deciſio non ſeruatur, & habet rationem, nam tempus non debet eſſe cauſa non puniendi delicta, & ita in Collaterali referente Magn. Cur. vidi prouiſum.

Num. 57.

Quod vbi non adeſt offenſio realis poſſit fieri compoſitio etiam parte nō remittente, dicit etiam Thor. tom. 2. verbo remiſſio fuiſſe deciſum, & quod etiam in vulnere, ſi vulneratus ſit infimæ cōditionis, & offendens bonæ qualitatis poſſit fieri commutatio in pœnam pecuniariam, defendit Muſcatell. in praxi crimin. tit. de vulner. cap. ſeq. de pœnis eorum, ex nu. 12.

Num. 67.

Remiſſio filiæ dotatæ renunciatione excluſæ an requiratur, vt reus poſſit componi, vel eius querela admittatur, vide notata per D. Ricc. collect. 2080. & deciſio. D. Regent. Tapiæ 28. & quid ſi querelam proponat pro morte fratris occiſi; vide ibi Ricc. ſi noceat renunciatio. Et an pax extraiudicialis inter nobiles ſufficiat, licet non ſit facta apud acta, vide Molfeſ. conſ. 10. & ſi fuerit facta compoſitio, & poſtea aliqua pars fuerit admiſſa ad querelandum, pecunia à Barone, vel Fiſco ſit reſtituenda, ante omnia, Carau. ritu 273. nu. 5.

Num. 97.

Quod pœnæ legales, & ſtatuti ex cauſa deducta in proceſſu poſſint commutari etiam in pecuniariam, vltra adducta hic vide Auend. de exeq. mand. Regum c. 16. p. 2. ex nu. 11. qui omnes caſus recenſet, & quale debeat eſſe arbitrium Iudicis.

Num. 102.

Quod ex indicijs indubitatis in delictis atrocibus poſſit deueniri ad condemnationē ordinariæ pœnæ, Cæuall. com. opin. 337. & ſic in delictis occultis deciſum refert Peguer. deciſ. 84. & in Tribunalibus collegiatis per Pragmaticā fuit eorum arbitrio commiſſum.

Num. 105.

Quod facta condemnatione in reum pœna extraordinaria, ex indicijs poſſit etiam fieri condemnatio ad beneficium partis ad intereſſe, vide Gratian. diſcept. 144. qui articulum diſputat.

Num. 112.

Pœna poteſt alternatiua dari in ſententijs, ſed facta electione, quod nō poſſit reus variare, neque componi, vel in partem poſſit acceptare, latè Gratian. diſcept. 239. & Peguer. deciſ. 91. ſed ſi quis fuerit condemnatus in pœnam pecuniariam, quam ſoluere non poterit, quando ſententia poſſit mutari, vide Peguer. deciſ. 91. Fabr. diffin. 17. C. de ſatiſd. & compoſitus ſi pœnam nō ſoluerit infra quindecim dies, quod ſententia ſit nulla, vide prag. 9. tit. de compoſit. & qualiter tunc ſententia debeat ferri, vide Doct. ſupra cit.

Num. 128.

Quod non omnis ſubreptio annullet gratiam, ſed ea tantum, quæ talis eſt de iure, quæ annullat reſcriptum, vide Gratian. diſcept. 535. nu. 25. Giurba benè conſ. 80. nu. 21. Farin. quæſt. 6. nu. 50. limit. 5. in fine, quod nota, quod ſic in graui cauſa iudicauimus.

Num. 146.

Gratia, vel Indultus conceſſus patefacienti delictum, habet locum etiam ſi probationes plenę non adducantur, ſed ſufficientes ad torturam, ſic Viu. deciſ. 196. num. 4. & plenè Giurba conſ. 22. quod attendenda eſt intentio Principis, & eius verba, vt ille.

Num. 167.

Occidens guidatū ſub prætextu ignorantiæ, quia neſciebat guidaticum, ſed ſolum

Digitized by Google

lum foriudicationem, qualiter puniatur, ſi non docet de ignorantia, vide Menoch. de arbitr. Iud. caſu 337. Ioan. Grand. de bello exulum fol. 33. nu. 29. & Nos in Regia Audientia Salerni cõdemnauimus ad triremes militem, qui guidatum occiderat ſub colorata ignorantia, & de pœna non ſeruantis ſaluũ conductum, Farin. quæſt. 29. latè.

Num. 175.

Gratiatus quãdo reſtituatur ad priſtinum honorem, dignitatem, & bona, eſt ampla materia, vide Annam c. 1. de vaſſall. decrep. ætat. nu. 157. cum ſeq. Maſtrill. de indult. q. 22. Sforz. tract. de reſtitut. in integr. q. 92. par. 2. Peregr. tract. de iure fiſci lib. 5. tit. 2. quid ſi bona reperiantur in alium tranſlata ex fideicommiſſo, ſtante morte ciuili delinquentis, vide Annam conſ. 9. & 12. Cumia cap. ſi aliquem verſ. mortis, ſed ſi reſtitutio fiat per viam iuſtitiæ, qualiter diuerſa ſit ratio à præcedenti, vide Peregr. loco citato num. 44.

Num. 192.

Baro abutens priuilegio componendi in caſibus prohibitis, & ſic alijs priuilegijs qualiter ea facultate poſſit priuari, vide Peguer. deciſ. 36. Fabr. diffin. fin. C. quãdo liceat ſine iudice vindic. D. Regent. Tapia l. fin. ff. de conſt. Princ. fol. 229. & vtinam poneretur hæc concluſio in practica, quia non eſſent in Baronibus tanta grauamina, & iniuſtitiæ, timore pœnæ ſaltim non auderent.

Num. 193.

Vaſſallus Baronis ſi fuerit condemnatus in exilium, & fregerit fines, an poſſit à Barone gratiari, vel componi pro iſta noua fractura, quod ſic concluſi, ſed procedit, dummodò ſentẽtia exilij lata mittatur executioni, quia Baro priuatus eſt poteſtate poſt ſententiam acceptatam gratiandi, l. relegati ff. de pœn. limita ſi ſẽtẽtia exilij ſit facta à Superiore, & non ab Officiali Baronis, nam tunc videtur offenſus, qui ſententiam tulit, & contra eius præceptum contrauenitur, ſic Grat. diſcept. 226. plenè, & dixi infra pragmat. 7. num. 45. vnde Baro non poterit ſe intromittere.

## AD PRAGMATICAM VII.

Num. 17.

Baro an poſſit interdicere in ſententia vaſſallo, vt exulet per tot milliaria vltra ſuum territorium, & ſi contraueniat an poſſit punire, vel vti vltra territoriũ ſententia ſit nulla, ex l. fin. ff. de iuriſd. omn. Iud. vide quæ cumulat D. Ricc. collect. 2043. Peguer. deciſ. 89.

Num. 21.

Exiliatus à Ciuitate, & Terra an cenſeatur etiam a Suburbijs, & territorio, vide Gizzarell. dec. 23. benè Cancer. lib. 3. variar. reſol. cap. 3. apud quos recurre, & condemnatus ad triremes ad faciendum tres nauigationes, an ſi fecerit vnam, & diù poſtea ſteterit in triremibus, & per eum non ſteterit, debeat relaxari, vide Gizzar. deciſ. 64.

Num. 30.

Conceſſio facta ad beneplacitum, ex qua transfertur dominium, an verè cenſeatur præcaria, vide de Ponte conſ. 98. vol. 2. & de materia beneplaciti qualiter expiret, vltra adducta, & declarata hic vide Barboſ. l. quia tale ex nu. 78. ff. ſolut. matrim. & de officio conceſſo ad beneplacitum, quod ſine cauſa nõ poſſit reuocari, latè Fontan. de pact. nupt. fol. 157. ex nu. 145. clauſ. 4. gl. x. par. 1.

Num. 38.

Delicta robariæ, & furti, & ſimiliũ faciunt perdere priuilegia nobilitatis, Farinac. q. 98. cauſ. 14. nu. 116. Muta dec. 63.

## AD PRIMAM PARTEM Octauæ Pragmaticæ.

Num. 17.

Conceſſo feudo quaternato infra annum Baro debet procurare ſibi præſtari iuramentum aſſecurationis a vaſſallis, & ipſe præſtare iuramentum fidelitatis Regi, vt pragm. 19. tit. de feud. & erat iuſta cauſa priuationis feudi, quid autem importent hæc iuramenta, vltra adducta vide nouiſſimè Fontan. de

Digitized by Google

de pact. nupt. tom. 1. clauſul. 4. gloſ. 10. nu. 13. cum ſeq. & Iacobin. de feud. tit. de homag. & q̄ poſſint per Procuratorem dicta iuramenta præſtari, Viu. com. opin. 190.

Num. 4.

Officium ſi erit conceſſum etiam pro perſona nominanda in vita, vel morte, an ſi ille non nominauerit, nominatio euaneſcat, vide de Ponte conſ. 109. vol. 2. Gratian. diſcept. 221. D. Ricc. multa coaceruat ad hanc materiam collect. 2017. & quid ſi habens officium ſit exiliatus, vel foriudicatus, an amittat beneficium nominãdi, vide D. Regentem Rouitum conſ. 56. vol. 2.

Num. 46.

Conceſſiones in officium, & omnia alia licet burgenſatica, & libera, quæ habẽt annexam dignitatem ſine aſſenſu alienari non poſſunt, licet non ſint feudalia, vltra adducta vide Palat. rubr. de donat. inter virum, & vxorem §. 37. nu. 13. fol. 102.

Num. 54.

Intra territorium alicuius Baronis poterit alter habere aliquam iuriſdictionem in aliquod negotium, vel in partẽ quotatiuam, quod eſt notandum, de Ponte conſ. 21. num. 7. Fabr. C. de iuriſd. omn. Iud. diffin. 28.

Num. 58.

Caſalia nõ per hoc, q̄ sũt ſubiecta Ciuitati, nõ dicuntur ſeparata in reliquis circa regimina, & onera, latè Gizza. dec. 74.

Num. 87.

Priuilegia ſingularia conceſſa alicui Principi cenſentur data ratione perſonæ, & ſic perſonalia præſumuntur de iure, vnde licet fiat alienatio cum aſſenſu, ſi de illis non ſit facta ſpecialis mentio, nõ videntur tributa, & vltra notata hic adde Menoch. tract. de præſumpt. lib. 3. cap. 103. & latè Barboſa explicat in l. quia perſonale ff. ſoluto matrim.

Num. 112.

Differentia magna eſt eſſe vaſſallum, & eſſe ſubditũ, vaſſallus ratione feudi quis propriè dicitur, & obligatus eſt ad multa, quæ fidelitatem important, & plura requirit, quæ non obligant ſubditos, ſic Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 10. nu. 29.

Num. 159.

Quod prælatio, & ius congrui detur etiam in locatione, vide Paſcal. de patria poteſtate cap. 1. par. 1. in fine, Thorus 2. tomo deciſ. verbo prælatio.

Num. 164.

Sicuti Princeps non debet poſt conceſſum feudum in eo ſe intromittere, quia vtilis præfertur Domino directo, ſic etiam miniſtri, & ꝓpterea neq; Nuntij Regij, neque alij Officiales ſine licentia Baronis poterint aliquam iuriſdictionem, & actum explicare ſine illius licentia, quia ſaltim ille recognoſcere debet, an vera ſit cõmiſſio, ſic Cancer. lib. 3. var. reſol. c. 13. nu. 218. niſi eſſet ſuperior Magiſtratus, pro quo præſumitur, vt ibi Cancer. nu. 217. & ita notat Fabr. C. de iuriſd. omn. Iud. diffin. 23. & ſi clandeſtinè citaretur ſubditus ſine licẽtia an actus ſit nullus, vide Farin. quæſt. 7. nu. 40.

Num. 168.

Prorex an poſſit facere gratiam vaſſallo Baronis, ſi iuriſdictio, & cognitio delicti pertineat ad illum, quod non Teſſ. dec. 116. niſi ex iuſta cauſa, prout in indultis ꝓ quiete publica, & ſimilibus, Cancer. lib. 3. cap. 3. num. 316. & cap. 7. nu. 80. item per viam legis generalis poteſt inueſtitis præiudicare, idem Cancer. lib. 3. tit. de priuileg. nu. 315.

Num. 180.

Si Baro deleget aliquam cauſam an poſſit appellari ad ipſum delegantem, & peti ab eo alius Iudex, vt reuideat iudicatum, quod ſic videatur de iure l. 3. ff. quis, & à quo, ſed iſta lex procedit in Principe, nõ in Barone, ſi habeat ſolum primam inſtantiã ſine priuilegio ſecundarum cauſarum, ita Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 3. nu. 316. cum ſeq. & ita plures in facto reſpõdi, & vidi iudicatum, aliàs per indirectum Baro appropriaret ſibi ſecundas cauſas.

Num. 191.

Si electio ex pluribus nominatis ab Vniuerſitate, vti Catapanorum, Baiulorum, & ſimilium pertineat ex priuilegio, vel legi

legis

legitima conſuetudine ad Baronem, an iuriſdictio, & actus debeat tribui nominanti, vel eligenti, eſt vtilis quæſtio, quę in facto mihi accidit, maximè ad quem ſit appellandum, & recurrendum, cum de ijs, quæ pertineant ad Vniuerſitates, ipſę ad Regios Superiores recurrere poterint, & non ad Barones, Franch. dec. 511. ſed q ius debeat tribui eligenti, & non nominanti, reſoluunt DD. Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 9. nu. 35. Auend. de exeq. mand. Regum cap. 19. num. 21. & latè Barboſa d. l. quia perſonale nu. 95. Fontan. de pact. nupt. fol. 157. nu. 137. clauſ. 4. gloſ. 10. par. 1.

Num. 230.

Pœnæ dupli, & tripli per leges, & ſtatuta impoſitæ debentur parti, ſi imponuntur ob cauſam ciuilem, Auendan. de exeq. mandat. Regum fol. 35. & an pro pœnis detur tacita hypotheca cum prælatione, vide Regent. Conſtant. l. 1. C. pœnis fiſcal. lib. 11.

Num. 234.

Baro non habet Fiſcum, & non poteſt cōſtituere Aduocatum, vel Procuratorem fiſcalē, vt Regens Conſtant. l. 1. C. pœn. fiſcal. ſolum Coadiutorem Curiæ, qui aſſiſtat loco ſui in criminalibus, cuius perſona legitima reputatur ad inſiſtendum, debetq; in omnibus audiri, vti Fiſcales in Regijs Tribunalibus, alias acta ſunt nulla, ſic Maſtrill. tract. de indultu quæſt. 36. nu. 16. Auend. de exequend. mand. fol. 81.

Num. 259.

Baronibus interdicta eſt adminiſtratio iuſtitiæ, ſed ea debet per ſuos Officiales exerceri, & proinde neq; poterint mandare, & memorialia expedire Officiali, vt ſic obſeruēt, & faciāt in pertinētibus ad exercitium officij, Auend. cap. 5. nu. 7. par. 1. Maſtrill. tract. de magiſtr. lib. 4. cap. 16. num. 185.

Num. 292.

Baro, qui habet territorium propè mare, ſi delictum fiat intus mare non multum diſtans à territorio an dicatur habere iuriſdictionē in eo, & quòd per milliaria duo extendatur, vide Mutā ſuper prag. mat. Sicil. tit. 76. Regent. Tapia deciſ. 22. vltra notata hoc loco, & quòd iuriſdictio Magni Admirati non extendatur priuatiuè ad Barones per dictā diſtantiam, Gizzarell. deciſ. 76. & ibi declarat pertinentia ad hoc officium Mag. Admirati, & eius præheminentiam, & latè Reg. Conſtant. C. de re milit.

Num. 297.

Iuriſdictio in pertinentibus ad aſſiſiam, & electio Catapanorū, ſeù Graſſeriorum an ſit Baronis, vel Vniuerſitatis, dixi 2. tomo quæſt. 9. & quando pertinet ad Vniuerſitatem, an Catapani poſſint imponere pœnas ſine licentia Officialis, & eas exigere à contrauenientibus, vide quæ latè congerit Muta ſuper pragm. Siciliæ titulo de officio ediliū, & qualiter corrupta poſſint eijcere, vide Auendan. de exequend. mandat. Regum cap. 19. num. 30. latè.

Num. 300.

Clauſula, prout plenius tui prædeceſſores tenuerunt, operatur, vt relatum ſit in referētē, Capyc. in inueſt. in verbo clauſula, ſed limitatur in exceptis, vbi ſpecialis mentio tunc eſt facienda, Franch. deciſ. 275. & 458. Barboſa l. quia perſonale nu. 6. ff ſoluto matrim. Seſe dec. 93. de Ponte conſ. 88. vol. 2. & ſic ſi in prima inueſtitura adſint multa ſpecialia fauore illius perſonæ conceſſa, debēt ſpecificè poni in alijs inueſtituris.

Num. 338.

Perſonis priuilegiatis competere non ſolū fori electionem, ſed reuariationem dixi ex ritu hic notato, inde à Magna Curia, & Sacro Conſilio pōt reuariari ad Curiam Baronalem domicilij; ſed aduerte quod nō procedit hæc regula, vt à Magna Curia poſſit variari ad Sacrū Conſilium, vt obſeruatum refert Staiban. conſ. 74. verum eſt, vt hic notaui, quod ſemper reuariationes à maiori ad minorem ſunt ſuſpectæ, Franch. dec. 100. & Superiores antequam remittant, faciant ſuas diligentias.

Num. 375.

Iuriſdictio Baiulationis Baronū ciuilis eſt, & pręcipuè verſatur circa cognitionem facien-

Digitized by Google

facientiũ damna in territorijs, in hortis, & ſeminatis, vt hic explicaui, ſed an poſſit cognoſcere de liquidatione inſtrumenti, vide D. Regent. Rouit. titulo de officio Baiuli latè, & an incidenter ſi fuerit offenſa ſua iuriſdictio, prout in facto accidit, ꝙ fuit verberatus Nuntius Baiuli intuitu officij, Baiulus poſſit is cognoſcere, & punire, quod ſic vidi deciſum in Regia Camera pro Baiulo Coſentiæ, & conferunt adducta per D. Riccium collect. 143. in fine, vltra ea, quæ hic adduxi Anna conſil. 107. explicat, quãdo Iudex ciuilis poſſit vti criminali virtute cauſæ.

Num. 380.

Quod cædens ligna ſilueſtria, licet fructifera pœna damni teneatur, & non pœna legis ff. arborum furtim cęſarum, quæ eſt ſupra relegationem, vt l. 2. nam procedit in fructibus ab homine plantatis, ſecus à natura productis, ſic Molina tract. de iuſtit. & iure quæſt. 58. Auend. de exeq. mand. Regum cap. 4. nu. 28.

Num. 389.

Nuntijs, & alijs deputatis ad officium Baiulationis, & cuſtodię creditur, ſi quempiã reperierint cõtraueniendo, & damnũ faciendo, nàm cenſẽtur approbati, & datur de iure illis authoritas capiẽdi animalia, & pignora capiendi, ſic Auend. de exeq. mand. Regum par. 1. cap. 13. ex nu. 12. & etiam damnum paſſo creditur, quando habet animalia in ſui poſſe, Mura deciſ. 27. nu. 24.

## AD SECVNDAM PARTEM Pragmaticæ VIII.

Num. 2.

QVod deſtinatio hominis nomen rebus imponat, & ea attendatur ad cognoſcendum, quæ non habent certã proprietatem de iure, & conſuetudine, & in facto ſic reſpõdi, dum eſſet à Principe Montismilitum filio D. Leonardi Tocco legata la *Gallaria*, quæ de iure, nec de generali cõſuetudine habet veram ſignificationem, recurrimus ad deſtinationem, quam faciebat Princeps deſtinando, & applicando res ad contemplationem Gallariæ, ſic Surd. deciſ. 241. nu. 12. Mantica de coniect. vltim. volunt. tit. 11.

Num. 9.

Vniuerſitas, ſeù illius homines an poſſint cogi, vt faciant excubias de nocte, vel die in locis maritimis, vel teneatur Baro ſuis expenſis facere cuſtodire, vide Auend. de exeq. mand. cap. 3. par. 2. & quæ dixi 2. tomo pragm. 19. cap. 90. & an ſubditi poſſint cogi ad reficiendum Caſtrum dirutum, ſi ſit neceſſarium pro eorum defenſione, diſtingue vt Cancer. lib. 3. variar. reſolut. cap. 13. & an Vniuerſitas ſine licentia Proregis poſſit facere turres, & fortalitia pro ſua defẽſione, Auend. cap. 2. par. 2. quod non, ſed quid pro reparando vide cap. ſeq. loco citato.

Num. 19.

Finium probatio difficilis eſt, & de iure recurritur ad coniecturas, montes, flumina, lapides, valles, vide Auendan. de exeq. mandat. Regum cap. 4. par. 1. Gratian. diſcept. 595. vbi ponit practicam, & modum articulandi, & qualiter mutentur ex tempore, & probentur, idẽ Gratian. diſcept. 437.

Num. 45.

Quod in locis, & vijs publicis nullus quicquã facere poſſit ſine licẽtia Principis, & Vniuerſitatis cõſenſu, ſũt noti termini, ſed an aliquam ſeruitutẽ quis acquirere poſſit præſcriptione in dictis locis, nota ꝙ nulla præſcriptio aduerſus publica fundari põt, ſic aduertit Auend. de exeq. mand. cap. 12. nu. 16. DD. l. 1. C. ne rei domin. vel temp.

Num. 56.

Quod auri fodinæ, ſalinæ, lapidicinæ pretioſę pertineant ad Fiſcum, etiam ſi repetiantur in fundis priuatorum, hic notatur, ſed quid ſi reperiantur in demanialibus feudi alicuius Baronis, fuit magna controuerſia in Regia Camera cũ D. Flaminio Vrſino vtili Domino tunc Terræ Sorbi ſuper certa ſalina inuenta in illo loco, & pro Barone adduxi Gratian. diſceptat. 453. & fuit facta tranſactio

Digitized by Google

ſactio cum Regia Curia.

Num. 81.

Si Prorex mandet capi informationem de delicto commiſſo in terra alicuius Baronis, licet ipſius ſit cognitio, tamen aduerte, quod dũ poſuit manus Superior, tacitè cauſa cenſetur auocata, vel ſuſpenſa, quouſque nõ remittatur, & proinde Baro licet ipſe etiam cęperit informationem, non poterit ea vti, citando reum, & procedendo, ſed omnia eſſent nulla, quod pluries in facto accidit, vide Auendan. de exeq. mand. cap. 19. nu. 2. verſ. ex quo, & Fontan. de pactis nupt. fol. 177. nu. 63. clauſ. 4. gloſ. 11.

Num. 98.

Quod decretum, in quo denegatur remiſſio reſpectu partis eam petentis ſit interlocutorium, & per appellationem nõ retardetur proceſſus ad vlteriora, ſic Viſcont. in ſuis commun. opin. incipien. remiſſio, reſpectu Baronis ſit diffinitiuũ, & ligat manus Iudicis per appellationem, Carau. ritu 295. & ideo quando à Magna Curia appellatur ad Sacrum Conſilium, cauſa committitur, & non prouidetur, quod fiat verbum, Muſcatell. in ſua praxi lib. 2. par. 1. gloſ. 1. num. 190.

Num. 104.

Vaſſallus inquiſitus in Regio Tribunali, ſi cauſa eius petatur remiſſio, & ille ſit odioſus, vel ſatis familiaris Baronis iure per Superiorẽ poterit denegari remiſſio, vide de Ponte deciſ. 16. Peguer. deciſ. 66. in fine, vel ſaltim prouideri, quod eligatur Iudex in Ciuitate, vt explicaui prag. 3. nu. 183.

Num. 140.

Fur cũ re furtiua inuentus à capiente puniri poſſe, hic concluſimus, limita ſi Iudex delicti habeat plenè probatum delictum, & Iudex capiens non habeat informationem, nam ad Iudicem delicti debet remitti carceratus, dixit Muta ſuper prag. Sicil. tit. 47. nu. 20. Peguer. deciſ. 28.

Num. 156.

Remiſſio ad locum ſui domicilij non poteſt peti per conuentum ratione adminiſtrationis ab eo factæ in alio loco tãm pro publicis, quã priuatis, latè Eſcobar trac. de ratioc. c. 7. Barboſ. l. hęres abſẽs §. 1. ff. de iudic. Nouar. prag. 1. tit. vbi de delict. nu. 31. neque ad inſtantiam cuiuſuis priuilegiati poterit peti variatio, Paſcal. de patria poteſt. fol. 194. num. 109.

Num. 161.

Vaſſallus exemptus à iuriſdictione Baronis aliquo priuilegio non eſt immunis, vt delinquendo non poſſit inquiri, & carcerari, latè Cancer. lib. 3. variar. reſolut. cap. 13. num. 127. & ſi priuilegium fori ſuperuenerit poſt delictum, adhuc Baro punire poterit, quia attenditur initium delicti ad fundandam iuriſdictionem, Gratian. diſcept. 226. D. Rouitus ſuper pragmat. tit. de militibus prag. 16. nu. 10. & Giurba conſ. 15. latè Graſſ. de effect. cler. 1. cap. num. 647. item vaſſallus exemptus à foro non eſt immunis à iure reuerẽtiali erga Baronem, & ab eo poſſet puniri ex irreuerentia, Gratian. diſcept. 284. nu. 61. non tamen tenetur vaſſallus ad inhoneſta, vel ſeruitia non debita, argumẽto l. fi. C. ne fiſcus rem, quam vendidit lib. 10.

Num. 177.

Quæſtio eſt, ſi Præſes Prouinciæ creatus etiam Capitaneus ad guerram, poſſit punire milites delinquẽtes in ipſius iuriſdictione, vel debeãt remitti ad Auditorem exercitus, qui in eos habet iuriſdictionem, vide D. Rouit. pragm. 16. de militib. nu. 27. & benè Caſtill. dec. 104. de Ponte in ſuo tract. tit. de aſſenſ. §. 7.

Num. 185.

Nuntij, vel alij Officiales Regis delinquẽtes in loco Baronis extra cauſam officij, quod ab eo poſſint cognoſci, & puniri, latè Farin. in fragm. num. 973. qui procedere hoc dicit, etiam ſi eſſet Delegati Principis, & Ceuall. commun. opin. 897. ex nu. 766. nam ipſius iuriſdictio delinquendo non debet proficere, niſi haberent iuriſdictionem Superiores priuatiuè, vt in Porterijs Sacri Conſilij dicit D. Rouit. pragmat. 28. de officio Sacri Conſilij, & dicam infra in

ſingul.

Digitized by Google

ſingul. 12. licet Anna conſ. 107. aliter dicat.

Num. 212.

An per informationem dicatur præuenta cauſa, vel per citationem DD. varij ſunt in hac quæſtione, ſed omnia cumulat nouiſſimè Giurb. conſ. 48. ex nu. 36. qui firmat, quod data præuentione verbali, licet alius præueniat in reali, dẽt cauſa remitti ei, qui primo præuenit, licet alij DD. contrarium teneant, vide etiam Mutam ſuper pragm. Sicil. tit. de foro compet. nu. 60. cum ſeq. ibi, quid ſi carceratio eſſet affectata, Carau. ritu 269.

Num. 220.

Fuit reſolutum, ꝙ licet Iudex delicti præferatur Iudici originis, ſi tamen Iudex originis, vel domicilij præuenerit, iure poterit ſubditũ punire, ſed quid ſi fuerit ab eo abſolutus, quia Iudex originis nõ habebat informationem plenè probatã, an hoc caſu Iudex delicti, qui delictum perfectè probauit, poſſit carcerare, eſt pulchra q̃ſtio, & in facto pluries controuerſa, vide Mutã ſuper prag. Sicil. tit. de foro compet. in fine, Barboſa l. hæres abſens §. proinde nu. 60. ff. ſolut. matr.

## AD TERTIAM PARTEM Pragmaticæ VIII.

Num. 135.

VNiuerſitas an poſſit denegare poſſeſſionẽ nouo Baroni, ſi non confirmet prius eorũ conſuetudines, ac priuilegia obtenta ab alijs prædeceſſoribus, dic ꝙ ſic, ſi iuſta erint, ſic Cancer. lib. 3. var. reſol. c. 3. nu. 175. vltra adducta in 2. tom. de Baron. c. 35. & Fonta. de pact. nupt. clauſ. 4. gl. x. par. 1. nu. 35. & facta confirmatione etiã cũ iuramento generali per Baronẽ, nõ ſubintelliguntur cõfirmata, quæ non fuerũt in vſu, notat ibi Cancer. nu. 324. & cõfirmatio qualiter alia ſit ſpecifica, alia in forma cõmuni, & qualiter differant, vide quæ ſcripſi d. tom. 2. cap. 35.

Num. 145.

An nouus Baro de iure teneatur cõfirmare priuilegia prædeceſſoris, dic ꝙ ſic, ſi habeat cauſam ab eo, alias non erit obligatus, Cancer. lib. 3. var. reſol. c. 1. nu. 142. cum ſeq. Nouar. collect. 194. niſi eſſent ſatis p̃iudicialia feudo, vel nulla, Palat. c. per veſtras de donat. fol. 293. nu. 9. & Canc. loc. cit. nu. 144. nam neq; ſucceſſor habẽs cauſam à prædeceſſore confirmare tenetur.

Num. 148.

Demanialia an liceat Regi alienare in neceſſitate, cum ſtent in ſignũ coronæ, & ſupremi dominij, eſt quæſtio antiqua, ſed in Regno ſopita, quod liceat, vide Molfeſ. in prohem. cõſuet. Neap. q. 6. Paſcal. trac. de patr. pot. par. 1. c. 1. latè. Quid ſi Rex promiſerit, quãdò aliqua Vniuerſitas proclamauit ad demaniũ nõ vendere, & pretium acceperit, an poſſit iure cõtrauenire, latè diſputat Cancer. lib. 3. var. reſol. c. 3. nu. 357. vltra adducta per Paſcal. loc. cit. & Adde Fontan. de pact. nupt. lib. 1. fol. 163. nu. 20. clauſ. 4. gloſ. 10. ſed dum hoc anno eſſent venditæ multæ Terræ demaniales, quæ habuerunt tale ſpecificũ priuilegium, habito recurſu ad Regem, per Conſilium ſupremum fuerunt reintegratæ.

Num. 152.

Quod proteſtatio Vniuerſitatis ſit neceſſaria, quando ſine eius conſenſu venditur Terra demanialis, vel ſi Vniuerſitas prætendat ſe ad demanium prouocare, vide Regẽt. de Ponte conſ. 103. vol. 2. & quæ dixit Anna in rep. conſt. diu. mem. nu. 261. alias ſi pacificè, & quietè detur poſſeſſio, non erit locus demanij petitioni, neque reſtitutioni in integrum, vt de Ponte allegato conſ.

Num. 161.

Priuilegiũ quod propriè dicatur, & qualiter requirat ſcripturã, vide Canc. lib. 3. c. 3. nu. 165. & quod Princeps ſine legitima cauſa non poſſit ea reuocare, & maximè quando tranſierint in contractum, vel mediante pretio, latè Cancer. lib. 3. tit. de priuileg. ex nu. 150. & inferiores à Principe non dicuntur poſſe concedere priuilegia, vt idem Cancer. num. 333. loco citato, ſed dicuntur gratiæ, quas conceſſit.



Digitized by Google

Num. 166.

Vniuerſitas in remunerationē poſſe donare, quia ea vera largitio non dicitur, firmat Gratian. diſceptat. 202. & latius Eſcobar tract. de ratiocin. cap. 24. ſed hoc atteto iure cōmuni, nam in Regno non admittitur per Regiam Cameram in ratiocinijs, ſi non adeſt aſſenſus, & conſtet, ſi talis donatio ſit remuneratoria cum effectu.

Num. 178.

Quod Baro poſſit eligere vnam ex Terris in cameram pro ſua habitatione, & ea gaudeat, licet Baro non reſideat, vltra hic adducta vide Regentē de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. §. 6. nu. 25.

Num. 200.

Priuilegium, ſeù gratia, quod facta remiſſione partis intra triduum, querela intelligatur caſſa, an de iure valeat, fuit controuerſia inter DD. ſed quod in delictis leuibus, quod Fiſco non quæratur ius, parte non inſtante, maximè lite non conteſtata, vide Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 3. gloſ. 3. nu. 27. cum ſequent. quam nota, cùm non paſſim inuenies doctrinam in terminis ſuper hoc articulo.

Num. 201.

Priuilegium, quod per longum ſpatium non fuit in obſeruantia vltra decenniū, quod amittatur, vide Ricc. collectan. 374. ſed ſi Baro potens prohibuerit, vel rarò euenerit caſus vtendi, vt bene Gizzarell. deciſ. 73. tunc priuilegium non amittitur.

Num. 203.

Priuilegiū quando per non vſum tollatur, & quale tempus requiratur, vide Font. de pactis nupt. clauſ. 3. gloſ. 2. num. 2. tom. 1. Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 4. num. 156. cum ſeq. qui declarāt theoricam Doctorum iſtius materiæ legis de quibus ff. de legibus.

Num. 204.

Reuerſo feudo ad Regē ob lineam finitā, vel aliam cauſam, priuilegia conceſſa feudatario expirāt, vnde facta noua inueſtitura, ea non reuiuiſcunt, ſi ſigillatim non concedantur, & exprimantur, & ſic pluries in facto vidi iudicatum, vide Franch. dec. 192. Regen. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. tit. de diuerſ. prouiſ. rubr. de reformat. inueſt. & bene Gratian. diſcept. 396.

Num. 211.

Pœna vſurpationis iuriſdictionis pōt eſſe magna, & minor, & ideo arbitraria eſt, nam ſecundum qualitatem ſubiecti, & obiecti ea augeri poteſt, & minui, vltra ea, quæ hic notaui, vide ſollemnem controuerſiam, quā explicat ad hoc Giurba conſ. 24.

## AD PRAGMATICAM IX.

Num. 37.

Legatum in vidua ſi non nubat valet, & non improbatur, prout in virgine, & quid ſi fiat pactum inter generum, & ſocerum de non amplius nubendo ſub pœna, an valeat, ad hoc vt filij ex illo tantum matrimonio ſuccedere debeāt, bis in facto habui, vide Ann. conſ. 141. Peguer. aliqua notat dec. 204. adde ad hanc materiam nouiſſimè Fontan. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 6. gloſ. 3. par. 5.

Num. 52.

Pactum inter ſocerum, & generum, vt is teneatur habitare in loco cōtracti matrimonij ad conſolationem patris, vel matris valet, & pœna poteſt exigi, vide Gizzar. dec. 19. Palat. in rub. de donat. §. 2. nu. 3. Cancer. lib. 3. cap. 7. num. 1. Periera dec. 1. ad quos recurre, quia ad partes hunc articulum diſputant.

## AD PRAGMATICAM X.

Num. 20.

Regnum, & Prouinciæ ſine alia licentia per ſuos Adminiſtratores poſſūt conuocare Concilium ad donandum Regi in eius neceſſitatibus, & naturali antidora ad hoc ſunt obligati, vide Amat. conſ. 12. Ceuall. commun. opin. 578. ex num. 14. & imponere poſſunt impoſitiones, de quibus de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de regalib. impoſit.

Nu. 48.

Digitized by Google

Num. 48.

Qualiter intelligatur propoſitio, quod Rex eſt Dominus perſonarum, & poſſit bona ſubditorum auferre, vltra DD. l. item ſi verberatum ff. de rei vend. vide Cçuall. latiſſimè commun. opin. 906.

Num. 73.

Quod de iure valeat conſuetudo, vt Vniuerſitas nominet duos Syndicos, & duplicatos Electos, ex quibus Baro eligere habeat aliquos, ſi erit in legitima poſſeſſione eligendi, debet conſeruari, cum ius non reſiſtat, tenet de Ponte hic allegatus cum deciſ. Franch. 210. ſed D. Rouit. contra deciſ. bis allegauit prag. 1. de admin. Vniuerſ. tu Adde ſuper hoc articulo, quę adducit Staib. conſ. 45. & 52. & ibiq; notatur, an ſi Baro habeat ius eligendi, teneatur eligere eum, qui habebit maiora ſuffragia, & an valeat conſuetudo, vt prædeceſſores nominent ſucceſſores, quod ſic tenet Auend. de exeq. mand. Regum cap. 19. nu. 23. verum ſi nominent indignos, vel inhabiles, quod priuētur facultate ibi aduertit Auend. & quod Baro vti primus ciuis poſſit oppugnare electionem regiminis Vniuerſitatis, vide Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 13. nu. 165. cum ſeq. licet in ea interuenire non poſſit, nec habeat vocem, neque ſe intromittere.

Num. 117.

Opponi iure poteſt, vt forenſis, qui habitat in loco non eligatur in regimine, quia lex non confidit de eis, prout de ciuibus niſi contraxerint incolatum, Auend. de exeq. mand. cap. 19. nu. 17. Item oppugnari poterit, ſi eligatur perſona, quæ infra quinquennium aliud officium publicũ exercuit, iuxta terminos tit. C. de muner. non contin. ſed nota, quod hæc oppoſitio dēt fieri ante electionē, nam ſi cõmuni cõſenſu fuerit facta, ea ſuſtinetur, vt Frãch. dec. 609. Itē intellige, ſi officiũ prius fuerit honore admixtũ, nam ſi quis fuerit anno præterito Exactor, vel Aerarius nõ prohibetur inſequenti eſſe Syndicus, Capy. dec. 118. nu. 2. nam illud dicitur munus perſonale tantũ, ꝙ continuari põt, nec excuſationē pręſtat.

Num. 132.

An quis poſſit nominare coniunctum, vidi decerni per Superiorē, ꝙ non; Ego contrarium tenui, & ſic Auend. poſtea viſus tract. de exeq. mand. Regum c. 19. nu. 23. confirmat, & ita à cõtrario ſenſu argumentum ſumitur ex prag. 2. de adm. Vniuerſ. §. 15. quæ non prohibet, vt anno ſequenti poſt patrem non poſſit eligi eius filius, quę vero ſint perſonæ, quę de iure non habeant vocem actiuam, nec paſſiuam, vide Auend. loc. cit. Amend. ad dec. Frãch. 210. vbi an ſenes, an impuberes, litigantes, debitores, creditores, pauperes, inquiſiti, filijfamilias, & ego hic multa dixi ex nũ. 118. cum ſeq.

Num. 135.

Quando Princeps, & alij Superiores in cõcurſu eligentes minus dignos, prætermiſſo digniori peccent, & teneantur ad reſtitutionē, eſt pulchra, & neceſſaria inueſtigatio, quã hic tetigi, ſed pro elucidatione vide Palat. cap. per veſtras §. 26. fol. 494. ex num. 12. qui latè diſtinguit hunc articulum.

## AD PRAGMATICAM XI.

Num. 45.

QVod vbi eſt de iure neceſſarius titulus cum aſſenſu, licita ſit occupatio, & non debeat audiri petens reintegrationem tanquã ſpoliatus ex regula generali, ꝙ ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, niſi titulus exhibeatur, vltra hoc loco adducta vide Minad. dec. 1. de Ponte dec. 40. Grat. diſcept. 441. quia ex nullo cõtractu neq; poſſeſſio dicitur tranſlata, vnde non datur occupatio, Grat. diſcept. 317. qui dat intellectum regulæ cõmuni, quod etiã fur, & prædo ſit manutenēdus in poſſeſſione, nam limitatur, quando iniuſtitia eſt euidens, & titulus requiritur, & ius reſiſtit poſſeſſioni, vide Barboſ. l. ſi alienam ff. ſol. matr. Menoc. tract. recuper. remed. 1. nu. 175. Maſcar. cõcl. 687. quæ nota, cũ in facto pluries accidat hæc controuerſia, & eſt notabilis, Seſe de inhib. fol. 479. cũ ſeq. ſic cõfirmat, & pluribus authoritatibus comprobat.



Digitized by Google

Num. 71.

Baro ſi conceſſerit territoria ad coloniam, an ad libitum poſſit alijs poſtea concedere, & reuocare, & an coloni poſſint præſcribere ius coloniæ, vt ſufficiat dare decimam, ſeù terragia Baroni, eſt continua controuerſia, ſed quod poſſit præſcribi, & nō fiat præiudicium feudo, vltra hic annotata vide Perieram dec. 37. nam ſufficit Baroni habere penſionem, & ibi quantum tēpus requiratur, ſi verò colonus per triennium territoria non colat, poterit priuari, cùm abutatur re conceſſa in damnū concedentis, Caſtill. de vſufruct. quæſt. 67. & alia hic notaui.

Num. 73.

Banna, vt coloni, & alij ſubditi, qui decimam dare tenentur non triturent frumenta, nō certiorato Barone per diem antea de iure an ſubſiſtāt, & pœna poſſit exigi, adde Cancer. lib. 3. reſolut. c. 13. nu. 255. Maſtrill de magiſtr. lib. 4. cap. 18. nu. 81. & latius Guttier. qq. canon. lib. 2. cap. 21. nu. 46. cum ſeq. & vide alia, quæ dixi in 2. tract. de Baron. c. 78.

Num. 75.

Vaſſallus, qui tenet territorium ad coloniā, vel penſionē, vel redditū dat Baroni de ſeminatis, an poſſit mutare formā ſine Domini conſenſu in plantando arbores, vel fabricando, & an poſſit priuari, vel debeatur quota de fructibus vti de ſeminatis, vltra hic notata vide, quę nouiſſimè congerit Caſtill. tract. de vſufr. quæſt. 35. & 25. ac 72. Guttier. qq. canon. lib. 2. cap. 21. nu. 94.

Num. 80.

Barones an ſine aſſenſu demanialia poſſint concedere ad coloniam, vel redditum, vel ruſtica infeudare pro maiori vtilitate, vide quæ ſollēniter adducit Giurba deciſ. 50. & ibi declarat, quę ſint excadentia, & conceſſibilia, & de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de elect. offic. §. 4.

Num. 103.

Vaſſallus an poſſit animalia accipere ad ſoccidā, vel ad affictum, & vti vaſſallus poſſit ea depaſci in demanialibus Baronis; quanquā animalia non ſint ſua, vel teneatur ſoluere fidam, cum animalia ſint in dominio exteri, qui conceſſit, eſt reſoluenda quæſtio, ſi ex dicto contractu tranſeat dominium in accipientem, nam tunc vaſſallus poſſet paſci facere, alias non, de quo articulo vide Carrot. tract. locati tit. de collatic. Crau. conſ. 145. & DD. l. ſi paſcenda C. de pact.

Et quid ſi Vniuerſitas forenſem recipiat mediante parlamento quempiam in ciuem, an noceat Baroni ſi noluerit, vt is vtatur ſuo demanio, dic quod ſtatim, quod fuit effectus ciuis, ſi habitationem ibi ducat, fuit effectus vaſſallus, & vti talis Baro eum debet tractare, & nō vti forenſem, Grat. diſcept. 559. de Ponte vol. 2. conſ. 107.

Item ad primam quæſtionē adde, quod ſi vaſſallus pro colēdo territorio reddititio Baroni conducat boues ab exteris, non tenentur ſoluere de eis fidā pro paſcuo, quod ſumūt, donec perueniat cōmoditas Baroni, & vaſſallo, ſic notabiliter Cancer. lib. 3. reſol. cap. 4. nu. 64.

Num. 110.

Barones eorum territoria tenent bannita, vt nemo exterus accedat ad paſcendum ſub pœna cōminata, quæ pœna in Regno nomen accepit, Diffida, quæ reducitur ad duplum, quod eſt ſolitum ſolui ab exteris pro fida, paſcēdi per menſes, vel annum, ſic notaui, & nunc addo, vt videas Auend. de exeq. mand. cap. 13. vbi multa de hac materia, de qua pauci DD. loquuntur. Priuati, vel Vniuerſitates non habent hoc ius diffidæ, ſi non, cōſecuti fuerint ex priuilegio, vel conſuetudine, nam diffida, & fida eſt de demanialibus feudi, Capyc. in inueſt. verſ. cum diffidis, vnde priuilegio, vel legitima conſuetudine alijs competere, poteſt, Auend. ibi, & Sele deciſ. 75. quo caſu etiam ſi animalia Baronis introierint in locos prohibitos ad pœnam tenentur diffidæ, vt Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 13. nu. 180.

Num. 114.

Quod demanialia Baronis, vel Vniuerſitatis deſtinata pro paſcuis non poſſint

reduci

Digitized by Google

reduci ad culturam pro illorum vtilitate, ſed forma antiqua ſit obſeruanda, ex qua ius quæſitum eſt ciuibus paſcendi, vide Cancer. lib. 3. reſolut. cap. 4. nu. 54 & 75. Seſe deciſ. 74. nu. 52. Couar. var. reſol. cap. 17. nu. 11. niſi eſſet magis neceſſaria omnibus cultura, vt Cancer. loco citato, Cœpoll. tract. ſeruit. tit. de iure paſcendi nu. 4.

Num. 136.

Quod immemorabilis præſcriptio non releuet, quando titulus præſentatus eſt nullus, vel erroneus, vltra hic notata vide Fontanell. de pactis nupt. fol. 217. clauſ. 4. gloſ. 13. nu. 47. cum ſeq. limitatur, ſi intra tale tempus ſollemnitas deficiens potuit ſuppleri, vt latè Canc. lib. 3. cap. 3. nu. 104. Regens de Ponte conſ. 155. vol. 2.

Num. 175.

Præſcriptio non interrumpitur niſi per citationem, & actus iudiciales, vt hic notaui, limita in fauorabilibus, & alijs caſibus, quos notat Fontan. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 18. nu. 23. cum ſeq.

Num. 238.

Baro vti primus ciuis gaudet omnibus cõmoditatibus in Terra vti alij ciues, & non vti Baro, Cancer. lib. 3. cap. 4. num. 61. & proinde vti ciuis non poterit contradicere ijs, quæ ſtatuerit Vniuerſitas, quæ ſi pro neceſſitate voluerit vendere paſcua, non poterit Baro reſiſtere, ſed attenditur id, quod populus ſtatuerit, Capyc. dec. 4 & dec. 152. licet Franch. iſtum punctum non decidat deciſ. 197. ſed ita obſeruatur.

## AD PRAGMATICAM XII.

Num. 22.

Baro vti primus ciuis in omnibus pertinentibus ad beneficium Vniuerſitatis debet audiri, & oppugnare poterit vti ciuis, & non vti Baro, latè dixi in 2. tract. cap. 85. & quod poterit petere rationes Syndicorum dari, & reuideri, Maſtrill. de magiſtr. lib. 4. cap. 16. num. 134. Cancer. lib 3. cap. 13. num. 119. & 166. ſed Superior conſiderare ſolet, nam ſi exiſtant lites ad eorum inſtantiam non ſolet concedi reuiſio.

Baro vti primus ciuis poterit vti paſcuis Vniuerſitatis plus quàm alius ciuis, vt hic, & latius explicaui tom. 2. quæſt. 85. & quod in conſciẽtia teneatur ad peccatum, & damnum ſubditorum, ſi voluerit abſorbere eorum commoditatẽ, vltra quod ad eum ſpectat, pulchrè Molina tract. de iuſtit. & iure quæſt. 59. & qualiter paſcua poſſint repartiri, vide Seſe deciſ. 74.

## AD PRAGMATICAM XIV.

Num. 10.

QVæ ſunt merę facultatis nõ præſcribuntur, eſt notoria concluſio, quid ſi immemorabile tẽpus interuenerit, vel aliquis actus poſitiuus, vide quæ latè adducit Fontanell. de pactis nupt. clauſ. 4. gloſ. 17. ex nu. 8. fol. 248. & quid in actibus affirmatiuis, vel negatiuis, vide quæ dixi in ſecundo tractatu meo cap. 5. Cancer. lib. 3. cap. 4. nu. 157. & 175.

Num. 18.

Baro licet habeat ius prohibendi faciendi molendina, nõ per hoc poterit prohibere, vt quis pro vſu ſuo non teneat centimulum, & facere furnum, ſic punctualiter Auend. de exeq. mand. Regum cap. 4. nu. 22. & Cancer. lib. 3. c. 13. nu. 122. quod nota, quia laborauimus pro habenda doctrina in terminis, & ſi Baro habeat ius prohibendi, an ſibi in totum præiudicet, ſi permittat molendina, & furnos, vel tapetos fieri, Cancer. lib. 3. cap. 4. nu. 157. & 175.

Num. 38.

Venationes licet ſint iuris gentiũ, & quilibet de iure poterit in quocunque loco venari, cum hodie territoria, & terræ ſint infeudatæ, & appatronatæ quilibet Baro poteſt exteris prohibere acceſſum ad venandum, aucupandum, & piſcandum, de Ponte in tract. de pot. Proreg. fol. 522. Molina tract. de iuſtit. & iure quæſt. 47. ſicque & priuati in eorum fundis priuatis, Molina loco citato quæſt. 45. cum ſeq. Nouar. ſuper prag. tit. de



Digitized by Google

tit.de aucupat. & ſi feræ, vel animalia ſint recluſa, furti pœna quis puniri poterit, vt in prag. 1. tit. de aucupat. item ex cauſa publicæ vtilitatis poterit Baro etiam ſubditis ad tempus prohibere venationem, Molina quæſt. 43. Borrell. tract. de magiſtr. lib. 4. cap. 3. multa notat, & idem procedit in piſcationibus, Borrel. loco citato c. 4. cum ſeq. Auend. poſt ſuum tract. de exequend. mand. tit. de venatione.

Num. 47.

Banna aut ſunt ſecundum ius, vel præter ius, & poſſunt fieri, vti vt nemo ambulet de nocte, vt notaui hoc loco, & latè Borrell. de magiſtr. lib. 3. cap. 9. ſic vt Chirurgi denuncient Curiæ, quãdo aliquis fuit vulneratus, Muta ſuper prag. Siciliæ tit. 82. nu. 25. & pœna moderatè exigi poteſt, vt latè Giurba nouiſſimè conſ. xj. & ſic omnia ſimilia banna Officiales emanare poterint in fraudem iuris, & contra iuris diſpoſitionem, vel alterius præiudicium nõ valent, vt hoc loco notaui, & vide Giurba loco citato, Bannum vt de nocte quis non ambulet per terram, qualiter conſtitui debeat. & hora certa aſſignari, & quando excuſetur quis, vide Polid. Rip. tract. de noct. temp. c. 8. ſicq; etiã arma nõ prohibita de iure poſſunt interdici ex cauſa etiã militibus, Morot. reſponſ. 26. & qualiter banna expirent finito officio illius, qui emanauit, Giurba conſ. 12. quid ſi fiant nomine Baronis, vide Canc. lib. 3. var. reſol. cap. 13. nu. 372. cum ſeq.

## AD PRAGMATICAM XVI.

Num. 21.

BAro tenetur dare ſalarium competẽs Aerario, qui vacat ſuis negotijs, notaui hoc loco, ſed ſi non eſt ſolitum dari, neq; adeſt pactum, an poſſit Baro cogi cum ſalarium non promiſſum, nec ſolitum non debeatur, l. ſalarium C. mand. vide Grat. diſcept. 257. & pluries hoc vidi controuerſum.

Num. 60.

Baro habet authoritatem iniungendi ſeruitia perſonis, & expetere pro ſuo ſeruitio ab animalibus vaſſallorum, vt latè hic explicaui, ſed nota, quod equi nobilium, & aliorum, quos tenent pro ſua commoditate, Baro non poteſt cogere ad commodandum, vel ei ſeruiendum, etiam cum mercede, Guttier. de gabel. cap. 77. quem locum nota, quia non reperies authoritatem ſic peculiarem.

Num. 69.

Baro qualiter, & quando ſoluere teneatur ſalarium pro ſeruitijs, an ante ſeruitium, vel poſtea, vel medietatem prius, vide pulchrè, quę notat Mantic. de contract. lib. 5. tit. 6. & Auiles in c. Prętorum cap. 17. gloſ. meneſtrales, vbi multa notabilia ad hanc quotidianam materiam ſeruitiorum præſtandorum.

Num. 82.

Baro de conſuetudine eligit Rationales, & fauore vtriuſque rationes debent videri in loco adminiſtrationis, l. 1. C. vbi de ratiocin. ſed quãdo Aerarius renunciat huic fauori, & allegat potentiam Baronis, & petat rationes videri apud Superiores, tunc poſſunt extrahi, ſic Eſcobar tract. de ratioc. cap. 7. nu. 39. & ſic pluries obtinui.

Num. 96.

Vniuerſitas tenetur dare, ſeù eligere Aerarium quotannis pro ſeruitio Curię Baronalis, ſed ſi eligat Baro, ipſius erit periculum, ſi ille facultatibus deficiat, ſi Vniuerſitas, ipſa tenetur de mala electione, vide Gizzar. deciſ. 31. Aerarius verò an ſine licẽtia Officialis poſſit cogere, & exequi debitores liquidos Baronis, vide Auend. de exeq. mand. cap. 1. nu. 14. par. 1.

## AD PRAGMATICAM XIX.

Num. 13.

CArcerati quando iure poterint teneri in compedibus à Iudice, vel cum catenis, vel manicis, & non teneatur, vide Mutam ſuper pragm. Sicil. tit. de Caſtellan. & carcer. vbi multa ad cuſtodiam carceratorum.

Num. 20.

Digitized by Google

Num. 70.

Ciuites, & non facientes artes, licet non fuerint Nobiles, tamen illis cōparantur, & poſſunt euitare pœnas datas ignobilibus, vti triremium, vide Palat. in rubr. de donat. inter virum, & vxorem §. 9. nume. 19. & Reg. de Ponte in ſuo tractatu de poteſt. Proreg. fol. 11. & ita in carceribus nobilium ſunt detinendi, vt Palat. loco citato num. 14. niſi delicta eſſent infamia, Muta deciſ. 63.

Num. 56.

Vniuerſitas eſt obligata facere pulſare campanam cum licentia etiā Officialis, quando eſt rumor latronum in territorio pro eorū perſecutione, & Iudex poterit contrauenientes, qui non venerint ad ſonum campanæ cum armis punire, vide Cancer. lib. 3. variriar. reſolut. tit. de ſono emiſſo ex num. 10. verum ſi bona pars ciuium occurrat, non poterunt omnes moleſtari, notat Cancer. ibi num. 135. & nu. 59.

# ADDITIONES

## AD SINGVLARIA.

*SVMMARIVM.*

1 *DOnatio alicui facta etiam mediante hypoteca de re aliqua, ea nō tradita, & contracto debito per donantem, creditor præfertur donatario licet anteriori.*

2 *Creditor licet poſterior, ſi de numeratione conſtet, & alter de confeſſione ſit anterior, præfertur poſterior.*

3 *Conſtitutum non ſemper transfert poſſeſſionem, cum ſit ſequela, & ſequatur vti acceſſorium cauſam principalem.*

4 *Adminiſtrator Fiſci an impune poſſit vti pecunia, quam exigit, vel eam mutuare.*

5 *Theſaurarij Principis in iure comparantur Argentarijs.*

6 *Alimenta quando quis dare tenetur, non ſolum victum, ſed præſtare tenetur quæ pertinent ad commeditatem, & decorem.*

7 *Victualia, quæ militibus debent vendi, dum hoſpitantur in Terris, minus aliquid iuſto pretio taxari debent.*

8 *Antiquior de Collegio, vel regimine debet vocare Collegas, & Populū ad Concilium.*

9 *Barones quādo de bonis emptis à vaſſallis teneantur ad collectas Vniuerſitati.*

10 *Collecta aut imponitur perſonæ pro rebus, vel rebus tantum, & quæ ſit differentia.*

11 *Baro habet legitimam perſonam defendendi ſuas Vniuerſitates, & Vaſſallos.*

12 *Pater, maritus, Epiſcopus, ſocer, magiſter, & ſimiles poſſunt comparere in iudicio.*

13 *Barones iure poſſunt reſiſtere Officialibus Regijs, Capitaneis militum excedentibus commiſſa.*

14 *Iuriſdictio Officialis delinquēdo ſuſpenſa dicitur, & vti priuatus poteſt inquiri, & carcerari ab Ordinario.*

15 *Baro quando poterit reuocare vaſſallum, qui alio loco migrauerit.*

16 *Caſum fortuitū ſi qui paſſi fuerint, naufragij in mare, flumine, vel furti in ſiluis poterint recurrere ad Iudicem conuicinum, vt capiat informationem, quę plenè probat.*

17 *Vnus ciuis poterit aſſumere defenſionem pro Vniuerſitate contra Baronem.*

18 *Conſules artis non debent excedere ſuas inſtructiones, & qualiter poſſint puniri ſi excedant.*

19 *Vſurpare iuriſdictionem, vel excedere multum differunt.*

20 Con-

20 *Conſuetudo licet praua quando excuſat à pœna.*

21 *Intereſſe etiam ſecundarium de iure eſt in conſideratione.*

22 *Debitor Vniuerſitatis non poteſt eſſe de regimine, ſed quid ſi erit fideiuſſor.*

23 *Reſiſtere etiam armata manu licet pro defenſione dignitatis, & honoris, ac bonorum.*

24 *Delicta atrociſſima poſſũt ſummarie, & ex abrupto cognoſci, ſed an terminus breuis poſſit dari, & appellatio remoueri, & quando.*

25 *Domus an Vniuerſitates dare teneantur Officialibus, & an præferãtur alijs volentibus locare.*

26 *Duellum quando propriè dicatur, & quæ eſt pœna in Regno, & qualiter excuſetur.*

27 *Expenſæ, quæ pro decore, & honore, ac in feſtiuitatibus fiunt ab Adminiſtratoribus Vniuerſitatis an ſint admittendæ.*

28 *Strena an poſſit Baroni legitimè dari ab Vniuerſitate.*

29 *Filijs nocent mala geſta parentum in honoribus.*

30 *Merita maiorum ſuffragantur filijs.*

31 *Filij præferuntur alijs ob merita parentum.*

32 *Filij, qui dignitatem magnam cõſequuntur, an exeant à patria poteſtate.*

33 *Fiſcus ex adminiſtratione ſui Theſaurarij an præferatur doti, & omnibus creditoribus.*

34 *Officium Primipilatus non eſt in Regno.*

35 *Pecuniam conſumptam, vel extantem poſteriori creditori ſolutam quando Fiſcus, vel priuatus poſſit condicere.*

36 *Fiſcus an habeat tacitam hypothecam pro conſecutione pœnarum.*

37 *Viam inſolitam faciens diſtantem à loco vbi ſoluitur gabella, eſt præſũptio fraudis.*

38 *Actus conſumatus non eſt neceſſarius pro tali fraude attentata, ſed qualiter excuſari poſſit.*

39 *Ciues poſſunt cogi ab Vniuerſitate ad emenda victualia empta pro eorum commodo.*

40 *Meretrices ſcãdaloſæ, ſeditioſi, vſurarij, ſuſpecti de fide, aut proditione poſſunt eijci per Principem.*

41 *Pœna non honorantis Officialem quæ ſit, & in quibus conſiſtat iſte honor.*

42 *Immunis nullus eſt de iure à contribuendo Vniuerſitati pro gabellis impoſitis pro ciuium commoditate.*

43 *Priuilegium Iuris, vel Regis quando per contrarium actum amittatur.*

44 *Vicini pro accomodandis vijs, faciendis pontibus, poſſunt cogi ad contribuendũ.*

45 *Repartitio in ſupradicto caſu qualiter ſit facienda.*

46 *Salarium ſufficiens debet conſtitui Officiali, non ſolum vt viuat, ſed vt poſteritati ſuæ conſulat.*

47 *Officialis habens tenue ſalarium an in conſcientia poſſit munera recipere.*

48 *Legati an ad Regem poſſint mitti ſine licentia Proregis.*

49 *Locans alicui foreſtam pro ſuis animalibus, quando alia etiam poterit in ea introducere.*

50 *Locatione facta de bonis Regis, an ad inſtantiam plus offerentis ea poſſit retractari.*

51 *Poſſeſſor an poſſit præferri in locatione, offerendo ipſe tantundem.*

52 *Concubinam ſi quis teneat an poſſit à vicinis peti, vt exfractet, prout diſpoſitum cum meretrice.*

53 *Miles ſi erit captus ab inimicis an pro tempore captiuitatis poſſit petere ſalarium.*

54 *Deſertores militiæ, qui pœna capitis tenentur, quando propriè dicantur de iure.*

55 *Ciues diuites mutuare tenentur Vniuerſitati in aliqua occurrenti neceſſitate.*

56 *Dignitate etiam finita honor, & decor illi remanet ſed non præfertur actu habenti, ſic & titulati.*

57 *Officiales qualiter inter eos præcedere debeant, & an qualitas tẽporis, vel qualitatis attendatur.*

58 *Prorex an poſſit dare prærogatiuam præcedendi.*

59 *Tempus datæ, vel poſſeſſionis ſit attendẽdum, diſtingue.*

60 *Officialis prouiſus, ſi pro ſeruitio Principis*

Digitized by Google

*pis non potuit accedere ad poſſeſſionem capiendam, tempus data erit attendendum.*

61 *Officialis ſine cauſa ab officio remoueri nō poteſt, ſed an cauſa præſumatur in Principe.*

62 *Iuriſdictio alicui à Principe conceſſa ad beneplacitum, an præcariè intelligatur data.*

63 *Officia, quæ habent tempus præfixum à iure, vel conſuetudine nō poſſunt à Principe auferri.*

64 *Officiales omnes de iure ſunt annales, Auditores, & Iudices Magnę Curię biennales.*

65 *Officialis etiam volens non poteſt ab officio recedere.*

66 *Poteſtas Principis magna eſſe debet in concedendo, ſed parca in remouendo.*

67 *Refirmari de iure non poteſt Officialis, & debet vacare tanto tempore, quanto exercuit.*

68 *Prędicta iura non eſſe in obſeruantia notatur.*

69 *Lex per contrarium vſum tollitur, quia ſic eſt Regis intentio.*

70 *Prorex poteſt diſpenſare ſuper iure poſitiuo, & refirmare Officiales.*

71 *Prorex vti Vicarius Regis omnia poteſt vt ipſe, niſi in exceptis.*

72 *Literę Suę Maieſtatis mandant, vt finito biennio Officiales M. C. ſyndicentur, & nō poteſt hodie remitti in fine refirmationis.*

73 *Pragmatica prima de ſyndic. tacitè videtur correcta per dictas literas Regis.*

74 *Omiſſum habetur pro omiſſo, & prouiſio facta in vno caſu, non extenditur ad alium.*

75 *Officialis ſi à Tribunali diſcedat ad aliquam delegationem, & habeat dietas ſolutas à parte, an poſſit petere ſalarium ſuæ prouiſionis.*

76 *Officialis condemnatus pro aliquo delicto in officio commiſſo, quando ſit in totum inhabilitatus ad alia officia.*

77 *Officialis quando poſſit cogere ad faciendam pacem.*

78 *Pater, tacitè conſentiendo filio adminiſtranti publicū officiū, tenetur inſolidū.*

79 *Pecunia debet eſſe iuſti ponderis, vti in maſſa.*

80 *Creditores Fiſco præferuntur in pœnis.*

81 *Proregi cur liceat exterrare conſanguineos latronum.*

82 *Princeps pōt moderare luxū, & pompā.*

83 *Adminiſtratio per Principem poteſt interdici diſſipanti in luxu ſua bona.*

84 *Rationes ſemel datę, facta quietatione an poſſint peti reuideri.*

85 *Syndicatus Officialis an iterum poſſit à Prorege committi.*

86 *Libri rationum, ſi facta viſione perdantur, vel lacerentur, non poterit peti amplius reuiſio.*

87 *Rationes priuatæ quando habeant paratam executionem, ipſis ſignificatis.*

88 *Officialis ſalaria plura tenere non poteſt, limitatur.*

89 *Senex decrepitus an teneatur de perſona comparere, maximè extra locum.*

90 *Solutio trium annorum vt faciat præſumi ſatisfactionem in præteritum, qualis eſſe debeat.*

91 *Officiū quando quis poſſit locare, & ſubſtitutum ponere.*

92 *Subſtituens quādo teneatur de facto ſubſtituti.*

93 *Annonæ cura licet ad Decuriones ſpectet, cura etiam debet eſſe Proregis, Præſidis in ſua Prouincia, ac Baronis in ſua Terra, vt non indigeant.*

94 *Vſus de iure, vel priuilegio debitus debet ſuperabundare concedenti.*

95 *Communio poteſt patere vna ex Vniuerſitatibus, ſi paſtus non ſufficiat, vt diſſoluatur.*

96 *Dominus concedens vſum, vel ſeruitutem debet eſſe melioris conditionis, quā vſuarius.*

## Ad ſingul. 1.

AD hoc ſingulare, quod eſt ſūmè notandū, quod non tradita poſſeſſione rei donatæ, licet fuerit factū inſtrumentum cum hypotheca, ſi donans conſti-
1 tuerit ſe debitorem ex cauſa oneroſa alij cum hypotheca, iſte licet poſterior præferatur donatario habenti cauſam oneroſam, vltra adducta ſic Paſcal. de patr.

patr. poteſt. par. 2. cap. 9. nu. 45. cum ſeq. & communem dicit Caſtill. deciſ. 72. Molina de contract. diſput. 413. nu. 12. Peguer. deciſ. 48. ex nu. 6. nam ſuccurritur potius tractanti de damno, quã lucro, inde creditor de cuius numeratione crediti conſtat, præfertur ei, qui
2 de confeſſione habet creditum, vt Caſtill. d. deciſ. Ceuall. commun. opin. 699. in fine, licet magnum dubium ſit, ſi cõſtitutũ adſit in donatione, vnde tranſlata ſit de iure poſſeſſio, Peguer. loc. cit.
3 nititur diſtinguere, quod aut conſtitutũ eſt factum præſenti, & operetur, ſecus ſi ſit factum abſenti, ſed Guttier. hoc loco notato defendit, quod conſtitutum vti acceſſorium non releuat, prout neque hypotheca, eſt magna quæſtio, quæ deciſione cęſarea indiget.

Ad ſingul. 3.

4 Adminiſtrator Vniuerſitatis, vel Fiſci pecuniam, quam exigit, in eadẽ ſpecie debet conſeruare, & nõ poterit mutuare, nec vti, & ſi ea vtatur, an poſſit puniri pœna peculatus, toto titulo ff. de crim. pecul. impoſita, quod non firmat Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 586. nu. 24. quia iſti Theſaurarij Principis di-
5 cuntur potius Argentarij, quam Suſceptores, quibus de iure interdictus erat vſus, ſic Gratian. diſceptat. 304. num. 20. cum ſeq. quod eſt notandum ad intellectum dictarum legum.

Ad ſingul. 5.

6 Alimenta quando quis præſtare tenetur, qualiter ſecundum qualitatem perſonæ dare debeat non ſolum pro victu, ſed etiam pro commoditate, honore, in concedendo tot ſeruos, paramenta, ſi ſua conditio hoc requirat, vide Cęuall. commun. opin. 78. latè, & Menoch. de præſumpt. lib. 4. cap. 157. Garſia tract. expenſ. cap. 3. nu. 39. Palat. in rubr. de donat. inter virum, & vxorem §. 11. nu. 9. cum ſeq.

Ad ſingul. 7.

7 Quod victualia, quæ præſtantur militibus hoſpitantibus in terris, ac etiam animalibus Principis tranſeuntibus minus ordinario pretio currenti debeant dari, vide Regentem de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. §. 6. nu. 30. & maximè ſi adſint gabellæ, & collectæ ſuper dictis victualibus, & eſt tex. notab. l. ſi pendentes §. ſi quid cloacarum ff. de vſufruct. quem extollunt Bal. & Angel. ibi.

Ad ſingul. 8.

8 Antiquior de Collegio, vel primus de electis Vniuerſitatis habet facultatem vti Decanus congregandi, & vocandi alios in parlamentis faciẽdis, Ad de Auend. de exeq. mand. Regum cap. 19. nu. 14. verſ. incip. quarto.

Ad ſingul. 10.

9 Barones non teneri ad collectas pro bonis emptis à ſubditis, ſi ea fuerint impoſitæ perſonę pro rebus, nam mutata perſona, res liberæ remanent, ſecus
10 ſi fuerint impoſitæ ſuper rebus, Angel. conſ. 24. ex Bar. conſ. 180. & benè Flores de Mena var. qq. lib. 2. quæſt. 21. num. 255. Cancer. lib. 3. reſolut. cap. 3. num. 141.

Ad ſingul. 11.

11 Quod Baro poſſit aſſumere onus defendẽdi ſuas Vniuerſitates, & vaſſallos in eis, in quibus in conſequentiam habet intereſſe, vide Fontanell. de pactis nuptial. clauſ. 4. gloſ. 15. num. 231. qui
12 ampliat, vt idẽ procedat in patre, marito, ſocero, Domino pro famulo, magiſtro pro diſcipulo, ſocio pro ſocio itineris, Epiſcopo ꝑ Eccleſia, & ſimilibus.

Ad ſingul. 12.

13 Barones, eiuſque Officiales poſſe reſiſtere de iure Officialibus Regijs, & Capitaneis militum excedentibus eorum commiſſionem, latè Cęuall. com. opin. 899. num. 770. qui dicit, quod ſi Ordinarius non reſiſtat, poterit puniri, ſic Lucas de Penna l. prohibitum C. de iure fiſci, & ratio eſt, quia quando Delegatus excedit fines commiſſionis, ha-
14 betur vti perſona priuata, & ſic ceſſat eius iuriſdictio, Dec. conſ. 143. & conuenitur tunc vti criminoſus, & non vti delegatus, vnde à Iudice delinquendo poteſt puniri, vt latè ibi Cęuall. videndus in occurrenti.

Ad

Digitized by Google

Ad ſingul. 14.

15 Baro non poteſt reuocare vaſſallum, qui aliò migrauerit ad habitandum, niſi eſſet obligatus præſtare ſeruitia perſonalia, Adde Annam alleg. 64. Affl. conſtitut. Regni, quiſquis, niſi vaſſallus fuiſſet male tractatus, vide Boſſel. tract. de magiſtrat. lib. 4. cap. 9. latè, limita ſi vaſſallus acceſſerit ad habitandum in Terris demanij, Petra ad deciſ. Gram. 65. num. 10.

Ad ſingul. 16.

16 Quod caſus fortuitus naufragij, incurſus latronũ, piratarũ poſſit denunciari Iudici loci conuicini, & peti, vt capiat informationem, & quod copia authentica talis informationis plenè probet, & teſtes etiam parte non citata, notaui hic, & ita Rota Genuenſ. incerti Authoris deciſ. 77. ex nu. 5.

Ad ſingul. 20.

17 Quod vnus ciuis poſſit aſſumere defenſionem iuriũ Vniuerſitatis, & petere demanium, acclamando libertatem, ſic probaui, & dicitur habere de iure legitimam perſonam cõparendi, porrigendi capita contra Baronem, Adde Fontan. de pactis nupt. clauſ. 4. gloſ. 15. nu. 16.

Ad ſingul. 26.

18 Conſules artis in Regno multi ſunt in diuerſis artibus, & negotijs, maritimis, & negotiationis, & ſuas inſtructiones, & delegationes non poſſunt excedere, quid ſi vltra ſe extenderint, an pœna vſurpationis iuriſdictionis puniri
19 poſſint, quod nõ, nam vſurpare dicitur, qui nullam habet iuriſdictionem, ſed qui eam extendit, & eſt dubiũ, arbitrariè poſſet puniri, Maſtrill. deciſ. 241. Regens Rouit. pragm. 1. nu. 9. de iuriſd. non turband. & latè de omnibus nouè Giurba conſ. 92.

Ad ſingul. 27.

20 Conſuetudo licet praua quando quẽ excuſet à pœna, vide Farin. quæſt. 95. de Ponte tit. de prouiſ. §. 3. D. Rouit. prag. 1. tit. de offic. Iuſtit.

Ad ſingul. 31.

21 Quod ratione intereſſe, quod quis ſecundariò poteſt habere, poſſit petere audiri, & Baro in territorijs Vniuerſitatis poſſit etiam ſuos cuſtodes ponere, vltra illos, quos Vniuerſitas deſtinat, Adde Auend. cap. 1. num. 17. verſ. incip. addendum, quia pro ſuo intereſſe poteſt ſe tueri, quanquam non ſit ſua iuriſdictio.

Ad ſingul. 37.

22 Debitor Vniuerſitatis nõ poteſt eſſe de regimine, & aſſumi ad illius honores, vt hic probauimus, quid in fideiuſſore debitoris, an is etiam propriè debitor dicatur, fuit in facto, & iudicauimus nõ eſſe impedimento, ex doct. Rebuff. in l. 1. C. de debitor. Ciuit. lib. 10.

Ad ſingul. 39.

23 Quod pro defenſione dignitatis ſuæ quis poſſit reſiſtere etiam armata manu impunè, Auend. ſic cap. 19. nu. 15. latè, nam honor vitæ præfertur, & Adde Gratian. diſcept. 210. qualiter turbans debeat puniri. Idẽ procedit pro defenſione bonorum, nam ſuam poſſeſſionem poterit quis tueri armata manu, nouum opus factum demolire, latè Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 4. nu. 79. Viuius deciſ. 226. Crauet. conſ. 4. Caſanat. bene conſ. 44.

Ad ſingul. 40.

24 In delictis atrocioribus poteſt Princeps mandare, vt procedatur ex abrupto, ſummariè, via executiua, Farinac. quæſt. 39. Muta deciſ. 60. & latius ſuper prag. Sicil. tit. 2. par. 1. verum eſt, quod defenſio non dẽt tolli, & poterit terminus arctari, ſed nõ tam breuis, vt nõ poſſit comodè reus ſe defẽdere, Io. Grand. de bello exulum ſpec. 58. niſi delictum eſſet notorium, quod nullam poſſet recipere defenſionem, Franch. deciſ. 324. Farinac. loco citato nu. 24. & nu. 103. & 112. Qualiter autem appellatio poterit etiam tolli, Capyc. dec. 101. Vaſq. controu. illuſtr. 18. Baiard. ad Clar. q. 94. num. 43. hoc declarant.

Ad ſingul. 46.

25 Domus Officialibus eſſe deſtinandas dixi, ſed quod Vniuerſitas non poſſit cogi ad dandam habitationem, etiam ſalario mediante, vide Regentem Conſtantium



Digitized by Google

ſtantium l. 1. C. de palat. & domib. Domin. nu. 33. & quòd præferantur volentibus locare tantum, ipſe tenet.

Ad ſingul. 48.

26 Duellum quando propriè dicatur, vide Mutā ſuper prag. Sic. tit 37. Ioſeph Ludou. dec Lucenſ. xj. pœna autē mortis licet per pragmaticā ſit comminata, vt Franch. deciſ 688. innuit, non eſt in obſeruātia, & qualiter calor iracundiæ, & rixæ excuſet, Ricc. in ſua praxi can. par. 1. deciſ. 634.

Ad ſingul. 53.

27 Quod expenſæ, quæ in feſtiuitatibus pro honore, & decore Vniuerſitatis ſint in rationibus admittendæ hic notaui, & Adde tex. in l. vt profanos C. de pagan. & ſacrific. & quod ſtrena in Kalendis Ianuarij licitè poſſint dari Baronibus, vide quę latè explicaui cap. 4. in 2. tom.

28 de Baronib. & quod obſeruatio dandi etiam vbi ius reſiſtit, excuſet, Gratian. diſcept. 210. Auendan. de exeq. mand. cap. 4. par. 2. num. 17. & facit pro Officialibus in hac die.

Ad ſingul. 59.

29 Filijs nocent facta maiorum contra ſuam Patriam, vel Principem, prout deſcendentes de mala ſtipite, vti Iudaica, de qua multi sūt in Prouincia Calabrię citra, vt nō poſſit de illis confideri, nec de facili ad honores aſſumi, Auend. de exeq. mand. cap. 19. nu. 20. latè Menoc. lib. 5. de præſumpt. cap. 58. ſic è contra

30 merita parentum valdè iuuāt poſteris, Farinac. quæſt. 98. cauſa 15. num. 141. benè Periera deciſ. 5. vbi multa, & Reg. Conſtant. l. 1. C. de filijs official. ex nu. 28. vbi plura notat.

Ad ſingul. 60.

31 Filij debent præferri alijs in officijs, quæ habuit pater, & ſunt vendibilia, Sylua nupt. lib. 2. num. 15. latè Regens Conſtant. C. de filijs Decur. lib. 10. ex num. 24. Valaſc. conſult. 129.

Ad ſingul. 61.

32 Filij effecti titulares, qui conſequuti fuerint dignitatem, quod exeant à patria poteſtate, & proindè rectè contrahant ſine eorum conſenſu, tenet Surg. de Neap. Illuſtr. fol. 220 nu. 11. Maſtrill. lib. 4. cap. 13. nu. 186. & 190. ac nu. 219. quæ doctrinæ in cauſa graui deſeruierunt inter Marchionem Coriliani, & Marchionem Mariliani.

Ad ſingul. 62.

33 Quod ratione adminiſtrationis Primipilatus Fiſcus doti præferatur, & filij licet non hæredes patris teneantur, & alia ſpecialia conſequatur de iure Fiſcus, & quod tale officium aſſimiletur officio Theſaurarij dicunt, Adde quod contrarium fuit receptum, quod non adſit officium, cui comparetur Primipilatus officiū, vt iure fuit in hoc diſpoſi-

34 tum, & ſic ſeruetur in omnibus Regnis, vide quę latè adduxit Fontan. de pactis nuptial. 2. tom. clauſ. 7. gloſ. 2. par. 3. nu. 6. cum ſeq.

Ad ſingul. 63.

35 Fiſcus quando poſſit condicere pecuniam ſolutam creditoribus, etiam ſi conſūpta ſit, qualiter hoc intelligatur, vide Annam conſ. 123. Gratian. diſcept. 304. declarat, quid in priuatis, ſi ſolutio facta fuit fraudulenter ſecundis creditoribus, & alia diffusè Fontan. tom. 2. de pactis nuptial. gloſ. 8. par. 6. ex num. 32. & par. 7. gloſ. ſeq. ad quem recurras, & quid ſi pecunia extat, vel de ea ſit facta emptio, vide ibi nu. 32. latiſſimè.

Ad ſingul. 66.

36 Quod Fiſcus non habeat tacitam hypothecam pro conſecutione pœnarum, prout habet pro cęteris debitis, vide Grat. diſcept. 304. ex nu. 9. quod nota, cum multi contrarium teneant.

Ad ſingul. 68.

37 Præſumptio fraudandæ gabellæ oritur de iure, ſi quis oneratas merces per alium locum portauerit, quam vbi gabella ſoluitur, vide Campan. in cap. Regni in c. Magiſtri Foreſtarum, Muſcat. in praxi crimin. tit. de extract. Maſcar. concluſ. 99. & 473. Menoc. lib. 5. præſumpt. 3. & ſemper locus non conſuetus eſt iuſta præſumptio fraudis, & con-

38 trauentionis, nec requiritur actus conſumatus in tali materia, Giurba conſil. 16. num. 19. qui ita communem praxim

eſſe

Digitized by Google

eſſe affirmat, Maſcard.concluſ.834.nu. 27. Rota Genuenſ. deciſ. 168. qualiter talis præſumptio poſſit excludi, vide Giurbam loco citato ex num. 23. qui multa ad excuſationem notabilia adducit.

Ad ſingul.71.

39 Qualiter iure poſſint cogi ciues ad emenda victualia empta ab Vniuerſitate pro commodo ciuium, ſi illis non indigeant poſtea, vide Gizzarell.deciſ. 74. num.4. Gratian. deciſ. 184. in addit. ex num. 2. & vide Mutam ſuper pragmat.Sicil.tit.62.

Ad ſingul.73.

40 Quod homines ſcãdaloſi, rixoſi, turbãtes quietẽ publicam poſſint à Principe eijci ab illa Terra, vide de Ponte in tractatu de poteſt. Proreg. tit.1. nu. 11. Muta deciſ.64.nu.7. Ricc. collect. 2013. Borrell.de magiſtr.lib.3.cap.13. ſic & meretrices ſeditioſæ, vſurarij, ſuſpecti de fide, proditione, Auend.de exequend.mand.lib.2.cap.6.latè Muta ſuper pragmat.Sicilię tit.27.multa notauit.

Ad ſingul.74.

41 Honor, & reuerentia debetur Officiali in aſſurgendo, caput diſcooperiendo, ſalutando, verba humilia proferendo, alias puniri poterit, Bonadill.in polit. lib.2.cap. 18. Seſe de inhibit.cap.8. §.3.num.199. & Gratian.diſcept.284. dicit, pœnam eſſe arbitrariam iuxta facti qualitatem, & latè Giurba conſ. 38. ex num. 15. quod pœna ſacrilegij poſſit etiam quis puniri, quia Magiſtratus Principem repreſentat, vt latè ibi, ad quem recurras in occurrenti, & Borrell. de magiſtrat. lib.3. cap. 4. & infra ſingul.139.

Ad ſingul.68.

42 Immunis ex priuilegio, vel à lege ab omnibus muneribus, & oneribus, non intelligitur immunis, vt non ſoluat, & contribuat cum alijs ciuibus in ijs, ex quibus recepit commoditatem, vti pro paſcuis, Medicis, erectione fontium, accomodatione viarum, eleemoſynæ Prædicatoris, & ſimilium, Craſſ. de effectib. cleric. effect.3. nu.203. Auend. de exeq.mandat. cap.14.par.2.

Ad ſingul.80.

43 Habens priuilegiũ immunitatis, vel ſimile, ſi in occurrenti non vtatur, vel faciat actum contrarium, an illud amittat, & conſtituat contrarium in quaſi poſſeſſione exigendi, Adde Gaill. obſeruat.60.lib.2. Menoch.de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 41. qui concludunt, quod aut priuilegium cõtinet effectum ſucceſſiuum, & non tollitur per vnicum actum, aut plures, ſi contineat actum momentaneũ perdatur, late Fontanel. de pactis nuptial. clauſ.4. gloſ.10. par. 1. ex num.130.

Ad ſingul.83.

44 Quod vicini pro accomodandis vijs, ędificandis pontibus, diuertẽdis aquis, ex quibus ſentiunt commoda, poſſint cogi ad contributionem, eſt quotidiana practica, & ſic ſeruatur etiam cum Terris, & Vniuerſitatibus, Auendan. cap.4.num.8.par.2.de exequend.mandat. Gizzarell. deciſ.38. difficultas eſt circa repartitionem contributionis, an quis pro valore poſſeſſionis, quam propè dictos locos reparandos tenet, con-
45 tribuere debeat, vel pro latitudine, Coſta in tract. de portione ratæ quæſt. 15.dicit, pro latitudine, Viui. dec.488. dicit, hoc remittendum eſſe iuſti Iudicis arbitrio, vt pro numero foculariorum, aut tenimento repartitio fiat cum alijs vicinis.

Ad ſingul.88.

46 Quod Officiali continuò laboranti pro ſeruitio publico competens ſalariũ conſtitui debeat, vt viuat, & relinquat filijs facultatem, vltra text. hic allegatum, vide alium ſingularem in l.hanc §. ſexcenti C.de adminiſtr.diuerſ.offic. &
47 an ſi tenue ſalariũ habeat, in foro poli poſſit munera recipere, vide Molinam tract.de iuſtit.quæſt.83.in fine, Coſta remed.78.

Ad ſingul.91.

48 Legati ad Regem non poſſunt de iu-

re mitti ſine licentia Proregis, hic notaui, vide Maſtrill. de magiſt. par. 2. lib. 5. cap. 6. nu. 158. & nouiſſimè vide deciſ. D. Regent. Tapiæ 10. qui ad partes articulum diſputat, & decidit.

Ad ſingul. 95.

49 Locans paſcua pro animalibus vni, an in eodem loco poſſit etiam alia imponere, vel primo conceſſa priuatiuè ad alios cenſeatur, fuit mihi pluries in facto, & reſolutum, quod ſi paſcua, vel defenſa, & ſimilia poſſunt deſeruire pluribus, tunc non cenſeatur priuatiua conceſſio, & in terminis vide Cancer. lib. 3. cap. 4. nu. 56. allegat ille gloſ. Bart. & alios l. aquam C. de ſeruit. Cepoll. tit. de ſeruit. aquæ nu. 30.

Ad ſingul. 99.

50 Locationes factæ de bonis patrimonialibus Principis an per meliorem oblationem poſſint retractari, Adde Auendan. cap. 12. par. 2. num. 10. cum ſeq. & quid in bonis Vniuerſitatis, vide Afflict. deciſ. 340. Capyc. deciſ. 36. Montanar. pragmat. 5. §. 8. tit. de adminiſtrat. Vniuerſit. de Ponte in tractatu
51 fol. 190. & an qui reperitur in poſſeſſione, offerens tantundem debeat præferri, vide Guttier. practic. quæſt. cap. 38. lib. 1.

Ad ſingul. 105.

Meretrices poſſunt eijci ad poſtulationem vicinorum, vti hic probauimus, ſed quid ſi quis teneat concubinam, an poſſit peti, vt exfractet, quod non, Anna
52 ſingul. 338. quid ſi mulier habeat maritum, ſi ſui copiã faciet, an poſſit peti, vt expellatur, vide Gizzarell. deciſ. 56. & quid ſi domus erunt propriæ ipſarum mulierum, vide ibi Gizzarell.

Ad ſingul. 106.

53 Quod miles, qui tenet ſuum ſalarium à Rege, ſi fuerit captus ab hoſtibus non poſſit petere illud, neque redimi, & ſolutum pro redemptione non poſſit repetere, ſic probat multis authoritatibus Regens Conſtantius nouiſſimè l. 1. C. de re milit. qui latè articulum diſputat.

Ad ſingul. 109.

54 Milites deſertores ſunt in multiplici differentia, & ſic in diuerſis pœnis, recurre ad notata per Caball. caſu crim. 294. pro intellectu.

Ad ſingul. 119.

55 Mutuare coguntur ciues diuites Vniuerſitati in occurrenti neceſſitate, Adde Auendan. cap. 14. par. 2. num. 9. de exequend. mandat. ſic ad præſtandum victualia habentes vltra vſum coguntur, ex text. l. 1. C. de frum. Vrbis Conſtant. lib. 10. & vide Eſcobar tract. de ratiocin. cap. 25.

Ad ſingul. 130.

56 Officialis, qui habuit illuſtrem dignitatem, vel officium, etiam eo finito retinet honorem, & eius gradum, Maſtrill. de magiſtrat. lib. 4. cap. 13. num. 68. cum ſeq. inde titulati etiam titulo refutato eo honorantur, D. Regens Ronitus tit. de titul. abuſu num. 24. Gratian. latè diſcept. 291. num. 29. cum ſeq. ſunt tamen poſteriores ijs, qui actu tenent, vt dixi in ſingul. ſeq. & nunc Addo Regent. Conſtant. l. 1. C. de conſul. lib. 10. num. 40.

Ad ſingul. 132.

57 Officiales exiſtentes in paritate officij in præcedendo quis ſit potior eorum dixi, quod primò creatus, licet alter ſit magis benemeritus, Adde Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 5. cap. 4. num. 73. ſed Princeps poteſt ſecundò creato priuilegium concedere ob merita, vt præcedat, Molfeſ. conſil. 15. de Ponte in ſuo tractatu fol. 12. num. 8. licet nuper
58 adſint litteræ Regis, vt ſeruetur qualitas temporis, & non ordo qualitatis attendatur, ſi vno eodemque tempore plures crearentur, Anna conſil. 136. & conſ. 122. reliqua ad hanc materiam præcedentiæ vide apud D. Regent. Tapiam deciſ. 22. de Ponte conſ. 14. par. 1.

Ad ſingul. 133.

59 An attendatur tẽpus datæ, & officij conceſſi, vel poſſeſſionis, & quid ſi non ſtetit per Officialem prouiſum, Molfeſ. cõſ. 15. bene, & ſi fuit occupatus in alio ſerui-

60 ſeruitio Principis, an tempus datę tunc attendatur, quod ſic, vide Annam conſ. 42. ſed ſi aderit culpa, tunc tempus poſſeſſionis erit attendendum, de Ponte conſ. 135. vol. 2.

Ad ſingul. 135.

61 Officialis ſine iuſta cauſa ab officio remoueri à Principe non poteſt, Menoc. de arbitr. Iudic. caſu 55. & benè Cancer. lib. 3. variar. reſolut. cap. 12. num. 196. ſed ſi aſſerat ſibi conſtare cauſam, an legitima præſumatur in Principe enunciante, vide ibi Cancer. & quæ dicam in ſeq.

Ad ſingul. 136.

Licet de iure omnes Officiales ſint annales, tamen Auditores, & Iudices de cõſuetudine ſunt biennales, & quod Princeps poſſit eos refirmare hic concluſimus, Nouè vidi allegationes impreſſas contra hanc noſtram opinionem, vnde eam defendendo, ſequentes tunc reſponſiones feci, quas in eodem ſingulari volui hìc inſerere, vltra quòd ſupra pragmat. 5. nu. 128. multa dixi, qđ Princeps iure refirmare poſſit, Auditores, & Iudices Magnæ Curiæ, & alios Officiales, tamen ex abundanti, quod Officiales ſine cauſa legitima non poſſit amouere, quanquam ab beneplacitum eſſent creati;

Vidi nuper duas antiquas quæſtiones vti nouas, & dubias Typis impreſſas, & concluſiuè Doctor iſte tenet, quod Princeps, & eius Vicarius poſſit ad libitum Officiales amouere, & quod Prorex non poſſit prorogare de iure officia Auditoratus, & Magnæ Curiæ.

Ad primam quæſtionem reſpondeo, quod totum fundamentum affirmatiuę huius opinionis conſiſtit, quod iuriſdi-
62 ctiones à Principe gratioſè, & præcariè conceſſæ intelligantur, & proinde ad beneplacitum amouerę poterit, & adducit multas authoritates probantes hoc aſſumptum, & dum fuiſſem ab amicis rogatus tàm pro defendenda mea opinione, quàm pro veritate tanti negotij, nè anſa detur dubitandi, volui aliqua ſcribere, quanquam articulus non requirat tantam dotem, & breuiter dico, quod Moderni hanc controuerſiam explicarunt, de quibus nullam mentionem fecit præfatus Doctor Mutius Recchus vir eruditus, nunc Profiſcalis Aduocatus in Prouincia Hydruntina.

Et primo adduco Maſtrill, qui in tractatu de magiſtrat. lib. 1. cap. 23. ad partes diſputauit diſcurrendo punctum, & Doctor. vtriuſque opinionis adducendo, negatiuè concludit, non
63 licere Principi Officiales, qui habent ſtabilitatem temporis pręfiniti, illos reuocare, quanquam conſtituiſſet ab beneplacitum, vnde ſat eſſet ad confutanda ea, quæ ex aduerſo ponuntur remittere Lectores ad Maſtrill. quem ſi vidiſſet ille, auertiſſet manus, & vnica ſolutione reſoluuntur, & concordantur, quæ ex aduerſo adducuntur authoritates; procedunt namque, quando Princeps concedit officia, quæ non habent de iure, vel conſuetudine tempus deſignatum, hoc caſu ſuſtineri poteſt affirmatiua, vt liceat Principi ad voluntatem Officiales amouere, ſed in officijs habentibus tractum tẽporis ſtabilitum, vti ſunt in Regno, annalia tam
64 ex diſpoſitione iuris communis, quam Regni, vt latè explicaui pragmat. 5. de Baronib. & Auditores, & Iudices Magnæ Curiæ biennales de antiquiſſima conſuetudine, quæ pro lege ſeruanda eſt, vt in terminis dicit Gloſ. l. final. C. de ſuſcept. lib. 10. hoc caſu de iure ante tempus non patitur ratio, vt Officialis remoueri iure poſſit, & ita ſunt officia circumſcripta tempore, quod Doctores diſſerunt, oriri quaſi contractum inter concedentem, & recipien-
65 tem, quod alter non poteſt diſcedere ab obſeruantia, imò licet ambo conſentirent, reluctante Vniuerſitate Officialis diſcedere non poterit, Franch. deciſ. 409. Hæc inquam diſpoſitio iuris ſemper à Proregibus ſeruata fuit,

nam magnificentia Principis conſiſtit, vt datum permaneat, cap. decet de regulis iuris in 6. hanc veram eſſe opinionem vltra Maſtrill. & alios ab eo coacceruatos firmat Bouadill, in ſua politica lib. 2, cap. 16. D. Regens Tapia l. final. ff. de conſtitut. Princip. cap. final. latè, & ita ſeruatum dicit in pragmat. 1. titulo de officio Iuſtitiarij, Anna allegat. 44. nouiſſimè Fontanell. de pactis nuptialib. clauſul. 4. gloſ. 10. ex num. 174. qui adducit Gaill. Peguer. & alias authoritates, & hanc eſſe magis communē firmat Çeuall. commun. opin. 425. & Georg. allegat. 46. Ricc. collect. 2011. Cabed. dec. 21, Petra ad dec. Capyc. 133. cum mille ab eis adductis, qui hanc veram, & magis communē opinionem eſſe teſtantur, nā licet
66 magna ſit Principis poteſtas in concedendo, in auferendo autèm parca eſſe debet, & regulata, vt Petra de poteſt. Princip. cap. 29 num. 27, Vnde ex prædictis ſatis liquet veritas huius quæſtionis, & vrget authoritas tantorum Patrum, vt de ea non ſit hæſitandum, vt Officialis intra tempus non poſſit à Principe, nec Prorege remoueri ſine legitima, & probata cauſa.

Deuenio ad ſecundam quæſtionem, in qua reſidet præfatus Doctor, quod Prorex iure non poſſit Iudices Magnæ
67 Curiæ poſt finitum biennium confirmare, quia repugnat diſpoſitio legis, & Regis, de iure enim prohibita eſt refirmatio, l. neminem C. de ſuſcept. lib. 10. & adeo cōtinuatio prohibetur, quod tanto tempore debent Officiales vacare, quanto exercuerunt, vt in pragmat. 5. tit. de officio Iudic. Item extant nuper litteræ Suæ Maieſtatis, quę dicūt, vt Iudices Magnæ Curiæ finito biennio abſtineant, vnde ex ijs fundat, non licere Proregi refirmare dictos Officiales.

Ijs tamen non obſtantibus contrarium de iure verum dilucidè demonſtrabitur, Non refragatur lex communis, & Regni, nam iſta iura ex antiquiſ-
68 ſima conſuetudine nunquam fuerunt in obſeruantia, non ſolum à Proregibus, ſed neque à Baronibus, qui ad libitum ſuos Officiales, Vniuerſitate non reluctante refirmarunt, vt Carau. ritu 295. num. 26. Borrell. de magiſtr. cap. 12. num. 28. & Dominus Regens Rouitus in allegata pragmatica mandante, vt Officiales vacent, quāto exercuerunt, dicit eam nunquam fuiſſe in
69 vſu, & lex per contrarium vſum tollitur, Doctores l de quibus ff. de legibus, Vaſquez controuerſ. illuſtr. cap. 30. qui dicit, hoc non repugnare obedientiæ, quia Principis intentio eſt, vt leges in tantum ligent, quatenus moribus vtentium recipiantur, Surd. conſ. 460. & quod valeat conſuetudo refirmandi Officiales dixit Gloſ. in allegata l. neminem C. de ſuſcept. lib. 10. Surd. conſ. 261. Maſtrill. de magiſt. lib. 1. cap. 23. nu. 76. & quod Proreges ſępe vſi fuerint hac facultate eſt notorium.

Secundo dicimus, quod dato, vt diſpoſitio iuris eſſet in obſeruantia, ea li-
70 mitatur, ſi Prorex voluerit diſpenſare cum perſona benemerita, nam ſuper ijs, quæ ſunt iuris poſitiui ille habet fa-
71 cultatē relaxandi leges, quia vti Vicarius Regis dicitur alter ipſe, ita quod omnia, quæ licent Regi, licent & Proregi, ſi ſpecialiter non ſint excepta, De Ponte in tractatu de poteſt. Proregis cap. 1. Franch. deciſ. 161. & in terminis, quod Proregi liceat diſpenſare in refirmando Officiales, dixit Maſtrill. loco citato num. 68. & 74. Borrell. d. cap. 12, num. 59. ex quibus reſoluta eſt obiectio, vt non reſiſtat diſpoſitio iuris, nec Regni, vt Proregi non liceat mandare, vt quis continuet officium.

Tertio ſupponimus, non obſtare litteras Suæ Maieſtatis, cum in ijs verbū nullum legatur, vt non fiant refirma-
72 tiones, ſolum mandat, vt Iudices Magnæ Curiæ finito biennio pareant ſyndicatui, & ſuper hoc caſu prouidit, quia ad eius aures peruenerat, quòd Iudices refirmabantur ſemel, & pluries, & in

Digitized by Google

& in fine tantum reddebant rationes, vnde ne in tam longum tempus protraheretur emendatio, mandauit vt finito biennio pareant ſyndicatui, corrigendo tacitè pragmaticam primam de ſyndic.
73 quæ permittebat, quod in fine Officialis refirmatus poſſit ſyndicari, ſed quod finito biennio, & reddita ratione ſi bene ſe geſſerit, non poſſit confirmari, nil Rex diſpoſuit, vndè omiſsũ habetur pro omiſſo, l. ſi extraneus ff. de condit. ob cauſam, & ſi aliud voluiſſet, dixiſſet, l. vnic. §. ſin autem C. de caduc. tollend.
74 l. ſi furioſi C. de nupt. & prouiſio facta in vno caſu, non extenditur ad aliũ, l. gallus §. & quid ſi tantũ ff. de liber. & poſthum. & à verbis non eſt recedendum, nam ſunt limites diſpoſitionis, & vltra extendi non poſſunt, l. non aliter ff. de legat. 3. ex quibus patet, diſpoſitionẽ iuris, nec Regis obſtare, quin Prorex non poſſit vti iure ſuo, vti alij Prædeceſſores obſeruarunt, & eius authoritas non eſt minuenda, dum Rex eam in hoc non limitauerit, & propterea minimè mutanda ſunt, quæ antiquam habuerunt obſeruantiam, ſunt verba text. l. minime ff. de legibus, & ita à præſenti Prorege, cui fuit præſentata dicta allegatio contraria, pro noſtra opinione alios Iudices refirmauit dato prius ſyndicatu.

Ad ſingul. 137.

75 Officiali abſenti pro ſeruitio officij debetur ſalarium, quamuis pro itinere recipiat à parte dietas, Adde Regent. de Ponte conſ. 133. volum. 2. & ſic obſeruatur in Officialibus huius Ciuitatis, & miror, quod in aliquibus Prouincijs, quando Auditores exeunt à Tribunali pro Fiſco, ſalarium pro eo tempore refalcatur, & non habet iuris aſſiſtentiam, ſolum quod ſic conſuetum eſt.

Ad ſingul. 138.

Officialis condemnatus pro aliquo delicto commiſſo in officio non poteſt
76 ad aliud promoueri, limita ſi Prorex diſpenſauerit, Petra ad dec. Grammat. 40. num. 12. limita ſi delictum non fuerit graue, vt Fontanell. tomo 1. de pactis nuptial. lib. fol. 149. num. 58. clauſ. 4. gloſ. 10. ſed an condemnatus, ne exerceat dicatur perpetuo excluſus, vide diſtinctionem Mutæ deciſ. 63. & quæ dixi ſupra pragmat. 5. num. 169. cum ſequentibus.

Ad ſingul. 140.

77 Pacem componere inter nobiles, & familias, vndè poſſent ſcandala oriri, Superioris eſt, etiam ſi non delinquerint, ad occurrendum futuris, Adde Coſtam de remed. ſubſidiar. remed. 60. ex num. 14. & quod Iudex ſi videbitur, poterit cogere ad inuicem ad dandam cautionem de non offendendo, vide ibi.

Ad ſingul. 141.

78 Pater, qui tacitè conſentijt adminiſtrationi officij factę per filium, ipſe tenetur inſolidum ad emendam, Adde text. in l. filios in poteſtate C. de decurion. lib. 10. & gloſ. dicit, quod ſemper præſumitur, patrem conſentire, ſi expreſſe non proteſtetur, & qualiter vti fideiuſſor teneatur, Hering. tractatu de fideiuſſ. cap. 27. par. 3. Cęuall. commun. opin. 513. Manſon. de cauſ. execut. fol. 115. nu. 25.

Ad ſingul. 142.

79 Pecunia debet eſſe iuſti ponderis, vt tanti pretij ſit in maſſa, nulla habita ratione de expenſis in cudendo, vide late, quę adducit Muta ſuper pragmat. Sicil. tit. de monetis.

Ad ſingul. 143.

80 Quod creditores etiam poſteriores præferantur Fiſco pro pœnis ipſi debitis, Adde Gratian. diſceptat. 304. late.

Ad ſingul. 144.

Pœna debet tenere ſuos authores, qualiter ſuſtineatur practica, qua vti-
81 tur Prorex, & Superiores, quando exterrant conſanguineos à patria propter latrones eis coniunctos, vel alios graues delinquentes, vide quæ late congerit Giurba conſ. 49.



Digitized by Google

Ad ſingul. 153.

Princeps qualiter ob bonum publicum poſſit in communi, & particulari moderare luxum veſtium, carrociarum, multitudinem ſeruientium, & ſi-
82 milia, vide Vaſquez controuerſ. illuſtr. cap. 17. Mutã ſuper prag. Sicil. tit. de fauſtu, & pompa, ſic & alicui luxurioſè viuenti, & diſſipanti, Gomeſ. de contract. cap. 14. num. 33. Regen. de Ponte in tract. de pot. Proreg. fol. 513.
83 dicit, poſſe interdici adminiſtrationẽ.

Ad ſingul. 158.

84 Rationes ſemel datæ reuideri non poſſunt facta quietatione, limita ſi allegaretur error in rationibus, Caſtill. deciſ. 202. prout iterum ſyndicari poterit Officialis ex cauſa, de Ponte
85 deciſ. 26. Muta deciſ. 5. ſed oportet, vt appareat cauſa legitima, ne quis pluries ex malignitate vexetur. Rationes tamen non tenetur quis de nouo dare, ſi libri, & rationes fuerint laceratę, perditæ, vel conſignatæ ei, pro quo fuit
86 facta adminiſtratio, Cance. lib. 3. reſol. cap. 15. nu. 300. & ſic ſolẽt cauti negotiantes poſt redditas rationes in inſtrumento liberationis ponere, qualiter rationes fuerunt caſſatæ, & laceratæ, & dixi aliqua pragmat. 16. in fine.

Ad ſingul. 161.

87 Rationes priuatæ calculatæ à Rationalibus electis non habent executionem paratam, ſi præſententur Iudici, Adde Eſcobar tractatu de ratiocin. cap. 31. & 35. Auendan. de exequend. mandat. par. 2. cap. 10. num. 36. & latè Gratian. diſceptat. 183. ſi præcedat authoritas, & commiſſio Iudicis facta Rationalibus, an tunc exequi poterint.

Ad ſingul. 162.

Salaria plura Officialis tenere non poteſt, Adde D. Regent. Rouitum titulo de munerib. Official. num. 4. ſed cum
88 licentia Proregis poteſt, ſi non ſunt incompatibilia, Iaffred. deciſ. 92. de Ponte de poteſtate Proregis §. 6. num. 32. Seſe deciſ. 174. par. 2. Caſtill. bene diſtinguit deciſ. 44. & deciſ. 49. Capyc. deciſ. 23.

Ad ſingul. 164.

89 Senectus vti veneranda plura habet priuilegia, l. ſemper ff. de iure immun. & an ſenex excuſationem habeat à comparendo de perſona, ſi ſit exter, & graui ætate confectus, fuit in facto altercatum, quod ſic Hartam. deciſ. 7. Rota in deciſ. 9. de judic. Ozaſc. deciſ. 123. & multa de eius priuilegijs Gratian. diſcept. 328. an poſſit carcerari.

Ad ſingul. 171.

90 Solutio trium annorum quando faciat præſumi ſatisfactionem præteritorum, vide Menoch. de præſumpt. lib. 3. cap. 139. ſed aduerte, quod hæc eſt præſumptio iuris, quæ recipit probationem in contrarium, vt ibi Menoc. & ſolutio debet probari per apocas, & non per teſtes, vide Manticam de tacitis, & ambig. lib. 3. tit. 15. & nouiſſimè Reg. Conſtant. l. quicumque C. de apoc. publ. lib. 10.

Ad ſingul. 174.

91 Subſtituere quis non poteſt in ſuo officio, neque locare illud, nam intelligitur electa induſtria perſonæ, quid ſi officium non habeat adminiſtrationem cum iuriſdictione, ſed ſolum honorem, & prærogatiuam cum gagijs, & emolumentis, latè de Ponte conſ. 137. vo-
92 lum. 2. & quando cum licentia quis ſubſtituit, an teneatur de facto ſubſtituti, latè Giurba conſil. 26. qui omnes caſus diſtinguit.

Ad ſingul. 185.

93 Victualibus prouidere Ciuitatem ad Decuriones ſpectat, ſed etiam eſt officium Proregis, & Præſidis in ſua Prouincia, ac Baronis in ſua Terra, vt ciues bene regantur, & neceſſarijs non careant, l. 1. C. de frum. Vrbis Conſtant. lib. 10. & ibi Doctor. Auend. cap. 19. num. 37. par. 1. Borrell. de magiſtr. lib. 3. cap. 14.

Ad ſingul. 191.

94 Vſus ex priuilegio, vel de iure conceſſus alicui de iure habet tacitam interne-

Digitized by Google

terpretationem, ſi concedenti ſuper-
abundet, Petra ad deciſ. Grammat. 67.
& propterea ſi erit legitima communi-
tas inter Vniuerſitates, ſi altera poſtea
tractu temporis fiat numeroſior, & vſus
95 pro paſcendo, vel lignando, & ſimili-
bus ei non ſuppetat, poterit petere
diſſolutionem, Adde Cancer. lib. 3. re-
ſolut. cap. 3. num. 440. & cap. 4. num.
50. Inſuper nota, quod licet vtrique
ſufficiat, concedens debet eſſe melio-
96 ris conditionis, quam conceſſionarius,
& propterea vltra quod vtitur ſocius,
poteſt vti Dominus, Fontanell. de
pactis nupt. lib. 1. fol. 90. nu. 74. Franch.
deciſ. 301. in fine, quod eſt notandum.

# FINIS.

IMPRIMATVR.

Felix Tamburellus Vicarius Generalis.

Andreas Lecteresius Canonicus Deput. vidit.

Digitized by Google

Digitized by Google

# TRACTATVS

# DE IVRE

# ET OFFICIO BARONVM

## ERGA VASSALLOS BVRGENSES,

SEV NAVIS AVREA, ET PRACTICAE QVAESTIONES

Super Prag maticis de Baronibus,

## LIBER SECVNDVS

EDITVS PER CELEBERRIMVM I.C.

IO. FRANCISCVM CAPIBLANCVM

ORIGINE PATRITIVM BENEVENTANVM

Iudicem Magnæ Curiæ Vicariæ.

OPVS ATPRIME [illegible]

*Reipublicæ tutamen, ac omnibus vtiliſſimum, & maximè in Regni Neapolitani foro verſantibus,*

CVM ARGVMENTIS, SVMMARIIS, ET INDICE [illegible]

ac Deciſionibus Sacri Regij Conſilij, aliorumq; Senatuum illuſtratum.

*CVM PRIVILEGIO, ET SVPERIORVM PERMISSV*




[illegible], *Apud Aegidium Longum Regium Impreſſorem* MDCXXX.

EXPENSIS IO: D[illegible] BOVE.

Digitized by Google

Digitized by Google

# ILL.MO ATQ. EXC.MO DOMINO

# D. FERDINANDO AFAN DE RIBERA DVCI DE ALCALA, ET GANZVLES, MARCHIONI DE TARIFA,

Comiti Molarium, Sac. Cath. Maieſtatis clauis aureæ Cubiculario, Ordinis Alcantaræ Commendatario, & in præſenti Regno Viceregi, Locumtenenti, & Capitaneo Generali.

INTER multa dona, quibus à Deo Optimo Maximo Adam Parens fuit decoratus, illud omni memoria extat dignum, quod ſingulis rebus, iuxtà cuiusq; naturam, & dignitatem nomina talitèr imponere exquiſiuit, vt (teſte Moyſe) omne, quod vocauit, iure fuerit attributum: Quod quidem ità fuit receptum, vt ſummæ Sapientiæ imputetur, quando quis id quod cuiquam competit, adiudicat. Indè noſter Iuriſconſultus inter præcepta legis ſtatuit, ius ſuum cuiquè eſſe tribuendum. Ipſe ergò hoc moneor, & ducor exemplo; Dùm enim ſecundum de Baronibus Tractatum ad publicam vtilitatem, in lucem prodere intenderem, non mihi fuit diù ambigua deliberatione cunctandum, cuinam potiſſimum illum dicarem, nàm ſtatim, vt tibi debitum ampliſſimo tuo numini fore decreui. Ex pluribus inquam Excellentiæ tuæ debetur, tàm vti Proregi, dùm vices Regias gerens primatum omnium Baronum exerceas, quàm etiam cùm omnia de quibus in hoc libro agâtur, circa normam imperandi, regendi, iuſtitiamq; miniſtrandi, in quibus partes Principis conſiſtunt, longè præſtantiùs tuis factis, & geſtis abſoluis: Nil enim in iuſto Principe conſpici poterit, quod in te valeat deſiderari; Religione quidem ergà Deum, pietate in



Digitized by Google

ſubditos, grauitate in imperando, vigilantia in regendo, prudentia in iudicando, iuſtitia tandem in adminiſtrando, talitèr refulges, vt admiranda potiùs hæc, quam verbis conſcribenda videantur. Competit adhuc tibi vti Duci de Alcalà, ex primatibus omnium Dominorum Hyſpaniæ, ex illo genere de Ribera, ex quo tot Alcalanorum Duces omnium virtutum ſplendore, tàm in prælijs animi fortitudine, quàm in regendis Populis, mentis prudentia ornatiſſimi prodiere: Inter quos quantum decoris, & in omne Euum permanſuræ immortalitatis gloriæ attulerit proſapiæ tuæ Excellentiſſimus D. Perafan de Ribera tuus Patruus, illud certè teſtatur, quod tàm piè, prudentèr, & iuſtè, in hoc Regno ſe geſſit, vt non ſolùm vices per annos duodecim tenuerit Regias, ſed illius Regimen veluti norma, & archetypus omnibus præponatur: Vndè ex Hyſpania hùc demigraturis Proregibus illud potiſſimum memoriæ demandatur, vt inſpiciant, & imitentur exemplar, quod Excellentiſſimus ille Heros in hoc Regno reliquit; Et ſic quot Proreges Neapolim accedùnt, tot illius nominis præcones Orbis terrarum agnoſcit; Cuius veſtigijs ità inſiſtis, vt non ſolùm ad eandem gloriæ metam breui te peruenturum, ſed maiora augurantur, & expectantur, itaùt inter tuos Anteceſſores, velut inter ſydera luminare maius effulgeas. Singularis deniq; illa, qua præditus es in omnibus ſcientijs eruditio, me vt has tibi lucubrationes dicarem excitauit; nàm cùm hos labores in ſtudijs expertus fueris, tuum erit extimare quanti interſit magnam temporis vitæ partem, me in ijs conſumaſſe, plures libros ad publicam vtilitatem in lucem demandaſſe, & Catholicæ Maieſtati inſeruiendo, in omnibus ferè Regni Tribunalibus tot annis extrà proprios lares, cum omni integritate deſudaſſe. His perſpectis Excellentiſſime Domine, dùm iuſtitia illa diſtributiua, quæ Principis eſt ſingulare ornamentum, ſub tuo fœlici Regimine dominari conſpiciatur, vndè non ampliùs perſonarum, ſed laborum viget acceptio; non fauoris, ſed meritorum pollet conſideratio; non Potentium, ſed Dignorum præualet extimatio; Spero vt quæ hucuſq; vel temporum calamitate, vel prauitate fortunæ non obtinuerim, tua benignitate vberrimè conſequi valeam. Accipe igitur magnanime Heros meæ ſeruitutis perpetuum monumentum, & obſeruantiæ pignus, quod dùm tui nominis fulgore inſignitum apparebit, gratum cunctis fore, & acceptum ſpes mihi certa pollicetur. Vale Princeps, diuq; fœlix viue.

Veſtræ Excellentiæ

Humiliſſimus, & perpetuus Seruus

*Io. Franciſcus Capiblancus*

Digitized by Google

# INDEX

## ARGVMENTORVM.


Caput I.

Regnum collectare, aliaquè onera pro Bellorum neceſſitate ſubditis imponere, an & quãdo Principi liceat.

Caput II.

Proreges, an ob magnam authoritatem eis à Rege collatam, facultatem habeant abſoluta poteſtate vtendi, & de facto abſq; proceſſu, & defenſionibus quem ad pœnam corporalem cõdemnare, Et quid in Principe.

Caput III.

Quando quis ad vendendum cogi poſſit, & an tunc pretium commune, vel ſingulare ſit ei ſoluendum.

Prælatio quando alicui competit, an pretium in numerato ille ſtatim ſoluere debeat.

Baro an banna emittere valeat, vt non liceat vendere, niſi data priùs ei notitia.

Caput IV.

Baro an vaſſallos cogere poſſit ad ſibi præſtandum donatiuum, ſeù ſtrenam ab antiquo ſolitam. nouè explicatur.

Præſtationes difformes, quando obligationem inducere poſſint, & an ſaltim ſuper minori ſumma dici valeant concordes.

Caput V.

Edicta, banna, aut mandata facta ad inſtantiam Baronum, an & quando ex vnico actu, vel reiteratis, ipſis quærant quaſi poſſeſſionem, & præſcriptionem contra vaſſallos.

Priuilegia conceſſa Vniuerſitatibus, an amittantur per non vſum, vel contrarium vſum.

Caput VI.

Ambigua illa concluſio, quod ea quæ facultatis ſunt, non præſcribuntur, exactè declaratur, & ſic qualiter hoc facultatis nomen intelligatur.

Baro an non vtendo, & non petendo ea quæ ei à Vaſſallis de iure, vel conſuetudine debentur, dato longi temporis curſu ea amittat, vel tueri poſſit, id in ſua facultate fuiſſe.

Libertatis ius vt acquiratur, an concurrere debeant eadem requiſita, proùt in acquirenda ſeruitute.

Caput VII.

Seruitia quæ de iure à Vaſſallis Baronibus non debentur, an immemorabili tempore quæri poſſint, & quantæ conſidetionis ſit talis præſcriptio, qualiterque probetur, & impugnetur. perbellè notatur.

Caput VIII.

Agens ad reſciſſionem contractus venditionis qualiter debeat offerre pretium receptum.

Pretium ſi ex pacto emptoris fuerit inueſtitum in tuta emptione prò ſecuritate, an reuocato contractu poſſit petere de contanti, vel ſufficiat emptori offerre ceſsionem emptionis factæ, nouiter explicatur.


a Ca-

Caput IX.

Cura annonæ an pertineat ad Barones, vel ad Vniuerſitates.

Electio Catapanorum ſi de Conſuetudine ad Vniuerſitatem ſpectet, an ius ſuperioritatis, & ſuperintendentiæ ſit et exceptum Baroni circa negligentiam, & malam adminiſtrationem.

Caput X.

Contractus initus inter Baronem, & Vaſſallos, quando ob metũ reuerentialem, & læſionem reſcindi poſſit.

Metus reuerentialis præſumptio inter Baronem, & Vaſſallos an detur, & an ob iuramentum excludatur.

Caput XI.

Barones tenentur Vaſſallos protegere, adiuuare, & fauores eis præſtare, & ex ijs nullam oriri obligationem, prò remuneratione, refertur. Sed an ſi mercedẽ accipiant, in foro fori, & poli obligentur ad reſtitutionẽ, maximè ſi magna, & exorbitantia eſſent beneficia.

Remuneratoria qñ dicatur donatio, ſeù conceſſio alicui facta ob ſeruitia, quæ iuxtà ſuum munus quis exercuit.

Caput XII.

Statutum generale, vel Priuilegium, an deroget priuilegijs ſpecialiter anteà alteri conceſſis, nulla facta mentione de ijs.

Princeps facta conceſſione alicui, an poſſit illam limitare, vel eximere Vaſſallum à iuriſdictione Baronis, aut immunitatem concedere in præiudicium ipſius.

Caput XIII.

Saluaguardia eximendo aliquem Vaſſallum à iuriſdictione ſui Baronis, an à Prorege fieri poſſit.

Baro ſuſpectus in cognoſcendo, an dicatur etiam ſuſpectus in delegando.

Saluaguardiæ contraueniens, qualiter puniatur.

Caput XIV.

Vniuerſitas quando iurè poſſit defenſionem accipere ſuorum Ciuium, & legitimè comparere contra Baronem.

Sententia lata contra Ciues particulares, an afficiat alios, ſi Vniuerſitas defenſionem ſuſceperit.

Ciuis an onus litis ad communitatem ſpectans, aſſumere poſſit.

Caput XV.

Vaſſalli quando omiſſo medio impunè Regios Superiores adire poſſint, & an abſq; Proregis licentia Regem quis accerſire valeat.

An Fugiens ad Superiorem, vel frangens carceres puniri debeat, & ſi ſtet habilitatus, an cautio exigi poſſit.

Caput XVI.

Conſuetudo extrahendi ſubditos de loco ad locum, in ciuilibus, & criminalibus, an ſubſiſtat.

Baro quando locum Iudicis contra ſolitũ mutare poſſit.

Vniuerſitas an ſolitum Mercati locum, Barone, vel aliquibus Ciuibus reluctantibus mutare valeat.

Caput XVII.

Barones regulariter non ſunt obligati creare Officiales iuriſperitos, ſed quid ſi neſciant legere, vel ſcribere.

Iuriſdictio quæ ad Gubernatorem, & quæ ad Aſſeſſorem pertineat, diſtinguitur.

Caput XVIII.

Barones per locumtenentes officia exercere, an valeant, & per longum tempus Officialibus licentiam dare.

Officialis ſi ex legitima cauſa diù erit abſens, an tanto tempore locumtenens creari poſſit, vel officium prouideri debeat.

Subſtitutus quãdo teneatur pro ſubſtituto.

Caput XIX.

Barones quando extra ſuum Territorium contentioſam, vel voluntariam Iuriſdictionem exercere poſſint, & quid in Officialibus.

Baro an in alieno territorio ius adminiſtrandi iuſtitiam præſcribere valeat.

Caput XX.

Baro retinens ſalarium ſolitum dari Officiali, an officium vendere dicatur.

Et an licito iure, ſubditis diſſentientibus ſalarium ſupprimere poſſit, & ſic etiam emolumenta Pandectæ Officiali deſtinata partem de eis Actuariæ pro ſui vtilitate applicare valeat.



Digitized by Google

# INDEX ARGVMENTORVM.

### Caput XXI.

Correlatiuorum an eſſe debeat eadem iuris diſpoſitio, ſi diuerſa poſſit dari ratio.

Ius reuocandi alienationem virtute Conſtit. Diuæ memoriæ, an competat tàm venditori, quàm emptori.

Reuocato contractu ab emptore, an venditor teneatur ad intereſſe pretij ſibi ſoluti, vel compenſetur cum fructibus, diffusè nouus iſte articulus elucidatur.

### Caput XXII.

Qualiter fructus pro rata anni diuidantur, moriente vno ex coniugibus. Et quid in Vſufructuario, Beneficiato, Fideicommiſſario, & Feudatario.

Et an Officiale infra annum moriente, totum ſalarium ſuis hæredibus debeatur, iuxtà l.diem functo.ff.de offic.Aſſeſſor. declaratur.

### Caput XXIII.

Officialis durante officio, an poſſit inquiri, & ſuſpendi, vel ſit expectandus ſindicatus.

Baro an facultatem habeat inquirendi, ſuſpendendi, & carcerandi ſuos Officiales, vel ad Magnam Curiam Vicariæ tantum ſpectet.

Baro quando pendente inquiſitione ſui Officialis, poſſit alium conſtituere.

Officialis quando perpetuò fiat inhabilis ob delictum commiſſum in officio, ob quod fuerit in aliquam pœnam condemnatus.

### Caput XXIV.

Officialis ſi fuerit inquiſitus, & inquiſitione pendente finiatur tempus Anni, vel Biennij, an ſit reſtituendus ad tantundem temporis, ſi abſoluatur. Et an poſſit prætendere antinianitatem ad priſtinum locum, quem tunc occupabat. accuratè explicatur.

### Caput XXV.

Electio Officialis cũ pertinet ad Baronem & Acceptatio ad Vniuerſitatẽ, an quilibet Ciuis admittatur ad opponendũ, & quid ſi maior pars conſentiat, an minor poſſit impedire officij poſſeſſionem, & quando à principio non fuit contradictum, an poſteà opponi poſsit, & quæ exceptiones obſtent, recenſentur.

### Caput XXVI.

Sequeſtrata iuriſdictione Baroni ob delictum, vel debitum, an alius Officialis ſit conſtituendus, durante anno illius, qui in poſſeſsione reperitur.

Suſpenſa Iuriſdictione, an ſolus Prorex Officialem conſtituere debeat, vel etiã alij Superiores Magiſtratus.

Terra locata cum Iuriſdictione, an Conductor teneatur ſtare Officiali.

### Caput XXVII.

Officiales diſſimulantes delicta, vel delinquẽtem relaxantes, qua pœna puniantur.

Baro priuilegio componendi abutens, tranſigens in cauſis exceptis, quãdo eo priuari poſsit.

Compoſitiones exceſsiuę an à Superiore moderari poſsint, & ab eis appellari.

### Caput XXVIII.

Mater ſi concurrat in accuſando cum vxore occiſi, quæ ipſarum præferatur in agendo, & remictendo.

Gratia facta ſub conditione, vel modo, quando ipſo iure reſoluatur, ſi non adimpleatur.

### Caput XXIX.

Compoſitio ſuper crimine lænocinij, an ſit Baronibus exceptum, & declaratur ꝙ propriè dicatur lænocinium.

Barones an vti prohibentur per Pragmaticam componere ſuper blaſphemia Dei, & Beatæ Virginis extenſiuè, intelligantur prohibiti componere blaſphemias Sanctorum.

Latrones non poſſunt componi, ſed quando verè quis latro dicatur.

### Caput XXX.

Sententia, vt quis exulet, vel ſoluat, an in Regno fieri poſsit, & an pœnam corporalem in pecuniariam Iudex commutare valeat.

Barones, & Regiæ Curiæ an poſt ſententiam exilium tranſigere, & redimere poſsint, & quã pœna corporali non habens in ære puniatur.

### Caput XXXI.

Barones an, & quando Vaſſallos ſuos delinquentes guidare poſsint.



Digitized by Google

# INDEX ARGVMENTORVM.

Guidaticum factum, omiſſa clauſula; vt non accedat ad Patriam, & locum Partis offenſæ, an ſi ibi guidatus reperiatur, gratia priuetur.

Guidaticum ſi ſit nullum, quia conceſſum in caſu prohibito, vel ex defectu poteſtatis concedentis, aut ex ſubreptionibus delictorum Impetrantis, an illo circumſcripto Reus puniri poſsit, vel reponendus ſit in priſtinum.

Subreptiones delictorum, quæ eſſe debeant, vt annullent gratiam guidatici, vel indulti, & Reus illa efficiatur indignus.

Caput XXXII.

Princeps qua ratione contra Ius diuinum mandare potuit, vt foriudicati, & adulteri occidantur, & meretrices permittere, ac contra iuramentum veniri.

An Princeps libertatem reſtringere valeat circa normam viuendi, & luxum fugiendum.

Pragmatica de tenentibus domos ad ludendum prohibitoria, an contraria conſuetudine abrogari poterit.

Sportulæ an conſuetudine Officiali iure addi poſsint, vel vti noua impoſitio reuocari debeant.

Caput XXXIII.

Condemnati ad tempus in triremibus, an dicantur ciuiliter mortui, vt amittant quæ ſunt Iuris ciuilis. Et quid de foriudicatis. Pœna triremium quando dicatur capitalis.

Exiliati non ſeruantes confinia, qualiter de Iure communi, & Regni puniantur.

Caput XXXIV.

Exiliatus ſi non fuerit captus in loco prohibito, ſed conuictus quod non obſeruauerit, an pœna fractionis exilij puniri poſſit.

Exiliatus ſi ſteterit in Eccleſia ſuæ patriæ, an intelligatur exilium fregiſſe.

Caput XXXV.

Dominium, & poſſeſsio an ipſo iure tranſeant facta conceſſione per Principem.

Vaſſalli an poſſint renuere dare poſſeſsionem nouo Baroni, ſi ille deneget obſeruare capitula, & priuilegia, quæ tenent, & quid importet confirmatio Priuilegiorum.

Caput XXXVI.

Quid importet merum Imperium, & quid mixtum, & quas pœnas contineat vnum, & quas alterum. explicatur pro diſtinctione Iuriſdictionum diuisè conceſſarum.

Caput XXXVII.

Iuriſdictio in dubio cenſetur cumulatiuè conceſſa ad Iudices ordinarios, & proinde datur præuentio, & prorogatio, limitatur notabiliter, quando alteri iuriſdictio priuatiuè eſt conceſſa.

Iuriſdictio priuatiuè conceſſa an extendatur ad caſus priuilegiatos in corpore Iuris clauſos, ſi non ſit facta ſpecialis derogatio, & ſit facienda remiſsio, etiam in caſu l. nullum C. de teſtibus.

Iudex delicti eſt potentior, & in pari cauſa præualet Iudici originis, ſi non præuenerit, ſed quid ſi Iudex originis habeat clauſulam abdicatiuam ab omnibus, an ipſi debeat cauſa remitti. nouè explicatur.

Iuriſdictio per quæ verba dicatur priuatiuè, & inhibitiuè tributa.

Caput XXXVIII.

Barones an habeant Fiſcum, & an Curiæ coadiutor aſsiſtere poſsit, poſtquam cauſa eſt deuoluta ad Regium Superiorem.

Fiſcus an interuenire poſsit in cauſis criminalibus agitatis in Curijs Terrarum demanialium.

Pœnæ pœcuniariæ, quando Parti, vel Fiſco applicari debeant.

Fiſcus an habeat ius in pœnis ante ſententiam.

Caput XXXIX.

Appellatio à cauſis definitis in Curia Nundinarum, an ſit facienda ad Iudicem appellationis Baronis loci, vel ad Regia Tribunalia.

Caput XL.

Pœna publicationis bonorum, aliæq; pœnæ Fiſco debitæ, quando Baroni competere poſsint.

Sententia Curiæ Baronalis ſi reformetur

in

Digitized by Google

in pecunia, an Baro ſibi applicandam eſſe prætendere poſſit.

Auocata cauſa per Superiorem, ſi Reus reperiatur habilitatus per illam Curiã, an Superior exequutiuè fideiuſſorem requirere poſſit, & in caſu contrauentionis cui pœna debeatur.

Caput XLI.

Bona, & Mancipia capta ab Infidelibus, an & quando ſint capientis, vel Fiſci.

Præda an debeatur capienti, vel illi qui dedit cauſam ad capiendum.

Bona ſterilia, & campeſtria, an ſint Vniuerſitatis, vel Baronis.

Caput XLII.

Baro an poſſit immunitatem Vaſſallo concedere, & an ſuper tali materia facultatem habeat ſua Curia cognoſcendi.

Vniuerſitas qñ ſinè Proregis aſſenſu poſſit alicui immunitatem concedere, & ſic exiſtente neceſſitate ſtatuere, vt immunitas Ciuibus de iure debita denegetur.

Barones an ad tempus poſſint debitoribus dilationem dare, & an Regiæ Audientiæ habeant hanc facultatem.

Caput XLIII.

Priuilegio miſerabilium perſonarum circa fori electionem, an cenſeatur tacitè derogatum per Iuriſdictionem priuatiuè, & abdicatiuè Baroni conceſſam, & quid in cauſis executiuis.

Clauſula (proùt tui prædeceſſores tenuerunt) an includat priuilegia, quæ ſpecialem requirunt expreſſionem.

Priuilegium fori ſuperueniens, an ſit iuſta cauſa mutandi Iudicium, & per quot actus dicatur Iudicium cœptum.

Caput XLIV.

Electio fori competens perſonis priuilegiatis, an fieri poſſit ad Iudicem appellationis, aut à Iudice domicilij ad forũ Originis, vel tantùm ad Regia Tribunalia.

Iuramentum perhorreſcentiæ an recipiat probationem in contrarium, & faciat corruere fori electionem.

Cauſa electionis fori ſi ceſſet, quia Vidua maritum duxerit, an Baro remiſsionem petere poſsit.

Virgini patrem habenti an fori electio cõpetat, & quid in ſtruprata.

Virgo quando ſuaſionibus dicatur violentiam eſſe paſſam, & quæ ſit pœna ſtupri.

Caput XLV.

Pœna Auguſtalis impoſita per Pragmat. contra damnum dantes, quando poſsit per Barones alterari.

Animalia Baronum, an teneantur ad pœnam prædictam, & cui ſit applicanda.

Pœna impoſita ad ſupplicationem Vniuerſitatis, an poſsit ex cauſa ea diſpoſitio reuocari in præiudicium Baronis, maximè ſi adeſt Regius aſſenſus.

Caput XLVI.

Pertinentiæ feudi quæ dicantur, & an ædificata in Terra feudali efficiantur feudalia, & quibus argumentis feuda terminentur.

Aquæ tàm publicæ, quàm priuatæ quando ad Barones ſpectent, & an earum curſus ad libitum mutari poſsit.

Caput XLVII.

Vniuerſitas quando conſentientibus omnibus ciuibus, collectas, & vectigalia abſque Principis licentia imponere poſsit.

Nundinæ ſi erunt conceſſæ ad certos dies, an facta prorogatione ipſarum, prorogata etiam dicatur Iurisdictio Magiſtri Nundinarum.

Caput XLVIII.

Nobilitatis cognitio an ad Principem tantum ſpectet.

Nobilitas generis an amictatur, ſi quis aliò ad habitandum migrauerit. vel ea conſeruetur per alios de familia, qui ibi degunt.

Identitas nobilitatis, & familiæ qualiter probetur. latè diſcutitur.

Caput XLIX.

Pragmatica ædita, nè Regia Tribunalia citare, & intromictere ſe habeant in Vaſſallos Baronum, niſi per viam appellationis, an extendatur, vt neque poſſint capere informationes de delictis, quorum cognitio pertinet ad Barones, & ſimiliter, an deſtinare poſsint Commiſſarios ad exequendum in ciuilibus.



Digitized by Google

Informatio ſi erit capta ab officiali loci, & alia poſtea à R. Commiſſario ſi erũt differentes, & contrariæ, cui ſit ſtandũ.

Remiſſio Cauſæ an à Barone poſt ſententiam peti valeat.

Caput L.

Remota appellatione à Statuto cum foriudicatis, vel in cauſis à Principe delegatis, an ea cẽſeatur & p̃hibita ab incidẽtibus reſpicientibus fori exceptionem, vel aliam conſimilem. nouè explicatur.

Caput LI.

Ritus M.C. prohibens fieri remiſſionem cauſæ, Reo non præſentato, an habeat locum, ſi ille ſe præſentauerit ſpontè coram ſuo Barone, vel captura fuerit colluſiua.

Dato ordine Curiæ Baronali, vt Reum detineat nomine Superioris, an inquiſitus poſſit habilitari, & ſi cautio frangatur, pœna fideiuſſionis an debeatur Baroni, vel Fiſco.

Remicti an debeat Baroni qui eſt inquiſitus de leui delicto, vel ſi illud non conſtet.

Reo non exiſtente in fortijs, an concedenda ſit reuariatio.

Caput LII.

Latrones qui dicantur, vt habeat locum Pragmatica, quæ cuilibet Officiali eos capienti dat authoritatem cognoſcendi, & quid ſi captura fiat à priuatis perſonis loci. Et an hoc etiam extendatur contra Piratas Maris, & recapta commictentes.

Pragmat. 8. & 12. de exul. imponentes pœnam foriudicationis ſinè alia declaratoria contra inquiſitos de recaptu, an procedant, ſi non conſtet delictum plenè, ſed per inditia.

Caput LIII.

Inquiſitus confugiens ad aliud Regnum, an ad requiſitionem arreſtari, & remicti debeat, vel ſaltim ibi puniri.

Vagabundus quis dicatur, vt omni loco capi poſſit.

Quæ mora requiratur, vt quis dicatur habitare in loco.

Caput LIV.

Fur quando poſſit puniri in loco, vbi cum re furata reperitur.

Raptor mulieris an puniri poſſit vbi reperitur cum ea, ad inſtar Furis.

Forum quis ſortitur ratione rei ſitæ in loco, licet ſit quacumq; fori exceptione priuilegiatus; ſed limitatur pluribus modis. Et quid in rebus mobilibus.

Caput LV.

Ratione contractus nõ datur remiſſio; ſed quid ſi ibi non reperiatur, vel Baro habeat priuilegium de cauſis Vaſſallorũ contrahentium extra territorium.

Debitor carceratus, an in loco deſtinatæ ſolutionis, vel ſui domicilij detineri debeat.

Debitor ſi ſuo foro renunciet, cum poteſtate cònueniendi vbiq; locorum, an data mora in Regijs Tribunalibus, cõueniri, ac remiſſio denegari poterit.

Caput LVI.

Exemptus aliquo priuilegio à iuriſdictione Baronis, an ſi ibi delinquat, vel in contractu foro renunciauerit, ab ordinario Officiali loci puniri, & conueniri poſſit.

Milites quando prò debitis cõtractis poſt militiam carcerari poſſint.

Vaſſallus exemptus à iuriſdictione Baronis, an etiam ſit immunis à iure reuerentiali, & debitis obſequijs, & contrafaciendo ab ipſo puniri poſſit.

Caput LVII.

Filius an poſſit in loco originis maternæ prætendere ciuilitatem, & forũ proùt in loco patris.

Vxor quando ſortiatur forum Viri, & gaudeat illius honoribus, & immunitatibus. Et quid in Viduis. Et quid in tranſeuntibus ad ſecunda vota.

Caput LVIII.

Continentia cauſæ licet non detur in criminalibus, an autem nè pœna diuidatur; ſed vnica fiat ſententia, plures informationes in diuerſis Curijs captas contra Reum, ſuperior ad ſe auocare poſſit. nouè diſcutitur.

Caput LIX.

Tutores plures adminiſtrantes quando inſolidum conueniri poſſint, & an indiuidua dicatur cauſa rationum, vt

omnes

Digitized by Google

omnes ſimul ſub vno Iudice computa præſtare debeant.
Cauſa poſſeſſorij, & petitorij an ſit indiuidua, ità quod apud eundem Iudicem debeat terminari. Et quot modis dicatur continentia cauſæ.

Caput LX.

Exiſtente controuerſia finium inter duos Barones in aliqua parte territorij, ſi ibi committatur delictum, quis eorum erit competens Iudex.
Si concurrat Iudex originis, & domicilij ſuper remiſſione delinquentis, quis eorum ſit præferendus.
Habitare quando quis dicatur, vt priuilegijs habitatorum gaudeat.

Caput LXI.

Initium delicti, vel exequutionis locus ſit attendẽdus, vt quis competens Iudex dicatur, & potior ad puniendum Reum.
Priuilegia conceſſa ratione perſonæ, an tranſeãt in ſucceſſorem particularem, cui eſt facta conceſſio, cum clauſula (vti prædeceſſores tenuerunt.)

Caput LXII.

Originarius ſi alio incolatum faciat, an deſinat eſſe ciuis ſuæ originis.
Ortus Neapoli ſi domicilium in alio loco conſtituat, an vti Neapolitanus poſſit ibi trahere conuentos, & trahi.
Ciuis quibus modis quis effici poterit, & an Incola ciuis dici poſsit, & gaudeat priuilegijs ciuibus conceſsis.

Caput LXIII.

Iuriſdictionalia an, & quando præſcribi poſsint, & quod tempus requiratur, & an ſit neceſſaria Principis ſcientia, & patientia, vel ſufficiat ſuorum Miniſtrorum.
Vniuerſitas an per ſuos Ciues ſibi quęrere ius, & poſſeſsionem poſsit. mirificè explicatur.

Caput. LXIV.

Matrimonium metu confectum, vel Profeſsio à Moniali, reuerentia paterna emanata, quando infringi poſsit.
Metus reuerentialis quibus alijs cõiecturis adiunctis ſit ſufficiens ad irritandũ actum, & an iuramentum, vel præſentia ſuperioris excludat metũ, & quando tacita ratihabitio purget eum.
Proteſtatio clandeſtina quando conferat ad probationem metus, & qualiter intelligatur, quod proteſtatio contraria facto non releuat.

Caput LXV.

Filius, vel Filia ſinè Parentum conſenſu matrimonium contrahentes, an iure exhæredari poſsint, & eis alimenta denegari. Et quando matrimonium dicatur indignum, & Parentes poſsint illud impedire.
Legatum mulieri de mille ſi nupſerit, & minus ſi Monaca fiat, an dicatur contra libertatem, vel ſubſiſtat.

Caput LXVI.

Præceptum, vt filia nubat cum conſenſu talis, vel nè nubat cum tali, & pactum de non nubendo in beneficium Generi quando ſubſiſtant.
Legatum pœnale ſi non contraxerit matrimonium cũ perſona deſignata, quibus modis reiecta pœna ſubſtineri poſſit. ſingulariter explicatur.

Caput LXVII.

Ciues an ob Vniuerſitatis debita exequi poſsint, & ſi obligati fuerint an in ſolidum, vel prò parte teneantur. Et quid prò Fiſcalibus.
An Vniuerſitas ciues præſentes, abſentes, & ſucceſſores obligare poſsit.
Ciues obligati prò Vniuerſitate, ſi moriantur, an creditor iure petere valeat, vt in locum demortuorum alij obligentur.
Sindicus, & alij de Regimine an pro debito vniuerſali carcerari poſsint.

Caput LXVIII.

Vaſſalli an pro Barone fideiubere teneantur, & ſi ſe obligent, an ex metu reuerentiali cautionem infringere poſsint.
Filius quando poſsit exhæredari, ſi prò patre fideiubere deneget.
Metus, & ſimulatio an & quando Tertio non conſcio noceat.

Caput LXIX.

Creatio Officialium Vniuerſitatis cùm diuerſimodè fieri ſoleat, enumerantur modi, qui de iure ſubſiſtant.
Barones ſi antiqua conſuetudine ſibi quæſierint, vt Vniuerſitates nominare habeant,

Digitized by Google

beant, & illi eligere, an ſint obligati eligere habentes maiora ſuffragia.

Nominatio ſi ſit facta de aliquibus non capacibus, an electio in totum ſit nulla.

Malè nominantes quando priuentur facultate iterùm nominandi.

Baro ſi ſit abſens, an eius Officialis habeat poteſtatem eligendi.

Iuriſdictio voluntaria an poſsit exerceri extrà territorium ab eo, qui non habet officium in proprietate.

Caput LXX.

Magiſtri Iurati electio an pertineat ad Vniuerſitates, vel ad Barones, & quã iuriſdictionem annexam habeat hoc officiũ.

Electio Capitanei ad guerram, Alguzeriorum, & aliorum Curiæ ſeruientium, an ſpectet ad Barones.

Cuſtodia nocturna vbi de conſuetudine ad Vniuerſitates pertinet, an Officialis in præiudicium Deputatorum mittere ſuã familiam poſſit.

Cuſtodes in defenſis, & agris Vniuerſitatis, vel priuatorum, an ſine Baronis licentia eligi poſſint. Et an tales Cuſtodes animalia exequi, ac pignorare valeant.

Caput LXXI.

Vniuerſitas an & quando abſq; Superioris aſſenſu inter ſuos Ciues ſtatuta condere poſſit, maximè ſuper pertinentibus ad eius Statum, decorem, & vtilitatem.

Pœnas an poſsit Vniuerſitas imponere ſuper ordinationibus, quas ei abſquè Baronis licentia facere eſt permiſſum, & an eas ſibi applicare poſsit, ſi à cauſis, quæ ſapiunt delictum dependeant.

Caput LXXII.

Parlamentum, ſeù Concilium Vniuerſitatis ſuper creatione ſuorum Adminiſtratorum, quæ ſollemnia requirat, ne impugnari poſsit, notantur.

Caput LXXIII.

Ius paſcendi an ſingulis vt ſingulis Ciuibus, vel vti Vniuerſis cõpetat, ità quod maior pars Ciuium alijs præiudicare poſsit, & ſic præſentes abſentibus, & ſucceſſoribus noceant.

Caput LXXIV.

Herbæ, & ſpicæ in locis apertis an ſint Baronum, vel Dominorum fundi, aut communitatis.

Dominus territorij an poſsit illud muris, vel ſepibus claudere, in damnum eorũ, qui vſum paſcui tenebant.

Exteri ementes territoria in aliena iuriſdictione, an ſine fida poſsint herbas ibi natas facere depaſci.

Caput LXXV.

Terras heremas, aliaq; deſtinata prò paſcuis animalium Ciuium, an Baro, Vniuerſitate reluctante ad culturam reduci facere poſsit. Et quid in feudalibus, vbi vſus de iure Ciuibus debetur.

Caput LXXVI.

Baro ſi vti perſona priuata acquirere prætendat quæ de iure ei non debentur, an iuris reſiſtentiam habeat.

Fida ſuper demanialibus Vniuerſitatis Baroni non debetur, ſed quid ſi iure ſeruitutis ea petatur.

Ius paſcendi an ſit ius perſonale, vel ſeruitutis realis, & an vti ſeruitus diſcontinua immemorabile tempus requirat, vt præſcribatur.

Caput LXXVII.

Poſſeſſorium ſummarium an ſit concedendum ei, qui contra ſe iuris reſiſtentiam habet, Et pro obtinendo in plenario quantum tempus requiratur. Et an exhibitio tituli, vel color ipſius ſit neceſſarius.

Immemorabilis vbi de iure requiritur, interim quod ea probetur, an poſſeſsio longa ſuffragetur.

Caput LXXVIII.

Banna ne Vaſſalli victualia ab Area conducant ſi ſubſiſtant, an poſt datam notitiam, ſtatim Decimatores mictere Baro teneatur.

Coloni an ſuo ſumptu, & periculo ad Baronis domum terragia, & decimam aſportare debeant.

Terragium quod de victualibus expurgatis Baroni competit, an petere poſsit in gregnis, & manipulis id ſibi aſsignari.

Quota quæ de victualibus debetur, an ẽt de herbis, quę ad paſcua affictantur peti poſsit.

# INDEX ARGVMENTORVM.

Caput LXXIX.

Vniuerſitas an in præiudicium communionem habentium ſibi defenſam facere poſſit.

Caput LXXX.

Communiones inter Vniuerſitates circa paſcua,& alia, quas ſollemnitates requirat, vt ſint validæ.

Communio licet ſollemnis, vel præſcripta ſpatio immemorabili, an ſemper diſſolui poſſit, ſi altera continuare noluerit.

Diuiſio paſcuorum an iure peti poſſit, & repartitio ſi erit facienda, qualiter numerus animalium ſit diſtribuendus.

Caput LXXXI.

Pręſcriptio vti odioſa an patiatur extentionem, vel ſaltim comprehenſionem.

Præſcripto iure paſcendi in alieno territorio, an veniat ius aquandi. accuratè diſcutitur.

Locato territorio prò paſcuo, an veniat ius lignandi, & aquandi prò vſu.

Præſcriptio contra præſentes, an noceat ſucceſſoribus, & Clericis in ijs, quæ pertinent ſingulis vt ſingulis.

Caput LXXXII.

Dominium, & poſſeſſionem an ex pluribus titulis diuerſis quis tueri poſſit. plenè declaratur.

Vaſſalli ſi legitima præſcriptione aliquid quæſierint contra Baronem, an ſi confirmationē petierint, ſibi præiudicauerint, dùm aliam viam poſſidendi elegerint.

Caput LXXXIII.

Vniuerſitatis regimen quotuplex ſit, & qui dicantur habere adminiſtrationem cum libera.

Pragmat. 12. de Adminiſtr. Vniuerſ. declaratur, quandò ciues prò vniuerſitate obligati ſine aſſenſu, iurè ad ſolutionem cogi poſſint.

Caput LXXXIV.

Baro de iure reputatur Pater, & Protector ſubditorum,& vti talis ad multa tenetur, quæ ſigillatim enunciantur.

Item dicitur primus ciuis, & ratione iſtius ciuilitatis, quibus prærogatiuis gaudeat. elucidatur.

Baro an vti ciuis ad collectas, & bonatenentiam prò burgenſaticis teneatur.

Caput LXXXV.

Barones dùm ciuilitatem in ſuis Terris de iure conſequantur, qualem forum ſortiantur, Præſidis Prouinciæ, vel Magnæ Curiæ?

Emptores fructuum feudi, & coloni an ſint etiam immunes à gabellis, pedagijs, & cœteris oneribus.

Caput LXXXVI.

Princeps an Baroni cōcedere poſſit ius prohibendi in Vaſſallos, nè victualia moliāt, niſi in ſuis molendinis, coquant in ſuis furnis, & ſic in ſimilibus.

Ius prohibendi an præſcriptione quæri poſſit per Barones, & ſi fuerit quæſitum, an longa negligentia amictatur.

Furnos, molendina, & ſimilia, vbi non eſt ius prohibendi, an Vaſſalli publicè tenere poſſint, exigendo molituā, & an ſit actus iuriſdictionis.

Caput LXXXVII.

Venatio, vel Piſcatio an & quādo per Principem, vel Barones prohiberi poſsit.

Columbas ſilueſtres, aliaſq; feras recluſas an medijs herbarū, vel alio artificio quis de alterius loco ad alium trahere valeat.

Baro an exteros prohibere poſsit, nè valeāt venari, aucupari, & piſcari in ipſius diſtrictu.

Caput LXXXVIII.

Banna Proregum an functo officio expirent, maximè ſi adſit clauſula (omni tempore valitura).

Banna quando ſubſiſtant, & quæ pœna imponi poſsit.

Citati prò cauſa criminali, ſi erunt vltrà decem, quando per Procuratorem cōparere poſsint, & quid ſi diuiſim fuerint citati.

Caput LXXXIX.

Angariæ, & Perangariæ quid importent, & an Princeps iure eas indicere poſsit.

Princeps an Vniuerſitates cogere poſsit ad aſsignādum tot milites, vt illis vti poſsit in bello intrà, & extrà Regnum. perbellè diſcutitur.

Caput XC.

Seruitia quod ſint iniungenda ſolitis, & in defectum habilibus, qualitèr per Barones erga Vaſſallos ſit practicandum, & qui dicantur habiles. declaratur.

Vaſſalli

Digitized by Google

Vaſſalli an ſeruitia præſtare tencãtur tàm prò cauſa feudi, quàm etiam prò negotijs, & induſtrijs, quæ à Barone in feudo fiunt.
Et quæ differentia ſit inter mercantias, & induſtrias, & an ſi cum induſtria concurrant mercimonia, actus tribui debeat alteri eorum, & qui dicantur fructus feudi.

Caput XCI.

Barones an facultatem habeant eligendi Rationales, & conferendi eis iuriſdictionem, vt videant computa ſuorum Erariorum.
Rationum reditio an expenſis Baronis, vel Erarij ſit facienda.

Caput XCII.

Significatoriæ latæ per Rationales Baronũ an recta via exequi poſſint, vel per appellationem ſuperſederi debeant. Et quid in cœteris ſignificatorijs.
Baro in feudalibus an obtineat locum Fiſci.
Viſio rationum an ſit indiuidua, & an in exactione liquidi, per alias partitas exiſtentes illiquidas ſuperſederi debeat.

Caput XCIII.

Carcer licèt eſt inuentus ad cuſtodiam, & non ad pœnam, tamèn pluribus modis limitatur, & præcipuè cùm carceratis ciuilibus, qui an ex cauſa infirmitatis, ſenectutis, vel nobilitatis habilitari poſſint, plena manu diſcutitur.

Caput XCIV.

Carcer an, & quando excomputari poſſit cum pœna exilij, relegationis, vel remigationis.

Caput XCV.

Vaſſalli, exiſtente hoſtium ſuſpictione in locis maritimis, an eorum ſumptibus excubias facere, & Caſtrum Baronis cuſtodire teneantur.
Princeps ſuo ſumptu, tàm pertinentia ad Iuſtitiam, quàm ad bellum prò conſeruatione, & defenſione ſuorum ſtatuum facere debet; tamen in multis caſibus, vbi ſubditi immediatè commodum ſentiunt, contribuere debent, quod pluribus exemplis demonſtratur, & notabiliter deducitur.

Caput XCVI.

Carcerum conſtructio an pertineat ad Barones, vel ad Vniuerſitates.
Baro an indicere poſſit, vt Carcererius prò iure portelli aliquid exigat à Carceratis.
Secretarij Baronum an gagia exigere poſſint prò reſcriptis compoſitionum, & gratiarum factarum à Baronibus eorum Vaſſallis.

Caput XCVII.

Barones ſuis Officialibus, & Miniſtris præſtare debent ſalaria, & an, & quando ſportulas illis dare Vaſſalli iure teneantur.
Pandecta ſi non ſit certa, vel deperdita qualiter ſit taxanda: Et ſi vltrà taxam fuerit alterata, an Baro in poſſeſſorio conſeruandus ſit.

Caput XCVIII.

Remiſsio cauſæ, ſi à Barone petatur, an eius expenſis, vel inquiſiti fieri debeat: Et an dietas, quas Fiſcus prò capienda informatione præſtitit, ſoluere teneatur.

Caput XCIX.

Caporales cum militibus, ac cum facultate hoſpitandi per Prouincias, an ſinè licentia Proregis Præſides deſtinare poſſint in perſecutionem Bannitorum, dũ eis conſtituta ſit Cohors militum Campaneæ.

Caput C.

Expenſę concernentes publicam vtilitatẽ, pietatem, & ornatum Ciuitatis, qualiter ad Vniuerſitates, & non ad Barones pertineant. declaratur.
Diſtributio hoſpitij militum, an poſsit de iure prætendi, ſpectare ad Barones, & non ad Vniuerſitates.

FINIS.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO D.

# D. IO. BAPTISTÆ VALENZVELA VELAZQVEZ

## IN SVPREMO ITALIAE CONSILIO APVD CATHOLICAM MAIESTATEM DECANO REGENTI DIGNISSIMO.

*AVTHOR S. P. D.*

*PArentes non amare impietas eſt, non agnoſcere inſania. Præclara Senecæ vox; nec tam digna Philoſopho, quam homine, et quot habet caracteres, tot addit excitamenta gratitudinis. quorſum hæc Domine Regens? Scis me Regijs Tribunalibus tuo non tam patrocinio, quam Imperio, impulſuq. Præfectum, Igitur te Parentem debet agnoſcere quicquid in ijs meo labore, ac induſtria partum lucem videt; nec mediocrem ingrati animi, me notam contraxiſſe putarem, imò naturæ potius leges, quam Philoſophi axioma violaſſe, ſi fœtus hic ingenij mei publico quodam teſtimonio te non agnoſceret, ac peculiari veneraretur obſequio. Non*

*alia*

Digitized by Google

*alia continet ſecundus hic de Baronibus liber, quàm quæ Forenſes Quæſtiones tuis auſpicijs, ac iuſſibus agitatæ ſuppeditarunt, optimo igitur iure celebrare debent eum qui ad eas agitandas eſt mihi ſuffragatus. præfert liber non ingratæ Prolis obſequia, offeras tu non alieni Parentis munera, & vbi tuas attigerit manus amplectere, ac foue; Fas enim eſt, vt is det fomenta vitæ, qui dedit Natalia. tibi refert quicquid eſt. quicquid habet à te hauſtum iactat. Verebitur fortaſſe tuum conſpectum, cùm apud Inuictiſſimum Regem in ſupremo Italiæ Conſilio primas obtineas. Sed illud compertum habemus, te adeò benignitate præſtare, vt ſuauiſſimos mores dignitatis incrementis non modo minueris, ſed auxeris, quos ita ſemper Regnum hoc eſt admiratum, cùm te Regium Conſiliarium, Collateralem Regentem, Sacriq. Conſilij Præſidentem habuit; vt tui nunc deſiderio flagret non vulgari, cui tamen ades Conſilio, ſi abes præſentia. Vale, & quem Parentem, Ingenij hæc Proles agnouit, habeat Author Altricem laboris benignitatem tuam, vt deinceps nomen tuum celebrare poſſit illuſtrius.*

Digitized by Google

1. 7. 476



# TRACTATVS DE IVRE, ET OFFICIO BARONVM.

## Liber Secundus.

IO. FRANCISCI CAPIBLANCI I. C.
PATRITII BENEVENTANI
IVDICIS MAGNÆ CVRIÆ VICARIÆ.

### ARGVMENTVM.

Impugnantur regulæ Rationis Status, quæ à præceptis naturalibus, moralibus, & Diuinis deuiant.

Imperium iuſti Principis, in quibus conſiſtat, & quid à Tyranno differat.

### SVMMARIVM.

1 *Gladius in manu furioſi eſt, imperium in manu* Baronum *ſi legibus non frenetur.*

2 *Ratio ſtatus improbatur, vt ius, regnandi cauſa violandum ſit.*

3 *Recedendum non eſt à proprietate verborum.*

4 *Status in pace conſeruari non poteſt ſi Princeps à iuris præceptis deuiet.*

5 *Rationem ſtatus quęrunt Tyranni, quãdo legibus ſubijci nolunt.*

6 *Ratio ſtatus reſpicit comodum priuatum, & non publicam vtilitatem, & ab omni lege deuiat.*

7 *Impotentes à* Potentioribus *opprimi nequaquam debent.*

8 *Prudentia ſtatus eſt attendenda, quæ in obiectum habet virtutes.*

9 *Regulam ſtatus, quod ius in armis, & violentijs, iniquam eſſe declaratur.*

10 *Regula alia ſtatus. ( Si libet licet ) tyrannica eſt.*

11 *Quod à legibus deuiat violentum eſt.*

12 *Superior quantùm authoritate præeſt tantùm honeſtior, & magis iuſtus eſſe debet.*

13 *Non omne quod licet honeſtum eſt.*

14 *Poſſe id dicitur, quod ſaluo honore, & Iuſtitia licet.*

15 *Impoſſibile reputatur, quod contra bonos*



Digitized by Google

*nos mores fieri non debet.*

16 *Poteſtas habet bonum, & æquum, Comites.*

17 *Princeps via directiua legibus eſt ſubiectus.*

18 *Imperium à Republica in Reges fuit translatum, ad Populorum cõmoditatem, & eos ſubleuandos, & non ad angariandos.*

19 *Principis appellatione in materia indifferenti veniunt omnes iuriſdictionem habentes, in dominium.*

20 *Princeps tenetur amare, protegere, & cuſtodire ſubditos, vti Pater.*

21 *Deus non dedignatur, ſed præcipit, vt à nobis Pater vocetur.*

22 *Principis boni, & tyranni differentia eſt, quod vnum politicum Imperium, alter diſpoticum exercet.*

23 *Status boni Principis conſeruatur, & perpetuatur.*

24 *Tyrannicum Imperium nõ eſt durabile.*

25 *Plura ſunt negotia, quam vocabula rerum.*

26 *Intentio Autoris in componendum iſtum tractatum.*

## PRAEFATIO.

1 TANTA eſt poteſtas, & iuriſdictio Baronibus in Vaſſallos communicata, tãtaq; eſt copia Baronũ, vt ſi gladij imperium illis tributũ, non reparetur, & frenetur, conſulendo eis, quæ liceãt, & à quibus, ne ſubditos grauent, ſe abſtinere debeant, in magnã Populorum perniciem, ac tyrannidem, eorum authoritas verſaretur. Eo magis, cùm certa diabolica rationis ſtatus inſtitutio, inſurrexerit, (quæ ſic nomen ſe vindicauit) quam multi ſequuntur, & toto cœlo, à terminis Iuſti-
2 tiæ deuiant; Natura prona eſt ad malum, Iuriſdictio dat habenas, cupiditas occæcat oculos, ità quod omnis minimus color, redditur ſufficiens, ad affirmandum, iniuſtum, eſſe iuſtum: Dictat vna ex regulis ſtatus, (ſi ius violandum regnandi cauſa, violandum erit, vt Cicero 3. offic. refert) vndè adeò libido libertatis dominandi creuit, quòd pro axioma poſuerunt: ſi libet, licet.

Laboraui annis præteritis, componendo tractatum officij Baronum, qualitèr legibus viuere, & iure Vaſſallos regere debeant; Multas nodoſas quæſtiones inueſtigaui, declarando quæ ad Barones, & quæ ad Vaſſallos ſpectent, vt quiſque, quæ ſua ſunt, cognoſcere potuiſſet, & prè viribus iniquas illas propoſitiones, rationis ſtatus, impugnaui, docendo, quod legibus Principes ſubijci ſe debet, Doctorum authoritates ſectando, deciſiones Senatuum obſeruando, & ſemitas Iuſtitiæ ſequendo.

Et equidèm non video, vbi fundetur dicta ratio ſtatus, ſeù ius ſtatus, vt dicunt, ſi attendamus ſignificatum dictorum verborum, à quibus non eſt rece-
3 dendum, vt in l. non aliter ff. de legat. 3
Illa in virtutem ſonant: Enim verò (ratio) ſupponit rationabilitatem, qua differimus ab Animalibus: Illa ſenſu mouentur, nos autem ratione, & proindè Philoſophi diffiniunt, Hominem eſſe Animal rationale; Item, aliud verbum (ſtatus) coniunctum, & adiectum, (rationi,) deſignat, ratione, ſtatum eſſe regendum, & conſeruandum, prout conſiderat Iuſt. Lipſ. lib. 1. Polit. cap. 7. & Ariſtot. ſexto ethic. cap. 20. inquit, ſtatus non poſſe conſeruari, & Popu-
4 los benè regi, ſi Superior à ratione, & iuris præceptis ſe deuiet; Iuris inquã præcepta conſiſtunt, in honeſtè viuendo, alterum non lędendo, & ius ſuum cuique tribuendo, inſt. de iuſt. & iure §. iuris præcepta: Cur ergò, dicta verba pariant oppoſitum iuſtitiæ, neſcio? Si vt dixi, ratio ſtatus, importat virtutes, cur à præceptis legis diuinæ, & hu-
5 manæ deuiat? Itaquòd quando leges deficiunt, vt eorum cupidini ſatisfaciant, ad rationem ſtatus, recurrunt, (quod ius violandum, vt regnetur.)

Hoc

Digitized by Google

Hoc aſſumptum eſt omnibus legibus
6 contrarium, reſpicit ſolum vtilitatem
priuatam, & concupiſcentiam ſenſus,
faciendi ſe potentiorem, per fas, & ne-
fas: quod præcepto diuino aduerſa-
tur, vt rem non cupias alienam, ſic &
præcepto naturali, quod tibi non vis al-
teri ne feceris, & præcepto legis, quæ
omnem violentiam, & occupationem
7 à potentiori fieri prohibet. l.5. §. ne
potentiores ff. de offic. præſ. Et propte-
rea concludimus, nullum fundamentũ
habere iſtã rationem ſtatus, quam Ty-
ranni in medium ponere voluerunt, ſe-
minando zizaniam hâc inter triticum
virtutis.

Attendenda eſt prudentia ſtatus,
quæ in cognitione virtutum conſiſtit,
qualitèr ſtatus Populorum; iurè, in pa-
ce, ac Iuſtitia ſit gubernandus, Vaſq.
8 contr.illuſtr.cap.8. nu.5.lib.1. Pruden-
tia ſtatus, habet pro obiecto, publicam
vtilitatem. Cornel. Tac. lib.4. Annal. &
D.Thom. in ſumma lib.3.tit.34.quæſt.
231.

Illa iniqua ratio ſtatus, reſpicit pri-
uatum comodum, & à præceptis iuſtitię
9 ſe deuiat, dùm dicit (ius in armis,) &
ſic in violentijs, conſtituerunt ius eſſe
Imperij: Lex autem duodecim tabula-
rum inquit: (Vis in populis: abeſto,) &
Bouad. in ſua Polit. lib.2.cap.1. nu.17.
refert, quod Titianus, & Proculus, Ty-
ranni, quando Conſilijs, & legibus vin-
cebantur, vt ab oppreſſionibus, & vio-
lentijs deſiſterent; ad vim dominandi
confugiebant, dictis regulis vtendo; ſi
libet licet, Ius in armis, & ius violandũ,
10 vt regnetur: Iſti ſunt tex. legum, ra-
tionis ſtatus, quos Diabolus ſuaſit, &
introduxit, vt Pius V. dicebat, & Ceual.
contr.opin.906. nu.396. ſceleſtiſſimos
vocat Principes iſtos, qui dicunt, ſic
volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.

Hæc enim verba Tyranno conue-
niunt, cui libertas, voluptas, atque vio
lentia tribuuntur, in obiectum: ſed iu-
ſto, & Chriſtiano Principi competit, vt
virtutibus honeſtatis, iuſtitiæ, & ęqui-
tatis indutus ſit: & quod publicam
intueatur vtilitatem, & ſingulorum
ſubditorum comoditatem proſpiciat,
vt Petrus Gregor. de Republ. lib. 3.
cap.1. Inde Cæſarẽ Auguſtum ſemper
dixiſſe fertur, publicum ſtatum conſer-
uari haud poſſe, ſi inuiolabilitèr leges
obſeruandas eſſe non curetur: nam
quod à legibus deuiat, violentum eſt,
ſic Tiraq. de ll.connub.gloſ.9. Peguer.
11 dec.51. in princ. & Doctiſſimus, ac Re-
ligioſiſſimus D. Regens Valenz. conſ.
70. nu.24. Et quantò ſuperior autho-
ritate præeſt, tantò benignior, & magis
iuſtus eſſe debet: Imò pluſquam iuſtus,
& quaſi ſemideus, vt Aegid. Colum. de
12 Regim. Prin. lib. 3. cap. 15. Princeps
enim poteſtate vti non debet, niſi ea
quæ poteſtatis ſunt, & ſuæ authoritati
à legibus conceſſa fuere:

Non ergò omne quod licet, honeſtũ
eſt, dicit tex. in l. non omne ff. de reg.
iur. & qui vltrà egreditur, non exercet
13 verum poſſe, quia id dicitur poſſe,
quod ſaluo iure, & honeſto fieri licitum
eſt. Glo. in l. Nepos Proculo ff de verb.
ſignif. nam quæ contra bonos mores
14 ſunt, facere non poſſe ait Papin. in l.fi-
lius qui ff. de condit. inſtit. & impoſſibi-
le de iure reputatur, quod contra bo-
nos mores fieri nequit. l. conditionis ff.
15 eodem Bald. conſ. 326. lib. 1. Auend.
reſp.8.

Poteſtas habet ſuos Comites, bonũ,
& æquum, vt in l.1.ff. de iuſt. & iure:
16 Bonum eſt oppoſitum malo: Aequum
contrarium eſt iniquo: Qui ergo non
intrat per ſemitas, & fines iſtos, fur eſt,
& latro, iuxtà dictum Euangel. & ſic
Tyrannus Dominus dicetur, dùm ſua
poteſtate abutitur: Non enim licere
debet Principi, vim, & violentiam in-
ferre, vti non licet priuatis, ad tex. ſin-
gularem in l.fin. C. de appell. ibi (ſalua
Maieſtatis reuerentia, non dedignetur
17 vim priuatis ius eſſe cõmune.) Indè
contenti fuerunt Imperatores, legem
ſtatuere, vt Princeps quamuis legibus
ſit ſolutus, legibus viuere debeat. l. di-
gna vox. C. de legib. Si legibus ſe
ſubiacere voluerint; qui ſunt ſuprà le-



Digitized by Google

gem fortiùs ſeruare eas debent inferio-
res, qui omnes, legibus ſunt obligati. l.
Princeps ff. de legib. Non enim Dei,
vel Reipublicæ intentio fuit, quando
in Reges Imperium tranſtulit, illis dare
libertatem vexandi, & grauandi ſubie-
18 ctos, ſed eos releuandi, cum ad cōmo-
dum ſubditorum fuerit inuentus, &
creatus Principatus, vt illis proſit, &
non præſit, Valq. contr. illuſtr. in pręfat.
Et aduerte, dum ſemper locuti fueri-
mus in perſonam Principis, quod ap-
19 pellatione Principis, in materia indif-
ferenti veniunt tam ſupremi, qui ſupe-
riorem non recognoſcunt, quam infe-
riores iurisdictionem in dominium te-
nentes, cap. ſi Abbate de elect. in 6. Pe-
tra de poteſt. Princ. fol. 16. nu. 55.

In ſumma, poteſtate Principes vti
20 debent, tanquam Patres, vt D. Thom.
quia omni lege, charitatem habe-
re ſunt obligati, piè ſe gerendo ſicut
Deus optimus maximus, erga nos con-
tinuo ſe gerit, non dedignando, ſed
mandando, vt Patrem illum vocare
debeamus, vt in Oratione Dominicali,
& in Euangel. dicit. Nolite vocare
21 Patrem in terris, quia vnicus eſt Pater
veſter, qui in cœlis eſt. Ipſe nos regit,
& gubernat, vt Pſalm. 120. Dominus
cuſtodit te, Dominus protectio tua, non
det in commotionem pedem tuum, ne-
que dormiet qui cuſtodit te, Dominus
cuſtodit te ab omni malo, cuſtodit ani-
mam tuam Dominus, Dominus cuſto-
dit introitum, & exitum tuum.

Videte queſò, quanta charitate, af-
fectu, & continua ſolicitudine Domi-
nus Dominantium reſpicit nos: Crea-
tura verò, quæ alter alteram iuuare te-
netur, & Potentes, qui defendere nos
debent, facti ſunt vti Lupi rapaces. Et
22 proindè differentiam inter bonum
Principem, & Tyrannum, eò conſiſtit;
Iuſtus, politicum, & non diſpoticum
Imperium exercet, Iniquus autem, ſolū
priuatū comodū intuetur, vnde oriūtur
poſteà grauiſſima miſerorū vaſſallorum
grauamina. Exitus iſtorum diſpar eſt;
nam ſtatus boni Principis, in æuum cō-
ſeruatur, vt in Deuteron. cap. 17. Iuſtus
Princeps regnabit, & ſemen eorum in
23 perpetuum permanebit, & ſic Salam.
Prouerb. 25. Imperium verò impij, nō
durabit, vt Eccleſ. cap. 10. Regnum
impij à gente in gentem transferetur,
& plenæ ſunt Hiſtoriæ, qualiter Tyran-
ni finis, fuerit peſſimus in hac vita, &
24 in alia videbimus, qualitèr potentes,
potentèr tormenta patientur.

His ſic demonſtratis, dirigēdo meos
ſermones, & labores ad Principes, &
Barones Dei timorem præoculis ha-
bentes, & ſuæ conſcientiæ conſulentes.
In præcedentibus Commentarijs pro
viribus difficiles quæſtiones enodaui,
ſpectantes ad iuſtum regimen, & ſta-
tum Baronum, & Vaſſallorum, quæ illis
liceant, & quæ vetita ſint, Quod quidē
opus (annuēte Deo) nō inutile, nec in-
iucūdū fuit: Profuit Baronibus, & vaſſal
lis, & in dies in Tribunalibus verſatur.

Rerum tamen euentus, plures alios
25 caſus peperit: Regula enim ſtat, quòd
plura ſunt negotia, quam vocabula re-
rum: Cumque tàm in diuerſis cauſis
quæ mihi acciderunt in Sac. Conſ.
quibus patrocinium præſtiti, quam in
ijs, quæ in Regis Tribunalibus vbi
præfui, multæ aliæ nouæ, & notabiles
quæſtiones emerſerint, lucubrationibus
26 non peperci, colligendo ea quæ profu-
tura eſſe putaui, pro communi omnium
vtilitate, & aliqua, quæ obitèr in præ-
cedenti tractatu poſui, plena manu nūc
exaraui, ampliando, & limitando. Fa-
xit Deus, vt ſint hæc ſcripta accepta,
vti alia, ad beneficium populorum, vt
per ea, Gloria detur Deo, & Sanctiſſi-
mæ eius Genetrici, à quibus omne bo-
num deſcendit.

ARGV-

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Regnum collectare, aliaque onera pro Bellorum neceſſitate ſubditis imponere, an, & quando Principi liceat.

## SVMMARIVM.

1 *Collectas, & exactiones in Regno imponere Princeps nequit.*

2 *Princeps ſuo ſumptu Regna defendere tenetur.*

3 *Subditorum intereſt Regem habere potentem, & ſuum patrimonium non minui.*

4 *Tit. C. de ſuperindicto lib.* 10. *an tyrannidis eſſe dicatur, vel vti iuſtus defendi poſſit.*

5 *Argumentum de minori ad maius ſolidum eſt.*

6 *Exitus quando ſuperat introitum redditũum Regni, & bellum mouetur in Regno, tunc omninò Principi ſuccurrendum eſt.*

7 *Subditi tenentur ſuccurrere* Regi *ſi ob inuaſionis Regni timorem illud Militibus muniat, vel cum exercitu occurrat, etiam extra Regnum, ne hoſtes irruant in illud.*

8 *Melius eſt in tempus occurrere, quam poſt exitum remedium quærere.*

9 *Conſiderati adinuicem alter alteri ſubuenire debent.*

10 *Expenſæ ad iuſtitiam pertinentes regulariter ad Barones ſpectant, ſed limitatur ſi caſu ſint exorbitantes: nam tunc vaſſalli contribuere tenentur.*

11 *Collectare ſubditos pro ſuis commoditatibus Princeps ſe abſtinere debet.*

12 *Bellum ſi ab Infidelibus contra Catholicos moueatur, vel Princeps contra eos quocunque loco intentet, piũ eſt, vt omnes pro Chriſtiana fide ſuccurrant.*

13 *Bello moto extra Regnum, an ſubditi Regni collectari poſſint.*

14 *Regnum Neapolitanum ſpontè in neceſſitatibus ſuo Regi præſtat donatiua.*

15 *Regnum quando eſt ſatis exhauſtum, alijs collectis non eſt onerandum.*

16 *Adiutorium Baronibus non debetur, quando Vniuerſitates ſunt tàm depauperatæ, quod ſuas ordinarias functiones ſoluere non poſſunt.*

17 *Principis aſſertioni dicentis habere neceſſitatem an ſit credendum.*

18 *Princeps in neceſſitatibus cogere poteſt ſubditos ad ſibi mutuandum.*

19 *Fiſcus in neceſſitate redditus ſuos exigere valet antequam cedat, & veniat dies.*

20 *Bellum quando dicatur iuſtum, & quis iudicare debeat, remiſſiue.*

21 *Bellum præſumitur iuſtum quando motum eſt à Principe, cum eius Concilio, nec aliud ſubditi tunc inueſtigare debent.*

## CAPVT I.

IN quibus caſibus à Vaſſallis Baronibus adiutoria præſtanda ſint, in præcedenti tractatu ſuper hac Pragm. explicauimus, & ſubiunxi, vltra caſus à Regni conſtit. incip. quamplurimum taxatos, nullum onus ſubditis imponi poſſe, & multis auctoritatibus remiſſiuè allegatis, cõprobauimus, quod neq; Rex collectas, gabellas, aliaſque exactiones Regno indicere valeat. Cumque anno elapſo 1626. Hæſitari contigerit, an bello moto in Italia à Duce Subaudię cum Gallico Rege, contra Ianuenſes, ſubleuatiſque omnibus Potentatibus, & occurrente inuictiſſimo Rege noſtro, cum magno exercitu, & diſpendio, aduerſus inuaſionem prædictorum, pro adiuuanda dicta Republica, iurè Baronibus, & Regno collectæ aliquæ imponi potuiſſent pro dicta Regis neceſſitate, in erigendis tot Militum Cohortibus, & ſtipendijs ſoluendis.

Quæſtio æquidèm noua non eſt, ſed ab antiquis, & modernis, ſic confuſè,

& in diuerſas ſententias agitatã fuit,vt vix veritas eligi poſſit: Breuiter itaq; eam tractandã, & declarandam duxi, ad elucidandum præcipuè id quod in dictis comment. concludebam; Princi-
1 pem de iure Ciuili,nec feudorum,poſſe onera & nouas exactiones Regno huic indicere. DD. in l. 1. C. noua vectig. impon. non poſſe,Andr. in §. & extraordinaria collatio:Quæ ſint regal. & in cap. 1. §.ſed nec & alia iuſtior,Quæ ſit prima cauſ ben.amiſſ.Capyc.in inueſt. verſ. collectarum, Aiel. de iure adhoæ ex num.42. Borrell.de Præſtant. Regis cap.20. Vaſq.contr.illuſ.cap.6. Nam cum hac conditione Principatus fuit
2 erectus, vt ſuo ſumptu Princeps Regna defendere teneretur.DD.in l.2.ff. de origine Iur. & redditus in iſtis neceſſitatibus erogaret,Iaſ.in l.diuortio §.fin. ff.ſol.matr. Lopez.l.5,verbo ſecuros tit. 7.par.5 & l.7. tit.17. par.3. verbo denedar. Affl. tit. Quæ ſint regalia. §. & extraordinaria collatio.

Alij contrariæ opinioni adhæſerunt, vt Principe in belli diſpendio exiſtente, pro conſeruatione Regnorum, vel alijs acquirendis, & decore Coronæ, eum ſubditi adiuuare debeant, & propterea iurè collectari eos poſſe, cum ſubditorum interſit, Regis patrimoniũ non minui, & Regem habere potẽtem, Menoch. conſ.10. Paſcal. de Patr. po-
3 teſt.cap.1.par.1.nu.81. Vnde & Iuſtinianus poſuit tit.C.de ſuperind.lib.10. quod ſuperindictum,eſt extraordinaria collecta in occurrenti ad tempus poſita, & propriè quando propter bellum indicitur,Franc.Marc.dec.458. nu.23. Quem titulum licet tirannydem eſſe dixerit ibi Luc.de Penna, iure tamen promulgatũ,alij opinati fuerunt,vt latè
4 Mõtal in l.1.tit.5.lib.1. Fori glo.verbo ſiempre guardadas.Bart.& cęteri DD. in l. ne quid.ff. de incen. & ruin.glo. in l. placet C. de Sacroſ. Eccleſ. ſic Bellug.in ſpec. Princ.rubr.46.verbo de donatiuo.Dec.cõſ.354.& 649.Georg. in ſuis repet.feud.cap.57.Bal.in cap.1. §.Marchiones. Qui feud. dar. poſſ. Iacob. de Homag.nu.42. & ſic Dominus noſter interrogatus, an Cæſari tributa deberent.dixit,redite quæ ſunt Cæſari, Cæſari, Princeps enim adiuuandus eſt, vt ſubditi conſeruentur in pace, & ab Hoſtium inuaſione, & incurſu tuti eſſe poſſint. Antibol.de Muner.par.3.nu.94
5 Cęual.comm.opin.906.num.72. Inſuper, arguendo à minori ad maius,ſi Baronibus in tot, & tantis caſibus, adiutoria dari conſtitutum ſit, pro ſuo decore, & vt eorum patrimonium non minuatur,vt in conſt. Regni quamplurimum. Cur Regi,in neceſſitatibus non erit ſuccurrendum? Nam ſi de quo minùs,quantò de quo magis. Auth. multo magis C. de Sacroſ. Eccl. cap. cum in cunctis, & ibi glo.de elect.

Pro concordia autem dictarum opinionum diſtinguendum puto,quod aut
6 bellum ab inimicis motum eſt aduerſus Regnum, tunc ſi redditus, quos ex eo percipit Princeps, pro tali defenſione, & occurrentia,non ſufficiunt, indubitati iuris eſt, vt licèt ſuo ſumptu Regna tueri Reges debeant, & hoſtes repellere, tamen quando redditus non ſuppetunt, ne Regnum detrimentum aliquod patiatur, ob bonum publicum, ſubditi Regni illius, collectari poſſunt, Andr.in d §.& extraordinaria collatio. Eſcobar de ratioc.cap.25.nu.23.Garſia de expenſ. cap.21.num.33. Cæual. comm.opin.quæſt.578. nu.14.Negari inquam non poteſt,Regem minuere,& exhaurire non teneri, adeò ſuam ſubſtantiam,quod dignitas,& ſplẽdor Coronæ diminuatur.

Eadem ratio procedit, ſi Principi pro tuitione, & timore inuaſionis Re-
7 gni, conſultum eſſet, vt ipſe bellum moueret,vt putà, quia propè illud, vel in locis ſuſpectis attentatum eſſet prælium: nam hoc caſu etiam ſubditi tenẽtur ei ſubuenire, quamuis extra Re-
8 gnum,cùm prudẽtius ſit in tempus occurrere, quam poſt exitum remedium quærere l.1. C. quando lic. ſine Iud. ſe vend. Non enim inimicum, quis expectare debet, vt veniat vſq; ad domum ſuam

ſuam, ſed obuenire debet, dicit And. in cap. 1. §. ſed nec & alia num. 41. ibi Rex pro meliori habeat non expectare, tit. Quæ ſit prima cauſ. ben. amict.

Iure igitur, Inuictiſſimus Rex noſter, dùm eſſet ſuſpictio in confinibus, ac bellum aduerſus Ianuenſes anno præcedenti motũ eſſet, ſuccurrit magno cũ exercitu, & ſumptu, tum ratione protectionis quam de ea Republica tenet, tùm quia eſt Ianua, ex qua datur introitus ad alia Regna, & præcipuè ad noſtrum, quam etiam cum ſit ei conſiderata, vnde auxilium præſtare tene-
9 tur, prout conſiderati ad inuicem debent alter alteri ſubuenire DD. in l. 1. ff. quod quiſq; Iur. in alium ſtat. ipſe eod. iure vtat. Capyc. in inueſt. verſ. parilitas. Et ſic puto ad Principem noſtrum ſpectauiſſe tale bellum defendere, & poteſt ſuſtineri potuiſſe onerare Regnum aliqua præſtatione: Nec dici poteſt, neceſſitatem Regem non habere, vnde de ſuo tenetur defendere Regna: nam oculatè videmus, quaſi omnes ſuos introitus venditos, tot miliorũ functionum fiſcalium, & tot terras demaniales, & iura ſecundarum, & tertiarum cauſarum appellationum alienata, ex quibus adeò diminutum eſt ſuum patrimonium, vt parum ad fiſci beneficium remanſit, quod quaſi non ſufficit ad ſoluenda ordinaria onera Regni.

Conferunt ad prædictam opinionẽ, quod dixerunt Auil. in cap. prætorum cap. 18. verbo ſe hagan. Paris de ſindic. verſ. an ſint plures carcerati. Auend. de exeq. mand. cap. 20. & Eſcobar d. cap. 25. nu. 10. de ratioc. vt licèt pertinentia
10 ad expenſas Iuſtitiæ, ſpectent ad Principem, ac ad Barones in ſuis terris, qui iuriſdictionem habent, & prouentus percipiunt, tamen ſi in aliquo caſu expenſæ occurrerent extraordinariæ, & exorbitantes, tenentur vaſſalli ſubuenire, quia æquitas ſuggerit, vt qui ſenſit vtile, ſentiat aliquod incommodum. l. 1. §. deniq; ait ff. de aqua plu. arc. & ſic ratio quæ eſt de parte, debet eſſe in toto quoad totum. l. quæ de tota ff. de rei vend.

Si verò Princeps collectare vellet
11 ſubditos, pro ſuis commoditatibus, vel decore, quæ neceſſitatem, & commoditatem ſubditorum non reſpiciunt, ſed tantùm priuatum commodum ipſius, tunc procedit prima opinio negatiua, vt ei non liceat onera imponere. Rolan. conſ. 91. num. 45. vol. 2. Auend. in ſuo dictionario verbo Alcaualla. Aiel. de iure adhoæ. num. 49. Cæual. comm. opin. quæſt. 578. nu. 27.

Si autem bellum moueatur Regi, in alijs Regnis, vel ipſe illud erigat pro recuperandis, aut acquirendis Prouin-
12 cijs, & tunc ſi bellum fiat contra Hæreticos, & Infideles, ſiue actiuè, ſiue paſſiuè, cum tendat ad conſeruationem Chriſtianæ fidei, omnes ſubditi contribuere debent, ſi Regis patrimonium ſatis exhauriretur, quia talis conſeruatio, & inuaſio in hoſtes noſtrę fidei, reſpicit commune bonũ, & Religionem, quam omnes Deo præſtare debemus, & maximè, ſi illi bellum contra nos intentarent; nam ſi victoriam conſequerentur, ſine dubio detrimentum pateretur Eccleſia, pro qua non ſolum bona, ſed ſanguinem effundere debemus, vt ſemper illęſa ſit, & vileſceret Principis authoritas. ſic Tabiena in ſua ſumma verbo pedagia. Armilla verbo gabella num. 12. Luc. de Penna in l. 1. C. ne ruſtic. col. 8. Cæual. com. opin. 906. ex num. 101.

In alijs autem caſibus belli extra Regnum, non pro fidei conſeruatione,
13 dici poteſt, ſubditos Principi ſubuenire non eſſe obligatos, quia nec principaliter, nec ſecũdariò aliquam vtilitatem recipiunt, ſolum adeſt quædam exiſtimatio habendi Regem potentem, quæ non eſt tanti ponderis, vt ob hanc cauſam Regna ſumptu onerari debeant, & tot diſpendia pati, niſi Princeps eſſet in maxima neceſſitate, quia tunc vaſſalli, dominorum neceſſitatibus ſubuenire tenentur arg. ex l. ſi libertus ff. de oper. libert. ſic Affl. in d. §. & extraordinaria collatio. Boer. dec. 128. Menoch. caſu 178. Bal. in c. 1. Quib. mod. feud. amic.

Capyc.

Digitized by Google

Capyc.in inueſt. verbo collectarum. D. Regens Valenz. conſ. 99. ex num. 18. Regnum autem noſtrum Neapolitanũ, ob deuotionem,& beneuolentiam, quã ſemper præſtitit ergà ſuum pręſtantiſſimum, & Catholicum Regem, eo exi-
14 ſtente in neceſſitate, ea ſignificata Regno,mediante conuocatione Parlamẽti generalis,iuxta ſuum morem, factaq; relatione de contingentia facti, ac neceſſitate Principis, concludit arbitrio moderato,ſecundum occaſionem plus, & minus tantam taxam, qua ſe, & Barones ad tot miliaria Regi præſtanda ſubmictit,& ſic voluntariè ſubuenit ſuo Principi,practicando doctrinam Andr. in d.§.& extraordinaria collatio nu.62. ibi ( & hoc ſi collecta iuſtè imponeretur,vt ſit de voluntate ſubditorum,) ad euitandum altercationem, ſi Regnum poſſit collectari.

Verumtamen ſi Regnum eſſet ſatis exhauſtum, & depauperatum, vt videmus hac tempeſtate,quod magna pars Vniuerſitatum, neque ordinarias fun-
15 ctiones ſoluere poſſunt: hoc caſu, collectari non poſſe crederem, ſed referri hoc debet Principi, qui vti magnanimus,non feret ſuos ſubditos onerari vltrà id quod poſſunt: Nam quis ſe ipsũ diſcoperire non debet, vt alium ſubueniat, cum prima Charitas à ſe ipſo incipiat.l.Præſes C.de ſeru.& aqua.

Preùt ex hac ratione fuit in Sac. Conſ. deciſum pro Vniuerſitate Tricarici,à qua Baro adiutorium petierat,ob ſororem nuptui traditam ( quo caſu legitime cogi poteſt, iuxtà Conſt.Regni.
16 Quamplurimum, ) & fuit ei denegatum, quia non poterat Vniuerſitas illa neq; functionibus fiſcalibus ſatisfacere: & hoc optimè arguitur ex tex. in l.2.C.de alend.lib.vbi filij Patrem alere non tenentur, quando vix ſe ipſos alere poſſunt,cuius tex. formalia verba ſunt hæc (competens Iudex à filio tali iubebit, ſi in ea facultate eſt, vt tibi alimenta præſtare poſſit ) vnde ſi filij, qui Patri de iure naturali ſunt obligati,cogi non poſſunt ei ſubuenire,quando ipſorum facultates non ſuppetunt; quanto fortiùs non tenentur vaſſalli, qui de congruo, ex diſpoſitione iuris Ciuilis ſuccurrere debent Principi, & Baroni, non in extrema neceſſitate conſtitutis, ſed ne eorum patrimonium minuatur pro dotandis filiabus, ſororibus,& alijs expenſis.

An autem ſtandum ſit aſſertioni Principis, dicentis eum eſſe in neceſſi-
17 tate, & ipſi eſſe ſubueniendum, videtur dicendum quod ſic, maxime quando veritas facti notoriè conſtat,vti exiſtente diſpendio belli, quod in occurrentibus ſuſtinetur. Iaſ.conſ.27. Marta de iuriſd.4.par.caſu 10.Natta cõſ.280 Anchar. conſ.96. D.Rouit.in reſponſo poſt ſua Conſil.nu.3.

Inſuper nota,quod ſuppoſita neceſſitate,& præſentanea, quæ moram non requirat, ſi ex ſuis redditibus promptã
18 pecuniam Rex non habeat, poſſe cogere Regnicolas ad ei mutuãdum concludunt Bald. in l.1.C. de oper. libert. Luc.de Pen. in l.ſcriniarios C. de Muner.lib.11.Guid.Pap.dec.551. in fine. Prout etiã Vniuerſitas ſuos Ciues cogere poteſt, vt dixi ſing. meo 119. Et propterea dùm Prorex de functionibus fiſcalibus particularibus venditis, & aſſignatis vnum tertium pro mutuo exegerit, quia promptam pecuniam non habebat pro ſtipendio tot Cohortium Militum, licito iure potuiſſe facere aſſerebatur, & hoc anno datus fuit ordo pro reſtitutione: Poteſt etiam redditus fiſcales ante diem exigere, &
19 ſic mandare Perceptoribus ad tex. in l. 1. C.de cond. ex lege, Marſil. ſing. 355.Gabr.Rom.tit.de dilat.concl.1.n. 27. Caroc. de excuſſ. par. 2. q. 53.& dixi ſing.meo 64.

Omnia tamen prędicta ſupponimus, in terminis habilibus, quando bellum ſit iuſtum, quia tunc ſuccurrere tantũ debemus,ſecus ſi eſſet iniuſtum.Quan-
20 do autem dicatur iuſtum, & quis iudicare hoc debeat, ſatis eſt controuerſum, & cum ſit extra noſtram prouinciam,remicto te ad Andr.in cap.1.n.5.

Hic

Digitized by Google

Hic fin.lex.Menoch. de præſump.lib.6. præſ.96.Molin.de iuſt.& iure diſp.188 D.Regens Cōſtant. in l.1. C vt armorum vſus. Franc. Marc. dec.45. par.1. Sed quomodocunq; ſit, aduerte quod an bellum ſit iuſtum,vel iniuſtum ſtare debemus declarationi Principis,& eius
21 Conſilio, ad quos ſpectat examinare, an ſit bellandum: Non enim tenetur Rex hoc ſubditis notificare, dùm ad ſolum Principem, & Conſilium ſtatus, pertineat, cui authoritati omnibus eſt deferendum,cum ius indicendi bellum in Principe reſideat l. vnica C. vt arm. vſus lib.11. l.3. ff. ad l. Iul. Maieſt. ſic Cæual.com.opin.578.n.27. D.de Pōt. conſ.15.ex nu.11.tom.2.

## ARGVMENTVM.

An Proreges ob magnam authoritatem eis à Rege collatam, facultatem habeant abſoluta poteſtate vtendi,& de facto abſque proceſſu, & defenſionibus quem ad pęnam corporalem condemnare: Et quid in Principe.

## SVMMARIVM.

1 *Princeps etiam pretio ſoluto alterius bona auferre non debet.*

2 *Princeps ſuper iure naturali,& gentium diſpenſare nequit.*

3 *Princeps via directiua non eſt legibus ſolutus.*

4 *L.diſputare C.de crim.ſacril.declaratur, & conciliatur cum l. digna vox C. de legib.*

5 *Abſoluta poteſtas iuſta cauſa non regulata,an potius tyrannidis,quam poteſtas dicatur.*

6 *Princeps quando ſcribit de plenitudine poteſtatis aufert facultatem dicendi de ſubreptione.*

7 *Princeps eſt ſupra ius,extra ius, & contra ius.*

8 *Princeps non regulando ſuam poteſtatem ſecundum ius diuinum, & natueale non erit ſine culpa.*

9 *Proregis officium cui in iure æquiperetur, & quas prærogatiuas conſequatur.*

10 *Prorex quando vti poſſit regalijs, & alijs Regi reſeruatis.*

11 *Appellatio an detur à grauamine Proregis ad Regem.*

12 *Prorex an facultatem habeat faciendi gratias de delictis, & priuilegia concedendi.*

13 *Prorex repræſentat etiam dignitatem Capitanei Generalis,ſuper gentes bellicas,& de eis tenet Tribunal ſeparatum ab alijs.*

14 *Prorex dicitur procurator cum libera circa pertinentia ad patrimonium regale,etiam in requirentibus ſpeciale mandatum.*

15 *Procurator Fiſci, qui habet poteſtatem à lege non tenet tantam facultatem vti Procurator Regis, qui ſine ſollemnitatibus alienare poterit.*

16 *Quæ ſunt de alto dominio non cenſentur Proregi conceſſa.*

17 *Abſoluta poteſtas reſidet in eo, qui eſt ſolutus legibus, & non cum alijs inferioribus.*

18 *Quæ particulari expræſſione indigent in geuerali conceſſione data non cenſentur.*

19 *Prorex ſicut non poteſt Officiales perpetuos creare, ita eos amouere, & ſuſpendere nequit.*

20 *Prorex quamuis procurator cum libera non poteſt alienare niſi ſolita.*

21 *Clauſula concedens vices, & voces noſtras ad quæ extendatur.*

22 *Princeps an de plenitudine poteſtatis aliquem ex abrupto abſque defenſionibus condemnare poſſit.*

23 *Deus quando Adam peccauit eum vocauit,& audiuit ſi poterat defendi.*

24 *Homines cunctis omnibus creatis ſunt digniores.*

25 *Imperium à principio pęnes Rempublicam fuit, & deinde ab ea in Reges fuit translatum.*

26 *Princeps habere non poteſt maiorem poteſtatem illa, quam Reſpublica in eum tranſtulit.*

27 Prin-

Digitized by Google

27 *Princeps an ex ſcientia priuata aliquem condemnare poſſit.*

28 *Princeps poteſt in notorijs & atrociſſimis, vel ad ſedandam ſeditionem ex abrupto quem condemnare.*

29 *Prorex quare in grauibus delictis diſpenſare poteſt vt procedatur ad horas ad modum belli.*

30 *Prorex quando ex ſola ſuſpitione poſſit quem exiliare, vel relegare.*

31 *Suſpecti de hereſi, peſte, vel morbo contagioſo poſſunt à Regno expelli, & ſic ſeditioſi.*

32 *Publicæ vtilitatis cauſa multa ſunt permiſſa etiam cum damno priuatorum.*

33 *Pragmatica de Monetis mandans, vt inquiſiti licet ſint liberati in forma exulent à Regno, qualiter de iure ſuſtineatur.*

## CAPVT II.

SVMPTA occaſione tex. huius Pragmaticæ, quæ prohibet Baronibus ne ad ſibi bona vendēda Vaſſallos cogant. Arguendo à maioritate rationis explicaui in præc. tract. articulũ, quod neq; Princeps de ſua ordinaria poteſtate bona alicuius auferre poteſt, etiã
1 pretio ſoluto, & ita Cæual. poſtea viſus com. contra com. q. 577. cum ſeq. & latiùs q. 906. Bouad. in ſua polit. lib. 5. cap. 5. nu. 11. tom. 2. quia ſuper ijs quę iuris naturalis, vel gentium ſunt, regulariter Princeps diſpenſare non poteſt
2 Fabr. diff. 1. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. Petra de poteſt. Princ. cap. 28. Ann. conſ. 23. Caſtil. in ſuis controuerſ. lib. 3. cap. 6. ad quos in occurrenti, ſuper hac materia erit recurrendum.

Intellige autem has propoſitiones,
3 quando Princeps diſpenſare vellet de poteſtate ordinaria, cui via directiua ſuppoſitus dicitur. l. digna vox. C. de legib. quæ probat, vt licèt ille legibus ſit ſolutus, legibus tamen viuere debeat, ſed de poteſtate abſoluta omnia poteſt, & nil eſt, quod auctoritate huius Imperij facere non valeat, ità quod de iſta auctoritate diſputare ſacrilegium reputatur. l. diſputare C. de crim. ſacril. quæ lex pugnare videtur cum dicta l.
4 digna vox, ſed conciliantur, vt l. diſputare loquatur de poteſtate extraordinaria in l. Princeps ff. de leg. alteram de poteſtate ordinaria tãtum. Et quanquam, veriorem eſſe opinionem multi DD. opinati ſint, aſſignari non poſſe abſolutam poteſtatem, quia ſi ea ſine ratione reguletur, erit tyrannidis, ſed
5 vnam eſſe poteſtatem in Principe, quæ, ſi cauſa veſtiatur, ſumma erit, & abſoluta; attamen recepta eſt dicta diſtinctio ordinariæ, & abſolutæ poteſtatis. Crauet. conſ. 296. Petra loco citato art. 2. cum ſeq. & ſic dùm legibus Princeps ſit ſolutus, ergo ſupra legem eſt ſua poteſtas, & dici non poteſt cur ita facis? dùm Superiorem non habeat niſi Deum. cap. dilecta de reſcrip. vbi probatur, quod quando Summus Pontifex
6 de plenitudine poteſtatis ſcribit, nil cõtra reſcriptum opponi poterit, & ſic Iaſ. in l. reſcripta C. ſi contra ius, vel vtil. publ. quia Princeps ſiue Eccleſiaſticus, ſiue Secularis, eſt ſupra legem, extra legem, & contra legem, Dec.
7 conſ. 137. & 341. ac Alex. conſ. 147. qui ait, Principem in omnibus diſpenſare poſſe, ſequitur Luc. de Pen. in l. fin. nu. 22. C. de loc. præd. ciuil. lib. 11. & ſic ſufficit pro ratione voluntas, vt dicit Glo. in l. relegati ff. de pœn. Nec ei reſiſti licet Affl. in cap. 1. num. 191. Quæ ſint regal. Socc. conſ. 87. vol. 3. Verùm
8 enimverò, ſi hæc poteſtas non ſit regulata à lege diuina, & naturali, & abſque legitima cauſa Princeps ea vtatur, alijs præiudicando, peccaret mortaliter, & eſſet obligatus ad reſtitutionem, vt Nauar. tit. de reſtitut. lib. 2 cap. 3. n. 181. Belluga in Speculo Princ. §. 23. in rubr. Gomeſ. in l. 76. Taur. n 9. Bouad. loc. cit. Paſcal. de Patr. poteſt. cap. 1. par. 1. ex nu. 92.

Sed

Sed huic articulo alium neceſſariū, & curioſum adnectam, quem diſputando, deciſionem ſapientibus relinquo: An Prorex, qui vicem Regis tenet, prædictam ordinariam, & abſolutam poteſtatem conſequatur, & an de facto, ſecundum ſuum arbitrium ſine inquiſitione, nullis datis defenſionibus ſuper crimine, de quo aliquis imputatur, eum morti tradere, vel ad aliam pęnam corporalem condemnare poſſit. Et ad primum videtur dicendum, Proregem
9 poſſe vti eadem poteſtate, vti Rex ipſe, cum ob magnam authoritatem, & prærogatiuas, quas in commiſſione ijs Rex confert, non ſolum aſſimilatur Præfecti prætorio, quod officium eſt ſuper omnia, vt DD. ad C. de offic. præf. præt. ſed conceditur ei plùs, dum conſtituitur Regis Vicarius, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, & ſuper patrimonio, Procurator cum libera, cum clauſula, (vt alter ego) vnde Regis Vices gerens, videtur ex nimia authoritate ei tributa, conceſſam omnem poteſtatem, quæ in Principe reſidet. arg. ex l. 2. ff.
10 de offic. eius qui vic. alt. gerit. ſic Boſſ. tit. de Princip. num. 28. de Franch. dec. 165. & ob dictam clauſulam, cenſeri conceſſa reſeruata Principi aiunt Ioſef. Seſe. dec. 175. Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 3. num. 329. Cum enim Rex nil ſibi reſeruauerit, omnia contuliſſe præſumitur. Bald. conſ. 272. vol. 1. Surd. conſ. 281. Ideò dixerunt DD. Proregē non habere ſecundum locum à Rege, ſed eundem cum Rege, & idem Tribunal reputari, & propterea non dari appellationem à Prorege ad Regem;
11 Franc. Marc. dec. Delf. 371. & 421. Exindè, licet ei facere gratias de delictis, ac priuilegia concedere, iuxtà tradita per Anton. Oliban. in vſat. cap. 4.
12 & 6. Mura. dec. 44. Cancer. loco citato nu. 325. Marta de iuriſd. cap. 44.

Similiter, vti Capitaneus Generalis in Regno tenet vices regias ſuper gētes bellicas, cohortes Militum creando, claſſes ordinando, Caſtra muniendo, &
13 omnibus Militibus imperando, vt poſt alios nouiſſime D. Conſtant. ad C. de Claſſ. lib. 10. Et hoc officium, non gerit vti Prorex, ſed vti Capitaneus Generalis, & ideò ſuper ijs Tribunal ſeparatum Miniſtrorum exercitus tenet. Oliban. de Iure fiſci cap. 4. nu. 63. Maſtril. de Magiſtr. lib. 5. cap. 6. num. 205. Giurba conſ. 59. qui multa ad hoc officium Capitanei Generalis pertinentia, adducunt.

Inſuper Rex, non ſolum confert tantam ſupremam iuriſdictionem, circa pertinentia ad Iuſtitiam, ſed circa ſuū patrimonium, adeò de Prorege confidit, quod eum conſtituit procuratorem
14 cum libera, & cum omni facultate, etiam ſi negotium requireret ſpeciale mandatum: Et quamquam adſit Tribunal Regiæ Cameræ, quod ſuper pertinentibus ad fiſcalia, & patrimonialia Regis, prouidet, vt ff. de offic. Procur. Cæſar. tamen maioris efficaciæ reputatur mandatum Regis, quam legis.
15 Bal. in l. 1. ff. eodem. Qui enim habet mandatum legis, etiam ſolita alienare non poteſt abſq; ſollemnitatibus ſubhaſtationum, & alijs de iure requiſitis, ſed qui habet ab homine, ſine tali obligatione, alienat, & vendit, Regens de Pont. conſ. 53. cum ſeq. to. 1. Ex quibus omnibus, inferri poſſet tacitè ſuis Proregibus Regni, facultatem Regem conceſſiſſe, abſoluta poteſtate vtendi, ac arbitrium, vt ad eorum conſcientiam, maleficos punire poſſe valeant.

Aduersùs tamen prædicta, replicari poteſt, vt quamquam Proregis officium ob prædictas prærogatiuas, quæ ipſi cōceduntur, maximum ſit, non propterea inferri debeat, Regem conferre vo-
16 luiſſe ea quæ ipſi ſoli ſunt excepta, & per amplam, & generaliſſimam poteſtatem ſuis Vicarijs collatam, ſe alto dominio expropiaſſe. Affl. in cap. 1. §. angarię num. 15. quæ ſint regal. ex originaria doctrina Innoc. in cap. ad monaſteriū de ſtatu Monac. Paris de reintegr. feud q. 269. Cùmque abſoluta
17 poteſtas, ſolùm in Principis perſona conſiſtat, dùm is ſolus legibus ſit ſolutus

tus,iuxta tex.in d.l.Princeps, & omnes alij, iuri ſint ſubiecti, licèt quacunque fulgeant dignitate:Donec enim Superiorem habeant, nullo iure competere ſubiecto poteſt, vt abſolutam poteſtatē exerceat.Ruin. conſ.230. Roſental. de feud. cap.3.concl. 21. Differt autem poteſtas, quæ reſidet pœnès habentem eam in dominium,ab ea, quæ in officiū tenetur,Capyc. de prohib. feud. alien. notab.10. & in terminis, quod nunquā cenſeatur abſoluta poteſtas Proregibus conceſſa firmant Marc. Ant. Surgen. de Neap. Illuſ. cap.18. Maſtril. loc.cit. nu.37.Oliban.de Iure fiſci cap.6.nu.16. Bellug. in Spec. Princ. rubr.10. & Boad.lib.2.Polit.cap.6.

Nec refragari videntur ex aduerſo adducta, vt Prorex omnia poſſit, vti Rex,& dicatur alter ego,Vicarius Generalis, Procurator cum libera, in ijs enim officijs, non veniunt excepta à iure, vel conſuetudine, quæ ſoli Regi
18 competunt.Affl.dec.122.n.3. Crauet. conſ.172.Ea ergo,quæ ſpeciali indigēt expreſſione, nunquam ſub quauis larga conceſſione veniunt, cap. in generali de offic.Vicar.glo.in l.decurionibus C. de ſilentiar.lib.12.

Hinc videmus, quamplurima minoris conſiderationis eſſe Proregibus vetita, vti in aſſenſibus ſuper alienatione feudorum titulatorum. Pragm.4. de Feud. Creare Officiales perpetuos eis eſt prohibitum, DD. in l. 2. C.
19 de offic. Præf. præt. Aguſ. Neq; Officiales prædictos amouere, inquirere, aut ſuſpendere poteſt. l. fin. C. vbi Senat.vel Clar.& l.ſi grauius C.de dignit.lib.12.de quo articulo ſollemnē deciſionem ſcripſit meritiſſimus D.Regens Tapia dec.3.qualiter abſq; Regis licentia Officiales perpetui inquiri non debeant. Nec vti Capitaneus Generalis remouere poterit Caſtellanos, aliosq; Capitaneos, Ducesq; exercitus à Rege prouiſos, vt Giurba d.conſ.59. nimisq; vti Procurator cum libera vendere, alienare, & donare valebit, niſi ſolita,Muta dec.44. Maſtril. dec.205.
20 nu.34. Multos alios caſus Proregibus exceptos notāt Paris de reinteg. feud. q.269.cum ſeq. Marc. Ant. Surg. in add. fol.369. Capyc. in cap.Imperialē fol.mihi 32.Et propterea infertur, amplam poteſtatem conceſſam, non extēdi poſſe ad excepta, & reſeruata, ac clauſulam,quæ dat omnes vices, & voces non poſſe ampliari ad inſolita,And.
21 in cap. Imperialem nu. 13. de prohib. feud. al. per Feder. Boſſ. tit. de Princ. nu.88. Conſiderentur ergo iſtæ diffidentes opiniones.

Ad alium articulū, An ſine Inquiſitione, & proceſſu Prorex poſſit quenquam condemnare, nullis datis defenſionibus,ſed ex ſuo arbitrio,& conſciētia: Videamus quæsò ſi Principi liceat hoc facere, pœnam perſonalem de facto imponere: DD. dixere, quod condemnare aliquem abſq; proceſſu,eo inaudito occidere eſt, cum Inquiſitio, & defenſio ſint Iuris naturalis, & diuini,
22 ſuper quibus non licet Principi diſpenſare, tex. in l. defenſionis facultas C. de Iure fiſci lib.10. Exemplum eſt nobis, quod dum primus Parens Adam peccaſſet, Deus illum vocauit, dicens. Adam vbi es? quid feciſti? & conteſtatus eſt litem cum eo,audiendo illum in
23 defenſionibus,& verum eſt,quod apud Deum cognita erat transgreſſio, & bene ſciebat ſi ille defendere ſe potuiſſet cum Deus de per ſe cognoſcat omnia, & opus non eſt vt ab alijs percipiat, D. Thomas q.67. art.2. Similitèr, dum Cain occiderit Abellem fratrem ſuum, Deus adhùc vocauit illum, & ait, vbi eſt Abel frater tuus? Si ergo Dominus dominantium volens iudicare prima peccata Hominum, eos audire intendit, & omnis Dei actio, noſtra fuit inſtructio, vt in Euang. Et ſcimus, quod ſic etiam nobiſcum agit in hora mortis, ac in Iudicio Vniuerſali, Quantò fortiùs Princeps, qui vti Homo poteſt errare, & ſe fallere, cuncta rimari te-
24 neatur. Homines enim ſunt ad imaginem Dei creati,& vti filios Deus reputat, vt Pſalmiſta. Ego dixi Dij eſtis,

&

Digitized by Google

& filij excelſi omnes, & cunctis omni-
bus creatis, digniores, & pretioſiores
ſunt, l. iuſtiſſime ff. de ædil. edic. ipſos
ergò interimere, punire, & contriſtari,
abſque terminis Iuſtitiæ, ſine defenſio-
nibus Principi nequaquam licet, vt
ait Aragon. de iuſt. & iure quæſt. 67.
art. 2. quia non eſt ſuum diſpenſare
ſuper vita Hominum, & eorum punitio-
ne, ſine cauſa legitima, & penſata, iux-
ta cõmunem opinionem omniũ Theo-
logorum.

Inſuper omnis poteſtas, quæ eſt
apud Reges, à Republica in ipſos tranſ-
25 lata fuit l. 1. ff. de conſt. Princ. ſiqui-
dem non dubitatur, quòd ab initio an-
teà fuerunt Populi quam Reges l. 2. ff.
de orig. iur. Qualis Reſpublica ſuaderi
poteſt, quod fuerit tam fatua, vel pro-
diga libertatis, vt liberas habenas
Principi dare voluiſſet, vt ad eius vo-
luntatem, & arbitrium potuiſſet ſuos
ciues punire, & morti tradere, non
adhibitis ſollemnitatibus, defenſio-
nem à iure naturali datam reſpicienti-
bus. Vndè ſi Reſpublica talem pote-
26 ſtatem non conceſſerit, Princeps ergò
habere non poteſt maiorem illa, quam
à Populo conſecutus fuerit, l. nemo plus
iuris. ff. de reg. iur. ſic Sotus de iuſt. &
iure lib. 5. quæſt. 4. art. 2. col. fin. Alfonſ.
de Caſtr. tract. de lege pœnali lib. 1.
fol. 8.

Et licèt Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 7
verſ. tertium etiam, innuere videatur,
Principem ob ſcientiam priuatam de-
licti poſſe Reum condigna pœna pu-
27 nire, tamen contra eum eſt communis
opinio, vt Caietan. in ſumma. verbo Ho
micidium in princ. Nauar. in Manual.
cap. 25 à num. 9. & in tract. de reſtitut.
lib. 2. cap. 3. ex num. 171. Belluga in
Spec. Princ. rubr. 23. §. dicamus nu. 3.
qui omnes concludunt, non poſſe Prin-
cipem ex ſcientia priuata, ſine proceſ-
ſu, nulla data facultate defendendi,
quenquam ex delicto condemnare:
Suſtineri tamen poteſt Couar. ſenten-
tia, ſi delictum eſſet notorium, & gra-
ue, tunc etiam ſine iuris ſollemnitate,
28 nulliſque conceſſis defenſionibus, po-
teſt Princeps competenti pęna talem
punire. Glo. in cap. cum olim. de re iu-
dic. vbi omnes DD. Nam in notorijs nõ
requiritur ordo, nec citatio, Bal. in l.
executionem C. de exec. rei iud. Socc.
conſ. 87. Ideò Rebellem ſine proceſſu
condemnari poſſe inquiunt Bart. conſ.
1. Bal. conſ. 16. lib. 4. & conſ. 29. & latiùs
Petra de Poteſt. Princ. cap. 26. nu. 26.
quod Princeps omni defenſione, & ap-
pellatione remota poſſit in notorijs cõ-
demnare, & in atrociſſimis morti tra-
dere, & præcipuè ad exemplum, ad ſe-
dandam ſeditionem, vt Sotus de iuſt. &
iure lib. 5. quæſt. 1. art. 3. Leſius tit. eo-
dem lib. 2. cap. 29 nu. 96. Gail. de pace
publ. quæſt. 4. Sed ſi factum eſſet du-
bium, aut recipere poſſet aliquam ex-
cuſationem extrinſecam, tunc cõmunis
opinio videtur attendenda, vt non va-
leat Princeps vti abſoluta poteſtate, in
condemnando, non audito Reo, ſaltim
ſummariè, vt Aragon. Nauar. & alij de-
ſuper citati.

Conſidera nunc ex prædictis, ſi Prin
cipi non permittitur de facto, tuta con-
ſcientia quenquam condemnare, dùm
ipſe ſit legibus ſolutus, quomodo Pro-
rex tali poteſtate vti poterit? Et quam-
uis in Regno, in delictis grauibus man-
dat procedi leuato velo, ex abrupto, ad
horas, appellatione remota: Hæc facul-
29 tas eſt circa ſollemnitates iuris poſiti-
ui, quas poteſt tollere, diſpenſare, & re
ſtringere, vt dixi in princ. ſed omninò
tollere defenſiones, condemnare ad
mortem, & ſententiam exequi ſine pro-
ceſſu non poſſe concludunt Mur. Burg.
tract. de modo proced. ex abrup. cent.
1. cap. 22. & 23. Muta dec. 60. ex nu. 15.
& ſuper Prag. Sicil. tit. 2. par. 1. Cęual.
com. opin. 906. nu. 78. Azzeued. in l. 1.
tit. 6. nu. 14. lib. 4.

Nec obſtat id quod dixi in prag. 7.
n. 27. in præc. tract. Proregẽ poſſe etiam
30 non adhibita iudiciali cognitione, ex
ſola ſuſpicione, aliquem exiliare, confi-
nare, & in carceribus detinere, & ſequi-
tur D. de Pont. in ſuo tract. tit. de pro-



Digitized by Google

uiſ.fieri ſolitis. in rubr. à nu. 11. Nam procedit, quando ſuadeat publica vtilitas, ad euitanda maiora mala, & ideò ob ſuſpictionem, vel juſtam præſumptionem, quod aliqua perſona habeat ligam cum inimico Principis, poterit à
31 Regno diſterrari, ſic ſi quis erit ſuſpectus de hæreſi, peſte, vel aliquo morbo contagioſo, vel ſi erit Homo ſeditioſus pacem conciuium turbans, poteſt Princeps à Patria eum eicere, vt explicaui ſingul. meo 73. Intereſt enim Reipublicæ occurri, ne peiora eueniant l.conuenire ff.de pact. dotal. pro cuius
32 vtilitate multa permittuntur, quæ aliàs non concederentur. Bald. conſ. 142. lib. 1. Tuſc. in ſuis concl. lit. P. concl. 960. Indè ſaluatur, & ſuſtinetur, in foro fori, & Poli, diſpoſitio pragmaticæ de Monetis, mandatis, vt inquiſiti de falſa moneta, contra quos proceſſum fuit ad litis conteſtationem, & ad defenſiones, quamuis liberentur in forma, debeant tamen à Regno exula-
33 re, ob præſumptam malam famam tanti criminis, & ne alios inficiant. Hæc æquidem lex, dura videtur, vt quis ſuſtinere debeat pœnam tam acrem, perpetui exilij à Regno (quæ inter capitales reputatur, quando eſt perpetua, vt Giurba conſ.49. nu.21.) non obſtante quod ab inquiſitione ſit liberatus, tamen ob publicam vtilitatem, quia tale crimen valdè inualuit, & Regno nocuit, reputata fuit vtilis, & expediens hæc rigoroſa prouiſio: Et ſic non mirum, quod accedente publica vtilitate, roborata iuris authoritate, extendatur poteſtas ad aliquem confinandum, ex cauſa. Sed ad pœnam corporalem, vel capitalem condemnare, ſi ne cauſæ cognitione, non exiſtente notorietate delicti, ſaltim, in vera conſcientia, eſſet contra omnem iuris normam.

ARGVMENTVM.

Quando quis ad vendendum cogi poſſit, & an tunc pretium commune, vel ſingulare ſit ei ſoluendum.

Prælatio quando alicui competit, an pretium in numerato ille ſtatim ſoluere debeat: Baro an banna emittere valeat, vt non liceat vendere, niſi data priùs ei notitia.

*SVMMARIVM.*

1 *Baro cogere non poteſt Vaſſallos ad ſibi vendẽdum, niſi pro neceſſitate victus.*

2 *Vendere victualia quis cogitur tempore penuriæ, & etiam minùs iuſto pretio ea taxari poterint.*

3 *Vendere quis cogitur agrum, vel domum pro publica vtilitate, ad conficiendam viam publicam, vel ſimile.*

4 *Vendere quis coarctari poteſt pro publica pietate, vti pro fundanda, vel amplianda Eccleſia, vel Monaſterio.*

5 *Vendere quis tenetur etiam aliquando pro priuato comodo, concurrente decore Ciuitatis, vti pro ingenti Palatio fundando.*

6 *Aedificia pulcra, & magna ſunt decus Ciuitatis.*

7 *Pretia rerum non ex ſingulari affectione, ſed ex communi extimatione ſunt arbitranda.*

8 *Læſio an extimanda ſit ex pretio ſingulari.*

9 *Res tantum valet quantum vendi poteſt.*

10 *Dominus præfertur in venditione fructuum facienda à colono ſuo.*

11 *Pretium non ſtat in indiuiſibili, cum detur maius, medium, & infimum.*

12 *Pretium non ſufficit offerre, ſed in contanti eſt ſoluendum, quando datur prælatio.*

13 *Prælationem habens ſi ſtatim pretium non offerat, an venditor teneatur expectare, & quanto tempore.*



Digitized by Google

14 *Pretij fides non eſt concedenda in victualibus, qua in foro venduntur.*

15 *Baroni non licet banna emittere, vt Vaſſallus vendere volens, debeat primo ipſum requirere.*

16 *Libertas negotiationis non eſt impedienda.*

17 *Prælatio Baroni competit poſt factam venditionem.*

18 *Barones an præſcribere poſſint ius, ne Vaſſalli vendant ſua victualia, niſi eo requiſito.*

19 *Vaſſalli tacitè præiudicare poſſunt eorũ libertati, prout quis ſe vendere poteſt ad pretium participandum.*

20 *Conſuetudo Conuicinij ſatis confert ad obſeruantiam aliorum vicinorum, & excuſat in omnibus.*

## CAPVT III.

AD concluſionem ſumptam ex tex. huius pragm. vt Barones cogere Vaſſallos non poſſint ad ſibi victualia, & alia bona vendenda, limita-
1 tionem in præc. Comment adduxi, vt in caſu neceſſitatis non procedat, quando Baro, ijs pro vſu ſuæ familiæ indigeret, & ſimiliter dixi, Baronẽ habere prælationem, quando Vaſſalli victualia vendant: Quas limitationes, & alias, vt inferiùs notabo, pluriès in Tribunalibus eas practicari occurrit: Quale pretium, pro rebus à Barone eſſet ſoluendum, commune, vel ſingulare, quod illi ab alijs inueniunt: Et Doct. adeò intricatè loquuti fuere, & in contrarias ſententias ſe diuiſerint, quod obſeruatione dignum putaui, latiùs hunc articulum explicare, cum quotidianus, & vtilis ſit, & non ſolum prædictis, ſed etiam deſeruiat ad intellectum omnium limitationum Regulę: quod nemo vendere, vel emere cogi poſſit, iuxta tex. in l. nec emere C. de iure delib. & l. inuitus C. de contr. emp.

Hec inquam concluſio reſtringitur, vt liceat quem cogere ad vendendum pro cauſa neceſſitatis, publicæ vtilitatis, pietatis, & decoris: Neceſſitatis enim tempore, quilibet coarctari
2 poteſt ad vendendum victualia, quæ habet vltra vſum: & pretium à Principe, vel Communitate viliùs taxari poteſt, & in hoc etiam Clerici ligantur Doct. in l. vnica C. vt nemin. lic. in emp. l. fin. C. de exact. trib. lib. 10. & in l. 1. §. cura carnis ff. de offic. Præf. Vrb. Caball. reſ. crim. 90. Franch. deciſ. 9. Montana. in pragm. 2. ex num. 59. de admin. vniuer. Viui. deciſ. 28. Dec. Graff. cap. 57. & 113. lib. 2. Molin. de contract. diſput. 364. Couar. var. reſol. cap. 14. lib. 3. & cap. 3. lib. 2. Gutier. quæſt. 13. lib. 1. pract. quæſt. Bouadil. lib. 3. cap. 4. num. 66. Polit. Surd. de Alim. titul. 1. quæſt. 77. & tit. 8. priuil. 94.

Sic pro publica vtilitate, de Iure quis cogi poteſt ad vendendum domum, agrum, publico deſeruien-
3 tes, veluti pro faciendis foſſatis, pro via publica, pro publico ædificio, pro ducenda aqua, & ſimilibus, ad tex. in l. ſi locus in fine ff. quemadmod. ſer. amict. l. præſcriptio, & l. omnes. C. de oper. publ.

Item pro publica pietate, poteſt vicinus cogi vendere domum, pro amplianda, & fundanda Eccleſia, vel Mo-
4 naſterio arg. ex l. ſi quis ſepulcrum ff. de relig. & ſump. funer. D. Regens Valenz. conſ. 18. De Franch. dec. 223. Cępol. de ſeru. vrb. præd. cap. 82. & etiam pro faciendo Atrio, & ornamento ipſius, Molina diſput. 341. Gizzar. deciſ. 38. & ſic pro viridario Monaſterij. Coſta de remed. ſubſid. rem. 76. num. 9. Macer. reſol. 112. caſu 29. Et vltimò, pro decore, & ornamento
5 Ciuitatis: Ac etiam pro priuato commodo, accedente in conſequentiam decore Ciuitatis, coarctari poteſt quis



Digitized by Google

ad vendendum vicino conſtruenti ingens palatium, ſi ille indigeret aliqua domuncula vicina, Agro, vel Horto: Intereſt enim Ciuitatis, talia ædificia conſtrui, cum ſint ornamenta ipſius. l. ſi quis, cum l. ſeq. C. de
6 ædific. priu. l. cætera ff. de leg. 1. Ripa in rubr. de damno infecto num. 5, Teſſ. quæſt. 64. Fontan. de pact. nupt, clau. 4. glo. 12. nu. 28.

Sequitur nunc, ſuper dictis limitationibus videndum; An appretiatiua extimatio ſufficiat, vel ſi quis vendere teneatur, iure petere valeat quantum, ab alio repetit, vltra com-
7 mune pretium: Multi dixere, pretia rerum, ex communi extimatione eſſe arbitranda, non ex ſingulari affectione, vt ſunt verba tex. in l. pretia rerum ff. ad l. falcid. l. ſi fideiuſſor §. meminiſſe, iuncta gloſ. ff. de leg. 1. ſic Menoch. conſ. 137. lib. 2. Surd. conſ. 52. num. 48. Auil. in cap. Prætor. cap. 17. verſic. rationables precios, & gloſ. in l. 2. C. de reſcin. vend. quod ad probandum
8 valorem, non ſufficiat probare ſingulare pretium affectionis, quia non eſt in conſideratione, ſed appretiatiuum. Franc. Marc. deciſ. 542. de Franch. deciſ. 390. Surd. de aliment. quæſt. 94. tit. 8. Add. ad Capp. Tholoſ. deciſ. 446. qui omnes alios Doctores coaceruando tenent, ſufficere offerre iuſtum pretium commune, quando non eſt taxatum à Principe.

Alij contrarium ſentierunt, vt res tantum valeat, quantum vendi poſ-
9 ſit. l. ſi ſeruus la ſecunda ff. de condit. furt. l. 1. & ſeq. C. ſi pro publ. penſit. & ſic in indiuiduo, de conſanguineo, vel vicino volente iure prothomiſeos retrahere, quod teneatur ſoluere quantum vendens ab alio reperit, diffusè reſpondit Tiraq. de retr. conſang. §. 1. gloſ. 18. ex nu. 4. & ſequuntur Mexia de taxa panis columm. 7. num. 121. Idem in Emphiteota, volente prælationem rei emphiteoticæ alienandæ firmant Iaſon, & alij in l. fin. C. de iure emph. Eandem obſeruationem approbant Doct. cum Domino, & Colono volentibus
10 vendere fructus Couar. variar. reſol. lib. 2. cap. 3. Sic in Domino directo, prætendente prælationem in feudo, quod intendit feudatarius vendere, probat tex. in cap. 1. §. ſed etiam res. Per quos fiat inueſt. Ripa in l. qui Romæ § cohæredes ff. de verb. oblig.

Hanc contrarietatem, præuia diſtinctione conciliari poſſe cenſeo, ponderando eorum dicta in caſu ſuo, quod aut ſtatutum, ſeu lex cogit quemquam vendere debere in genere, prout tempore neceſſitatis fit de victualibus, & ſimilibus: Aut verò ſtatutum non cogit ad vendendum, ſed dat prælationem tantùm in re voluntariè vendita, vti in Vaſſallo volente vendere; nam Baro habet prælationem, vt ſupra diximus: Primò caſu procedit opinio illorum, qui dicunt, commune, & iuſtum pretium eſſe attendendum, & de hoc caſu DD. tractant, qui hanc opinionem ſequuntur, vt eſt videre apud Gratian. diſcept. cap. 149. Caualc. deciſ. 27. num. 63. Maſtril. dec. 18. Et tunc qualiter res debeat extimari, & quod dicatur iuſtum, & commune pretium vide Maſtril. deciſ. 280. Valaſc. conſul. 43. Molin. diſput. 201. Secundò caſu, quando eſt contemplata perſona, cuius intuitu volenti emere datur de iure prælatio, & tunc ſufficit illum habere prælationem tantum, & tenetur offerre, & ſoluere pretium ſingulare quantum ab alijs reperitur, vt Tiraq. & alij ſequaces firmauerunt, & ita diſtinguunt de Pont. conſ. 126. à num. 18. volum. 2. Gratian. vbi ſupra num. 29. Giurba deciſ. 86. num. 12. Cum qua diſtinctione tranſeundo Regia Audientia Hidruntina iudicauit contra Baronem Ruffani, qui locauerat Oliueta feudalia, cum pacto quod Affictatoribus volentibus oleum vendere, detur ipſi prælatio: Cumque pretium non ſtet in indiuiſibili, dúm

detur

Digitized by Google

11 detur, infimum, medium, & ſupremum, Molin. d. diſp. 201. & Valaſc. conſul. 43. nu. 12. & illo tempore diuerſimodè, decem, vndecim, & duodecim carolenis ſtare olei vendebatur, & Baro decē tantum, ſoluere intendebat, fuit prouiſum, vt Baro quantum ab alijs Affictatores reperiebant tantum ſoluere deberet, licèt non eſſet pretium cōmune. Et ſic etiam iudicauimus contra Marchionem Vallis, ſuper prælatione emptionis ſericorum, & quamuis aliqui Potentes de facto non obſeruent, in animæ iudicio tenentur, licèt Vaſſalli ex timore non ſe opponant aduerſus prætenſionem Domini.

Vlteriùs, antequam finem imponam huic quæſt. circa prælationem Baronū: quando ea detur, nota vt non ſolum ſit Vaſſallo ſoluendum pretium, quod ab
12 alijs inuenitur, ſed ſolui debet id in cōtanti, aliàs non cogitur quis rem tradere. glo. in l. 1. verbo neceſſitatem C. com. ſeru. manum. Fab. de Mont. de empt. & vend. q. 3. nu. 40. Valaſ. conſul. 22. Bertaz. de clauſ. glo. 1. clau. 38. in fine. At ſi poſt factam à Barone, aut Aerario oblationem, differatur ſolutio, An poſſit liberè, & ſine metu Vaſſallus
13 alijs vendere: Difficultas eſt in eo: quanto tempore debeat venditor expectare, & quando Baro dicatur in mora: Frecc. de ſubfeud. aut. 38. dicit Hebdomadam eſſe iuſtum tempus expectādi: Surd. conſ. 205. lib. 2. ait, poſſe vno die expectari, ſed ſi eſſent res venales, quæ tempore, & die mutari ſolent, ſi in foro exponantur, tunc infrà horas ſol-
14 ui debent, aliàs mora nocebit emptori, & ſic iuſto arbitrio Iudicis ſecundum facti accidentiam, erit iudicandum. Tiraq. de retractu: §. 1. glo. 9. nu. 114. cum ſeq.

Item in caſibus, in quibus de iure datur prælatio; an permittatur Baroni banna emittere, vt non liceat Vaſſallis
15 vendere, niſi data ei notitia, vel teneatur ipſe perquirere vendenda, & facta venditione, ſeu expoſita re venali, comparere, prælationem petēdo. Dic, quod ordo nè liceat vendere, niſi Baroni, eſt nullus, & iniuſtus, vt dixi hoc loco in præc. tract. nu. 154. & ſequitur Maſtril. de Magiſtr. lib. 4. cap. 18. ex nu. 37. quia libertas negotiationis libera eſſe debet.
16 l. libertas negotiationis ff. de iure patr. Aut bannum ſit ad habendam ſcientiam tantum venditionis faciendæ, & neq; iuſtum eſt, vt impediatur quis ad vendendum propter notitiam dandam & expectandum, an Baro emere velit, & pro quanto: ſed ſi notitia petatur, vt ſtatim de venditis Baro certioretur, ordo non erit alienus, ne fraudetur iure ſuo, ex traditis per de Franch. dec. 117. & tunc perfecta vēditione ex pre-
17 tij conuentione, poſſet peti prælatio, vt dixi ſuper hac pragm. nu. 156. & Muta poſtea viſus ſuper Pragm. Sic. tit. 69. nu. 6. ac Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4. cap. 18. nu. 36.

Limita prædicta, niſi Baro legitima Conſuetudine, vel præſcriptione, quæſierit ius prohibendi, ne Vaſſalli vendant, niſi ipſo requiſito, aut ne poſſint
18 victualia eorum alienare; quando Baro ſtat in actu vendendi ſua: Qui caſus accidit in facto: nam dum tale grauamen porrectum fuiſſet in Sac. Conſ. à Vaſſallis terræ Montis Militum, contra Principem dictæ terræ, defendebam Principem, ipſum eſſe in antiquiſſima conſuetudine faciendi talia proclamata, & licèt neq; Rex poſſit, vt dixi ſupra cap. 2. ſuper ijs quæ ſunt iuris gentium diſpenſare, tamen non intelligitur hoc, quando ſubditi tacitè, vel expreſsè cōſentiant, quia poſſunt perſonæ ſibi præ-
19 iudicare etiam ſuper libertate Iuris naturalis, adeò quod etiam poſſunt ſe vendere & ad ſeruitutem ſe ſubmittere, vt in §. 1. inſt. de capit. dimin. & ſic ſe obligare ad angarias, & perangarias, vt explicaui Pragm. 10. & ita in indiuiduo reſpondent Maſtril. de Magiſtr. cap. 14. lib. 4. & Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 13. nu. 258. & quamuis quæſtio eſſet ſuper poſſeſſorio, & ex parte Principis haberemus iuris reſiſtentiam, quæ impedit conſeruatorium. c. cum perſo-



Digitized by Google

næ de priuil. in 6. fuit tamen per Sac. Conſ.prouiſum, quod caperetur informatio, per quam conſtitit de antiqua allegata conſuetudine, contra quam Vaſſalli non ſolum non oppoſuerunt, ſed acquieuerunt, vndè fuit Baroni quæſita quaſi poſſeſſio, & ſic præſcriptio, vt explicaui in præc. tract.ex nu. 203.& ad comprobationem adducta etiam fuit conſuetudo conuicinij, quod alij Barones ſic ab antiquo obſeruauerunt, quod fuit magnæ conſiderationis, ad effugiendam ſingularitatem, & præſumptam tyrannidem, ſeù violentiam: nam obſeruantia Regionis ſatis con-
20 fert, & excuſat in omnibus. l. cum de latinis §. Aſinam ff. de fund. inſtr. Crauet. conſ. 258. Affl. dec. 248. Mantica de contr. amb. lib. 3. tit. 9. cum ſeq. ex quibus fuit conſeruatus Princeps in ſummario poſſeſſorio.

## ARGVMENTVM.

Baro an Vaſſallos cogere poſſit ad ſibi præſtandum donatiuum, ſeù ſtrenam ab antiquo ſolitam nouè explicatur. Præſtationes difformes, quando obligationem inducere poſſint, & an ſaltim ſuper minori ſumma dici valeant concordes.

## SVMMARIVM.

1 *Præſtationes, quæ habent originem ex liberalitate, non pariunt obligationem ad continuandum.*
2 *Quæ iure familiaritatis fiunt actionem non præſtant, nec ius poſſeſſiuum.*
3 *Longiſſima præſtatio arguit titulum.*
4 *Exactio præſupponit obligationem.*
5 *Confeſſio debiti parit actionem.*
6 *Releuium quam probationem faciat pro Barone.*
7 *Vniuerſitas donare non poteſt, ſolita tamen dare non prohibetur.*
8 *Donatiua ſolita præſtari Kalennis Ianuarij ſunt cognita de iure.*
9 *Tutori non denegatur donare Præceptoribus pupilli, & alijs tempore ſolito.*
10 *Strena quæ hodie nominatur, etiam iure antiquo erat in obſeruantia.*
11 *Strena quæ datur Baroni, in rationibus Syndicorum admittitur.*
12 *Præſtationes difformes non inducunt obligationem.*
13 *Præſcriptio immemorabilis non operatur in ſolutionibus indifferentibus.*
14 *Difformitas in varietate ſpecierum non parit obligationem, ſecus in diſparitate quantitatis.*
15 *In maiori ſumma ineſt minor.*
16 *Sententia data per plures Iudices diuerſa vota dantes ſuper quantitate, dicitur conformis in ſumma minori.*
17 *Teſtes ſuper extimatione rei diſcordantes in minori ſumma dicuntur conteſtes.*
18 *Regula quod in minori ſumma ineſt minor elucidatur.*
19 *Qualiter pars cotatiua accedat totali.*
20 *Intellectus ad l. diem proferre §. ſi plures ff. de arbitris datur.*
21 *In dubio quod minimum eſt ſequi debemus.*
22 *Quantitas operarum obſequialium, & artificialium, arbitrio Iudicis relicta eſt.*

## CAPVT IV.

LONGISSIMA conſuetudine, multas actiones Barones quærere poſſe contra Vaſſallos dixi in præced. Comment. huius Pragm. Indè ex diſpoſitione tex. l.cum de in rem verſo, ff. de vſur. & l. ſi certis annis C. de pact. concluſimus, vt ſi ſubditi aliquod annuum ſoliti eſſent præſtare, cogi poterint ad continuandum.

Quam concluſionem pluribus modis limitaui, & inter alia nu. 339. eam
1 reſtrinxi, non procedere, ſi præſtationes habe-

Digitized by Google

haberent originem ex pura liberalitate,& gratitudine Vaſſallorum:nam hoc caſu,quia non præcedit obligatio, neq; naſci potuit actio, & vbi ceſſat conſenſus,deficit ius agendi, Bart.in l.ſolet §. non vero ff. de officio Proconſ. Corn. conſ.296. Sed dùm in facto eſſet controuerſia in Sacro Conſ. ſuper hoc articulo,& elaboraſſem,volui notare hic, quæ occurrerunt, vti noua, & vtilia, Vniuerſitas Montis militum, propoſuit multa capita grauaminum contra Principē dictæ Terræ, & præcipuè quod eā aſtringebat ſingulis annis in Kalendis Ianuarij, ad dandam ei certam quantitatem pecuniæ, quam licèt Vniuerſitas præſtauerat ex voluntate,nunc non intendebat ex debito, eam continuare, & Aduocatus dictæ Vniuerſitatis, pro auctoritate allegabat, quæ ego adduxeram, ad fundandum de iure, quòd non erant obligati Vaſſalli præſtare in futurum id quod præterito tēpore ex deuota animi liberalitate Baroni dederant, l.qui iure familiaritatis
2 ff.de acqu. poſſeſſ. Auend. poſteà viſus tract. de exeq. mand. Regum parte ſecunda cap.4.ex num.17.& alios adductos loco citato,Ego qui tuebar partes Principis,vti ſuus Aduocatus,& improperabar, quòd contra mea ſcripta cauſam defendebam: facta conſideratione,replicaueram, negando quod initiū prætenſæ ſolutionis habebat ortum à liberalitate Vaſſallorum, cum hoc non conſtabat in facto; ſed dato & non conceſſo, vt origo traheretur ex donatiuo ſtrenæ,quod eo tempore ſolitum eſt dari, & ſic præſumptiuè dabatur fumus iſtius præſtationis, dicebam, ſtantibus præteritis ſolutionibus longiſſimo tempore factis, & continuatis, alijs coniecturis adiunctis, vt dicemus, colligi, vt dantes habuerint animum
3 in futurum etiam ſoluendi, & propterè concepta fuerat obligatio, & nata actio, & exindè præſcriptio, & voluntarium fuit conuerſum in neceſſarium, vt ait gloſ. in d. l. cum de in rem verſo verbo, (longo)& Bart.in citata l.ſi certis annis: nam licèt tempus nō ſit modus inducendæ obligationis. l. obligationum ferè §.pen.ff.de act. & obligat. tamen longo tempore interçedente, alijsq; concurrentibus, ius præſumit titulum,Ozzaſch. dec. 99. Gratian.diſcept. forenſ.210. Conſtare enim fecit Princeps,ſolutionem non vltrò, & ſpontè fuiſſe ab Vniuerſitate factam, ſed à
4 ſuis Aerarijs,quotannis exactam, apocas de recepto faciendo, vndè exactio, cum de iure præſupponat debitum, vt bene Iaſon in d.l. ſi certis annis, ergò eſt dicendum non voluntariam fuiſſe præſtationem, ſed ex obligatione.

Vlteriùs adducebatur copia relationis factæ ab Vniuerſitate Commiſſario deputationis Regni, ſuper ipſius ſtatu, in qua apparebat ipſam Vniuerſitatem inter ſuos exitus poſuiſſe,illam debere ſoluere ſingulis annis,in principio Kalendarum tantam quantitatem, &
5 proindè apparebat confeſſio debiti, quæ obligationem deſignat, vt probat tex.in l.publia §.1.ff.depoſ.& ibi Doct.

Inſuper Barones prædeceſſores in releuijs, inter fructus feudales poſuerūt talem introitū,& relatio releuij, iunctis alijs in antiquis probat. Anna ſing.
6 557.& in ſua Repet. conſt. Diuæ memoriæ n.12.Viuius dec. 225.in reſpōſ. ſeq nu.15. Et ſic ex tantis præſcriptionibus, probata antiquiſſima conſuetudine, ex librismet rationū Syndicorū, in quibus apparet talis continuata ſolutio, licitè iure dicebam debere conſeruari Principem in ſua poſſeſſione exigendi, proùt reſpondit Franch.dec. 56.nu.17. & dec. 172. in fine, dicens, multas Vaſſallorum gratitudines, longiſſimo temporis curriculo fuiſſe conuerſas in perpetuam obligationem.

Nec obſtare reſpondebam, oppoſitionem, quæ ex aduerſo fiebat, quòd ius reſiſtebat, vt Vniuerſitates & Vaſ-
7 ſalli non poſſint obligari ad aliquod onus, ſi non præcedat legitimus titulus,vel præſcriptio centenaria,l.1.C.vt liber homo. lib.11. & ita multotiès nos firmauimus, maximè ſuper hac Pragm. nu.229.

Digitized by Google

nu.229. in præced. tract. & vniuerſitas non poteſt donare, cum ius cōmune, & Regię Pragm. reſiſtant; Dicebam enim, procedere quæ ex aduerſo allegabantur, quando aliqua præſumptio metus, vel violentiæ poſſet dari, & quando ius ex diametro refragatur, vt dicemus in ſequentibus, ſed in hoc caſu, etiam ſi vera foret prætenſio partis, vt initium haberet talis ſolutio ex gratitudine,
8 quæ ex conſuetudine totius Regni ſolet ab inferioribus, ſuperioribus, iſta die ſollemni, principij cuiuslibet anni fieri, in offerendo aliqua donatiua. Hæc inquam conſuetudo honorifica, non eſt à iure improbata, tex. eſt ſingularis in l. cū p artis. §. tutor. ff. de admin. tutorum
9 vbi probatur, quod ſolita donari, tutor legitimè præſtare poterit, & quod die primo Ianuarij, ab antico ſolitum fuerunt donatiua ſuperioribus dari, quæ ſtrenam nos vocamus, & ità appellat gloſ. in l. laudabile C. de aduoc. diuerſ. Iudic. vbi tex. probat noſtram intentio-
10 nem, dùm prohibet poſſe munera à Iudicibus recipi, & gloſ. limitat, niſi in Kalendis Ianuarij, vnde inferebam, ius non reſiſtere ob hanc causā, & iſta die poſſe dari; Hinc videmus in rationibus cuiusq; Vniuerſitatis Syndicis, in eorum rationibus admitti, Thorus ſecundo tomo verbo Vniuerſitas, & ſic ſtante longiſſima præſtatione, poſſe Baronem cogere ad continuandum fundabam, & eſt tex. in cap. ad Apoſto-
11 licam, de ſimon. vndè ſumitur, ex conſuetudine dandi, oriri actionem ad obſeruandum, & continuandum ſic Det. conſ. 211. Caſtrenſ. conſ. 363. & in dubio conſeruatorium eſt concedendum, nam pro annuis etiam præſtationibus datur de iure poſſeſſorium, Bald. conſ. 425. vol. 1. & bene Ozzaſch. deciſ. 99. num. 47.

Aduocatus ex aduerſo ſentiens oppoſitionis reſolutionem, confugit ad alium iuris articulum: dicens, poſſe ſuſtineri noſtram reſponſionem, ſi præſtationes fuiſſent factæ vniformes, & non difformes, contraq; conſtabat tàm ex
12 libris Syndicorum, quam Aerariorum Principis, diuerſimodè fuiſſe factam dictam ſolutionē, ergò ex cōmuni opinione Doctorum ſequitur concluſio, quod ex actibus difformibus non poteſt naſci obligatio, neq; actio, & etiam immemorabilis præſcriptio non ſuffragatur, Crauet. conſ. 213. Maſcard. de probat.
13 concluſ. 1119. & 1371. Menoch. de præſumpt. lib. 3. cap. 131. & probat tex. notabilis in l. Seio §. medico ff. de annuis legat. & in terminis ità ſentit Auend. cap. 4. lib. 2. num. 16. cum ſeq. quod ſi difformitèr aliquod annuum fuerit Baroni ſolutum, præſumi non poterit, hoc proceſſiſſe ex obligatione, & Bammac. tit. ſi de feudo defūcti cap. ſi quis per triginta à nu. 33. quia non præſumitur dantē habere animum ſe obligandi, nec recipiens indeterminatè habet intentionem fundatam poſſeſſionis, vel quaſi, & ſine poſſeſſione non quæri poteſt præſcriptio, cap. ſine poſſeſſione de regul. iur. in 6.

Hæc ęquidem alia oppoſitio multū vrgebat, & de ea magnum caſum faciebant pars aduerſa, ac Commiſſarius cauſæ Conſiliarius D. Felix de Ianuario, replicaui, prædictam Concluſionem veram eſſe, & procedere, quando diffor-
14 mitas eſſet in varietate, & diuerſitate ſpecierum, quæ fuiſſet præſtita quotannis, tunc enim poſſeſſio, neq; obligatio & præſcriptio fundari iure poterit, & ſic loquuntur, & intelligi debent Doct. ex aduerſo allegati, ſed in caſu noſtro, ſolutiones continuò fuerunt factæ in ſpecie pecuniarum ducatorum viginti, triginta plùs, & minùs, & ſic difformitas non erat in ſpecie, ſed in numero: & regula ſtat, quod plùs, & minùs non variat ſpeciē, Doct. in l. vinum ff. ſi certum pet. Et licèt incertitudo ſummę, videbatur obſtare, & quod ſuper incerto non dabatur poſſeſſio, reſpondebam, Quando variata eſt quantitas, quæritur actio, & ius ſuper ipſa quanti-
15 tate, ſaltem ſuper minori, in qua adeſt certitudo, & in maiori dicitur ſemper ineſſe minorem l. 1. §. ſiquis ſimpliciter ff. de

ff. de verb. obligat. vnde diuerſitas ſũmæ non tollit, quin non naſcatur ſuper ea ſpetie obligatio arbitranda per Iudicem, in eo quod eſt minùs, vel Iudicis arbitrio, tex. eſt in cap. ex parte de cenſib. vbi eſt caſus, quod quidã erat ſolitus Canonem in diuerſis menſuris ſoluere, & denegando continuationem, quia præſtatio non fuerat vniformis: decidit tex. vt in minori ſumma ſatisfiat, idem probat tex. in l. diem proferre §. plures ff. de recept. arbitr.
16 Vbi ſententia lata per Iudices, ſeu votum latum ſuper diuerſis ſummis, ſuſtinetur ſuper quãtitate minori, ita quod Actor poterit petere executionem ſententiæ ſuper quantitate certa; nam in ea omnes Iudices videntur concurriſſe, Affl. dec. 362. Theſſ. dec. 1. num. 10. Eademq; iuris diſpoſitio fuit recepta in teſtibus, deponentibus ſuper ęſtimatione alicuius rei, nam ſi vnus dicat eã
17 valere decem, alter duodecim, & alius quindecim, omnes dicuntur concordes, & conteſtes ſuper decem, & ſingulares in alijs ſummis, Capp. Tholoſ. dec. 208 Carau. ritu 33. Vrſil. deciſ. 240. nu. 11. Garſia tract. expenſ. cap. 24. nu. 15. & ita in terminis reſpondet Cancer. var. reſol. cap. 1. nu. 24. lib. 3. quod Vaſſalli tenentur ad præſtationem annuam quantitatis in minori parte, licèt difformitèr ſoluta fuiſſet, nam ſuper ea nata fuerat obligatio, & actio, Doct. in l. in eo quod eſt plùs ff. de regul. iur. Et ſic obtinui in ſummario poſſeſſorio, vt citram præiuditium ſolutio fieret, prout tribus annis præcedentibus facta erat, & dum fuiſſet reclamatum non vidi deciſionem, dum iuſſu Proregis Ducis Aluæ compulſus me contulerim ad Regiã Audientiam Hidruntinam.

Sed aduersùs hanc replicationem, ego anceps eram, & dubitabam, ne cauſæ Patronus ex aduerſo reſpondiſſet, id quod à modernis Doct. videram conſideratum, contra noſtram reſpõſionem; Dicunt enim, quod & ſi vera ſit regu-
18 la, in maiori quantitate ineſſe minorẽ, quod tamen non valeat conſequentia, vt qui ſoluerit quantitatem maiorem cenſeatur approbare minorem; Nam qui ſoluit, aut habet animum ſe obligandi; aut non, dum indeterminatè præſtat, præſumitur non habere intentionem conſtituendi ius cui dat, neque recipiens inferre poteſt, conſecutum fuiſſe obligationem, dùm ſine proteſtatione patienter diuerſas ſummas receperit, argum. l. 3. ff. de acqu. poſſeſ. & ſic Caſanat. conſ. 4. qui reſpondit argumẽto, vt in maiori ſumma inſit minor, vt vera ſit hæc regula, quod vna accedat aliæ, tanquam pars quotatiua; exemplũ, ſi quis petat viginti, in hoc numero includuntur decem, ſed is non dicetur ſeparatè petere decem, quia alia eſt ſumma decem, alia viginti, ideò qui recipit minùs, non propterea ei denegabitur petere reſiduum, nam conſenſit in minori ſumma, quatenùs accedit ad complimentum totius, vt Cagnol. in
19 l. in eo minùs ff. de regul. iur. Ripa in d. l. 1. §. ſi quis ff. de verb. oblig. & eſt gloſ. inſignis in l. 1. ff. de ſeruit. vrban. præd. verbo (iter) tex. diſponit, vt qui habet actum, dicatur habere iter, gloſ. declarat, quoàd cõmoditatem, quia ſeruitus actus abſorbet illam itineris, ità quod ſi deficeret cauſa habendi actionem, actus ceſſaret, etiam illa itineris, quia non dicuntur eſſe ſimùl duæ ſeruitutes, ita quod adẽpta vna, alia remaneret, & ſic ad propoſitũ noſtrũ, poſſet dici, quod qui nõ habet fundamentũ de per ſe, ſuper parte quotatiua, neq; ſuper tota, nec videtur refragari tex. in cap. ex parte, quia tex. præſupponit obligationem, ſed differentia erat in modo menſurę, & in dubio quia quod minùs eſt, à iure attenditur, l. sẽper in obſcuris ff. de regul. iuris, ideò nil facit diſpoſitio dicti Capitul. quia in hac cauſa negatur adeſſe obligationem dandi, ſic Gomeſ. in §. ex maleficijs nu. 53. inſt. de action.

Minuſque videtur officere l. diẽ pro
20 ferre §. ſi plures ff. de arbitr. nam eadem ſolutione diluitur, quia ibi ſupponitur debitum in genere, licèt differentia ſit in quantitate, & idem in teſtibus deponen-

Digitized by Google

deponentibus diuerſimodè ſuper eſti-
matione, vt Garzia tract.expenſ. cap.
fin.nu.8. Affl.dec.362. & ita in indiui-
duo tenuit Fontanel. de pactis nupt.
clauſ.4 gloſ.18.ex nu.168.part.1.

Ego autem conſiderata vtraq; opi-
nione, ſententiam Cancer. eſſe æquio-
rem puto, vt ſtante longiſſima præſta-
tione, licèt difformiter facta, Iudicis ar-
bitrio ſit relinquenda taxa, vt minùs
21 noceat, ſequendo iuris regulã, vt quod
minimum ſit debeamus attendere, &
eſt bonus tex. in l. pen. ff. de operis
libert. qui iuſto iudicio Iudicis reliquit
modum taxandi præſtationem operarũ
tam obſequialium, quam artificialium
22 debitarum à libero patrono, ſed non
per quantitatem difformem data lon-
giſſima præſcriptione, concurrentibuſ-
que alijs coniecturis obligandi, non de-
beat ſoluens condemnari ad continuã-
dum, ſi alia in contrarium nõ reſiſtant.

## ARGVMENTVM.

Edicta, Banna, aut mandata facta ad inſtantiam Baronum, an & quando ex vnico actu, vel reiteratis, ipſis quærant quaſi poſſeſſionem, & præſcriptionem contra Vaſſallos: Priuilegia conceſſa Vniuerſitatibus, an amittantur per non vſum vel contrarium vſum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Quaſi poſſeſſio acquiritur in iuribus incorporalibus ex vnico actu.*
2 *Banna, & edicta Baronum, aduerſus Vaſſallos, data patientia præiudicãt.*
3 *Bannum factũ, non nocet, ſi Vaſſalli contrarium fecerint contra diſpoſitionem tyranni.*
4 *Proteſtatio quando releuet, ſi actus ſubſecuti ſint contrarij.*
5 *Proteſtatio non notificata parti aduerſæ non ſuffragatur.*
6 *Murmuratio populi interrumpit præſcriptionem Baronis.*
7 *Probibitiones particularibus ſubditis facta an noceant vniuerſis.*
8 *Actus qui præiudicant ſingulis vt ſingulis non nocent Vniuerſitati.*
9 *Ius paſcendi competit ſingulis vt ſingulis.*
10 *Priuilegium ſi erit conceſſum Vniuerſitati, an poſſit præiudicari illi, per factum contrarium ciuium.*
11 *Prædeceſſores an poſſint præiudicare ſucceſſoribus.*
12 *Priuilegia quando cenſeantur conceſſa Vniuerſitati, vel ciuibus.*
13 *Banna ſuper actu affirmatiuo, ſecuta patientia præiudicant.*
14 *Banna ſuper actu negatiuo, etiam data patientia, non nocent.*
15 *Quaſi poſſeſſio tunc quæritur, quando ſuccedit caſus vtendi, & quis non vtitur ſua facultate.*
16 *Negatiua probibitio, non veſtita facto, non releuat ad acquirẽdam quaſi poſſeſſionem, & aliquod ius.*

## CAPVT V.

EX vnico actu in
iuribus incorpo-
1 ralibus, & ſerui-
tutibus acquirẽ-
dis data patien-
tia ex aduerſo,
acquiri poſſeſſio-
nem recepta eſt
opinio, Anna allegat.131.& ſing. 96.
ac 584.Franch.dec.548.Vrſil.dec.67.
& proindè in præced. tract. hoc loco
fundaui, quòd ſi Baro prohibuerit, ne
Vaſſalli accedant ad alia Molendina,
Tapeta, Furnos, Battinderios, niſi ad
ſua, aut ne vendant Victualia, Anima-
lia, niſi eo requiſito, vel faciat alia ſi-
milia edicta, Banna, mandata, contra
ſubditorum libertatem: ſi iſtis prohi-
bitionibus ſequatur tacitus conſenſus
2 populi, non oppugnando, ſed patiendo,
tunc quæritur quaſi poſſeſſionis initiũ
Baroni, & exindè præſcriptio, Affl in
dec.67.& 388. Menoch.tract.retinen-
dæ

dæ poſſeſſ. rem. 5. Molina tract. de Iuſt. & Iure quæſt. 14. & benè Caualc. tract. de vſufru. quæſt. 12. Hanc tamen concluſionem ſic generaliter fundatam declarabo, cum ſit materia quotidiè practicata, & ſingularis.

Aduertẽdũ ergo primò eſt, quòd dicta propoſitio, vt patientia ſecuta, incipiat quaſi poſſeſſio, ex Doct. in l. 1. cum ſeq. C. de ſeruit. & aqua, procedit ſi Baro in facto poſuerit in executionem id quod p proclamata præceperit, & Vaſſallos cõtradicentes cogerit, renitẽtes
3 carcerauerit, pœnas contrauentionis exegerit, aliàs ſi proclamata ſteterint ĩ puris terminis, non veſtitis facto, nil releuabunt Baroni, eò magis ſi ſubditi, illis non obſtãtibus, ſe conſeruauerint in eorum libertate faciendi actus contrarios Bãnis, tũc ex ſola emanatione Bãnorũ, quanquam Vaſſalli verbis nõ cõ-
4 tradixerint, aut fuerint proteſtati, vel petierint reuocationem apud ſuperiores, Baro non poterit fundare quaſi poſſeſſionem, Guid. Pap. dec. 631. Theſ. dec. 16. num. 6. Affl. dec. 265. num 10. Ozzaſch. deciſ. 176. Dom. Regens Valenz. conſ. 22. nu. 59. ſi vero Vaſsalli fuerint proteſtati, & ſe oppoſuerint: Proclamata reſoluentur, vt dixi prag. 14. num. 32. Sublimitatur, ſi poſt oppoſitionem verbalem, in facto ſecuta fuerit patiẽtia, & ſubditi acquieuerint, nam proteſtatio contraria facto nil releuat, & proinde tũc Bãna reuiuiſcũt,
5 & quaſi poſſeſſio, & præſcriptio procederet, quia non fuit interuerſa, Molina de Iuſt. & iure queſt. 14. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 17. num. 54. nam licet extraiudicialis oppoſitio, etiam parte ignorante ſit conſiderationis, Roland. à Valle conſ. 22. num. 24. vol. 2. Capyc. dec. 209 num. 26. Dom. Rouit prag. 1. in fine tit. de iuriſd. non turb. tamen ea habet locum, ſi prohibens deſiſtat, ſed ſi vltra procederet, defendendo banna emanata, tunc Vaſſalli tenentur adire Iudices ſuperiores, & iudicialiter ſe opponere, aliàs nuda proteſtatio præcedens non releuaret, Boer. dec. 319. Fabr. deffin. 1. & 10. C. de ſeruit. & aqua, & hanc ſublimitationem tene cordi, quia non aduertunt Doct. omnes ſuper iſta intelligentia. Poſſet defendi, & excuſari ſola proteſtatio, ſi magna eſſet potentia Baronis concomitata cum ſæuitia, & ſubiecti eſſent humiles: nam probata iſta cauſa reuerentialis metus, cum periculis, releuaret proteſtatio extraiudicialis, quia actus præſumptiuè, violenti non præſtant actionem, nec poſſeſſionem, Crauett. conſ. 86. num. 3. Affl. dec. 388. num. 9. Fontanell. loco citato nu. 56. Natta conſ. 118.

Vlterius nota, quod dictæ prohibitiones vt præiudicent vniuerſis oportet, vt ſint generales contra omnes, nam ſi fierent aliquibus vaſſallis, licèt illi conſentiant tacitè, vel expreſsè, vti ſi fiat alicui volenti ædificare furnum, battinderios, tapetum, & ſimilia, talis, in quam prohibitio non nocebit alijs Ciuibus, quia factũ aliorum, non nocet communitati, Bald. l. item capilli ff. de rerum diuiſ. Boer. dec. 12. ex vulgata regula. Quod alteri, per alterum iniqua non affertur conditio l. non debet ff de regul. iuris, limitatur hæc concluſio, niſi iſti actus eſſent plures, & multiplices, ita quod venerint ad notitiam totius populi, & acquieuerint, ita quod libertas ciuium detrimentũ pateretur, tũc tales, & tantæ prohibitiones, diuerſis ſubditis factę præiudicarent vniuerſis, Brun. cõſ. 13. Menoch. de præſump. lib. 4. cap. 111. Theſ. dec. 16. n. 7. Garſia de expenſ. cap. 9. num. 39. cum ſeq. & benè Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 13 nu. 100. ad quos recurre, ad ſciendum quæ requirantur, vt actus noceãt Vniuerſitati, verũ ſi actus ij ſint, quòd non poſſit inferri conſequentia, vt præiudicent Cõmunitati, ſed illis tãtùm quibus prohibitiones à Barone fiunt tũc ad eos pertinet defenſio, ipſorumq; eſt totum præiudicium, Felin. cap. cum accẽſiſſent nu. 30. de cõſt. Gail. pract. obſeru. cap. 60. num. 14. lib. 2. Non ommittam aduertere, quod ſi prohibitiones

tiones eſſent multæ, vt dixi, qui actus poſſunt inducere conſuetudinem ſtãte ſcientia totius populi, tũc vt ſupra notaui, poſſunt illi præiudicare vniuerſis, limita hoc axioma, niſi id quod probi-
9 beretur à Barone, pertineret ſingulis vt ſingulis, & non vt vniuerſis, vt eſt ius paſcendi, hoc caſu maior pars non poteſt tacitè, nec expreſsè nocere alijs. Adeò quod vnus ſolus habebit facultatẽ impugnandi, arg. l. per fundum ff. de ſeruit. ruſt. præd. & eſt ſingularis reſtrictio, & bis in Sacro Conſ. obtinui, tam pro Vniuerſitate Campanæ, cõtra Baronem, quam pro Vniuerſitate Sãcti Blaſij, cum Rectore Sanctæ Eufemiæ, Prouintiæ Calabriæ; prohibuerãt enim ciues qui habebant ius paſcendi in territorio, intercipiebant animalia, exigebant à multis fidam, & cauſa introducta in S. Conſ. vbi Vniuerſitates petebant conſeruari in poſſeſſione, Barones allegabant ipſos eſſe in poſſeſſione, præſentando ſcripturas dictarum interceptionum, & conſenſum Ciuium replicabam ego, qui partes Vniuerſitatis tuebar, quod illi non potuerunt præiudicare vniuerſis, & factum ciuium in paſcuis non nocet ſingulis. Cumque; hunc articulum explicabo infra cap. 73. non immorabor ampliùs in hoc, ſolùm breuiter ex prædictis, defendi aliam cauſam ſuper priuilegio cuidam Vniuerſitati conceſſo à Principe, & eius ciuibus an ex facto contrario, & actibus aduerſatiuis, geſtis à ciuibus, priuilegium potuit amitti, et maior pars ciuium potuit præiudicare omnibus, et dicebam, quod ciues videbantur omnes vocati, vnde quilibet de per ſe, repreſentat ſuã
10 perſonam, et ſucceſſores, et naſcituri, quiſque venit iure proprio, vnde præ deceſſores non poſſunt nocere ſucceſſoribus, prout dicunt Doct. in materia fideicommiſſi, vel maioratus, quod nõ poſſunt maiores præiudicare vocatis, Molin. dę primogen. l. 4. c. 8. Ita quod neque immemorabilis pręſcriptio iuuat, quia quilibet inſurgit de per ſe, & præſcriptio facta cum prædeceſſoribus non nocet alijs, Cancer. lib. 3. cap. 3. nu. 21. Pereg. conſ. 28. Garſia de Nobili gloſ. 12. num. 80. Enimuerò eſt intuẽdum ad verba priuilegij, ne decipiaris, quando priuilegium dicatur conceſſum Vniuerſitati, ac ciuibus, & ſucceſ-
11 ſoribus, vti ſingulis, vel ſit contemplata tantum vniuerſitas, nam in primo caſu adaptãtur quę ſupra dixi, vt factum quamuis maioris partis, non noceat alijs, neque ſucceſſoribus, ſecundo caſu, ſi cõceſſum reſpiciat ſolum cõmodũ cõmunitatis, & nõ ſingulorũ vt ſingulorũ, tunc negligẽtia, vel actus cõtrarij nocerent publico, vt dixi ſupra num. 7. & Guid. Pap. dec. 279. Vrſill. dec. 67. Auil. cap. prætorum 19. Gloſ. Priuilegios, Cancer. lib. 3. cap. 13. ex nu. 377. Auend. de exeq. mand. Regum c. 4. n. 3.

Poſtremò, vt finem imponam articulo, quem in principio aggreſſi fuimus
13 concludendo dictam materiam, quando Banna, proclamata, & prohibitiones Baronum noceant ſubditis, dic, quod aut fiunt ſuper actu, & facto affirmatiuo, vel negatiuo. Diuerſimodè enim ius ſtatuit ĩ vno, quã in alio, & ideò ad ſciendũ, quãdo quæri poſſit quaſi poſſeſſio à Barone, eſt menti tenenda talis
14 diſtinctio, primo caſu ſi fiat ordo, vel Bannum, vt quid fiat, vti quod omnes vadant ad ſuum molendinũ, tapetum, & ſimilia, vel ei præſtent decimas, vel quid faciant in omnibus actibus affirmatiuis, tunc patientia, conſenſus, & paritio, dant ius poſſidendi, & præſcribendi, vt ſupra explicaui.

Secundo caſu, ſi prohibitio erit negatiua, vti ne quis venetur in tali loco, vel piſcationem faciat, ne vendat, nę accedat ad paſcendum, lignandum in parte deſignata, & poſſunt infinita exẽpla adduc, hoc caſu, iſta proclamata, eniſta, non præſtant ius, & quaſi poſſeſſionem Baroni, etiam ſi Vaſalli ſe abſtinerent, & non accederent ad lignandum, paſcendum, venandum, aut piſcãdum, Quia poſſent dicere, tũc eſſe in eorum voluntate, & facultate, velle, & nolle

nolle vti, vnde interim non oritur ius, neq. obligatio, aut poſſeſſio, & ſic ſola prohibitio non veſtita facto, in incorporalibus, non præſtat aliquam facultatem, licèt Baro liberè vſus fuerit ijs, ſuper quibus prohibitiones fecerit, Roland. conſ. 53. nu. 24. vol. 2. Couarr. de præſcript. par. 2. cap. 1. nu. 6. Gail. pract. obſeruat. cap. 69. num. 4 par. 2. Gome. variar. reſolut. tom. 2. cap. 10. num. 28. limitatur, ſi euenerit caſus, & tempus facultatis, & occaſio, & illi noluerint vti, tùnc acquirerent contrarij ius poſſeſſiuum, vt præfati Doctores dicunt.

Ex quibus omnibus remanet explicata iſta dubia, & obſcura materia.

## ARGVMENTVM.

Ambigua illa concluſio, quod ea quæ facultatis ſunt, non præſcribuntur, exactè declaratur, & ſic qualiter hoc facultatis nomen intelligatur.

Baro an non vtendo, & non petendo ea quæ ei à vaſſallis de iure, vel conſuetudine debentur, dato longi temporis curſu ea amictat, vel tueri poſſit id in ſua facultate fuiſſe.

Libertatis ius vt acquiratur, an concurrere debeat eadem requiſita, proùt in acquirenda ſeruitute.

## SVMMARIVM.

1 *Actus voluntarij, & liberi non inducunt poſſeſſionem, neque præſcriptionem.*

2 *Facultas ea dicitur ſecundum verum ſenſum, vbi ius non accedit, ſed adeſt merum factum.*

3 *Factum voluntarium, & liberum non dat cuiquam actionem.*

4 *Facultas tùnc dicitur impræſcriptibilis, quando adeſt fauor publicus.*

5 *Factum nudum fundatum ſuper diuturnitate, dicitur mera facultatis.*

6 *Præſcriptio fundari non poteſt, ſi non accedat actus ex parte volentis acquirere poſſeſſionem, vel quaſi, ex qua oritur præſcriptio.*

7 *Quaſi poſſeſſio incipit ex probibitione vnius actus cum patientia.*

8 *Aqua quæ longo tempore fluit ad locum vicini inferioris, poteſt diuerti pro Domini comoditate.*

9 *Aqua diuerti non poteſt, quando vicinus ſe oppoſuit, & Dominus aquæ paſſus fuit.*

10 *Præſcriptio non datur pro locatione continuanda.*

11 *Baro qui per longum tempus annuas præſtationes non petijt, poſteà petere non poteſt.*

12 *Libertatis fauore facilius perditur ſeruitus, quam acquiritur.*

13 *Libertas vt acquiratur ſufficit non vſus triginta annorum.*

14 *Detentio iuris alieni eſt poſſeſſio.*

15 *Libertas vt acquiratur non requiritur ſcientia, & patientia.*

16 *Non vſus ſufficit pro libertate acquirenda, ſeù recuperanda.*

17 *Libertas an acquiratur ex vſu in actionibus reſpicientibus res, vel perſonas.*

18 *Præſtatio annua dependens ex vltima voluntate non præſcribitur, niſi tempore immemorabili, & quæ ſit ratio diuerſitatis in alijs.*

19 *Annuus redditus in contractibus præſcribitur vnico tempore.*

20 *Præſcriptio aduerſus priuilegium non habens cauſam continuam, vel certam incipit quando caſus euenit, & Dominus non vtitur.*

21 *Quæ ſunt facultatis nullo tempore præſcribuntur.*

22 *Præſcriptio immemorabilis habet vim tituli, & priuilegij, etiam in ijs, quibus ius reſiſtit.*

23 *Præſcriptio immemorabilis ſola non ſufficit in ijs, quæ mera facultatis*

C ſunt,

*ſunt, ſed alijs præſumptionibus concurrentibus eſt ſufficiens.*

24 *Antiquitas temporis qualiter omnia præſumat.*

25 *Poſſidens Eccleſiaſtica etiam ſi laicus, cui ius reſiſtit, ex immemorabili tueri poteſt, quia ex tanto tempore Aſſenſus Pontificius præſumitur.*

## CAPVT VI.

CONFERT ad præcedens capitulum declarare illam ambiguam concluſionem, quam remiſſiuè, & incidenter tetigi in præced. tract. quod actus qui fiunt Iure facultatis, non dant poſſeſſionem, neq; præſcriptionem, & proindè exempla poni poſſunt, vt ſi vaſſalli ſoliti ſint ire ad molendina, tapeta, & battinderia Baronis, vel ad fidandum ſua animalia, in eius nemoribus, & defenſis, non per hæc dici poteſt acquiſiuiſſe Baronem ius prohibendi, quod vaſſalli ſi aliò accedere velint, non poſſint, vel prohibeantur poſſe conſtruere furnos, & ſimilia: Iſti enim actus, quia ſunt voluntarij, & liberi, non inducunt obligationem, neque tribuunt poſſeſſionem,
1 ex deducta regula, quod ea, quæ ſunt facultatis, nullo tempore præſcribuntur, l. viam publicam ff. de via public. Gabr.Rom.concluſ.10. tit.de præſcrip. Cumque tale axioma (quæ dicantur Iure facultatis) ſit adeò confusè à Doct. poſitum, & diuerſimodè declaratum, ideò veritatem huius articuli ſic quotidiani, & neceſſarij indagare putaui. Et primò eſt ſciendum, hoc nomen facultatis, à nullo Iuriſconſulto eſſe cognitum, aut nominatum ad hoc propoſitum, ſed Doct. aliqui, hoc ſignificato vti fuere, & reliqui concurrentunt, diuerſas, diuerſi afferentes diffinitiones, & deriuationes, vt quiſquam certè diſcernere verum non poſſet, Quæ dicuntur, iure facultatis, Bart.enim in l.1.ff.de condit.ex lege nu.4.inquit, facultatem eam dici, vbi
2 ius non accedit, ſed adeſt merum factum, veluti, Accedit quis ad furnum, vel tapetum tuum, iſta acceſſio eſt merum factum, quod nullo iure dat obligationem, ergò eſt mera facultas, Gabr.autem loco citato, Crauett.de antiqu.tempor.par.4.§.circa præmiſſa. Menoch.de arbit. Iudic.caſ.44.reſpondent, ſemper quod quis ex facto voluntario, & libero non poſſit ad iudicium
3 vocari, & de iure cogi, ea quæ agit, dicuntur eſſe ſuæ facultatis, Couarr. autem variar. reſolut. lib. 1. cap. 9. cum ſequacibus valdè differt, ex quo ait, tùnc facultatem dici impræſcriptibilem, quando ineſt fauor publicus, quæ ſententia deſtrueret omnia exem-
4 pla, & quæſtiones inter priuatos à Doctoribus poſitas, vnde talis opinio communiter improbatur, & alij alia ſomniauerunt: Nouiſſimi autem adducunt pro cognitione, fundamentum ſequens, Quod factum nudum funda-
5 tum ſolum ſuper tempore, dicitur eſſe meræ facultatis, cumque tempus non ſit modus inducendæ obligationis, l. obligationum ferè §. placet ff. de act. & oblig. ergò facultas non veſtita
6 alijs adminiculis, cùm non pariat obligationem, neque poſſeſſionem, neque præſcriptionem inducit. Oportet igitur, vt accedat actus ex parte volentis acquirere, vt incipiat poſſeſſio, vel quaſi, aliàs ſine ea, de iure non poteſt fundari præſcriptio, cap. ſine poſſeſſione de regul. iur. in ſexto. Factum ergò poſſeſſiuum
7 datur, quando vaſſalli volentes vti ſua libertate, & facultate prohibiti eſſent, & paterentur, nàm iſto caſu ex parte acquirentis fit actus demonſtratiuus, iuris quærendi, & patiens concedit ius acquirendi, concurrente igitur prohibitione vnius, & patiētia alterius, incipit quaſi poſſeſſio, l.1.& 2. C.de ſeru.

Digitized by Google

ſeru.& aqu.vbi Doct. & Viu. dec.411. dat exemplum,de aqua naſcēte in ſuo, quæ fluit longiſſimo tempore ad locū vicini inferioris, ſi Dominus aquæ voluerit diuertere aquam, pro ſui cōmo-
8 ditate vndè vicinus priuetur aquę vtilitate, decidit non poſſe iurè conquęri quia fuit in Domini facultate, eam facere flui per illum locum, & propterea vicinus nunquam ius ſeruitutis quæſiuit,niſi Dominus ille diuertiſſet, & ille
9 vicinus ſe oppoſuiſſet, & Dominus acquieuiſſet,quia tunc inciperet præiudicium ſuperioris prædij aquam dominantis, & quæſitum eſſet ius inferiori, Vaſq. controu.illuſ. cap.4. lib. 1.Guid. Pap.dec.298.Caſſan.in conſuet. Burg. fol.391.verſ.ſic etiam.

Nec dicas, quod ex parte prætendentis poſſeſſionem, & præſcriptionem adeſt vſus,dum molendina, tapeta, paſcua tenet, quæ ſunt facti, in quibus Vaſſalli longiſſimo tempore acceſſerunt. Nam reſpondetur,tale factum eſſe voluntarium ex parte vtriuſque, & non parit obligationem: Baro ea tenet ad ſui libitum, pro ſua vtilitate, & acquirenda mercede, ad inſtar locātis, & conducentis operas, & animalia, nam ex longa locatione non quæritur
10 ius præſcribendi. Ioſeph Lud. deciſ. Peruſ.106.Fontan. de pact.nup.clau.4 glo.17. ex num. 8. qui latè hunc articulum declarat: ex qua reſolutione,& demonſtratione, cognoſci facilè poterit, quando factū dicatur meræ facultatis,quod nullo tēpore pręſcribi poſſit.

Sed quæro, de quæſtione notabili, quā pluries in facto mihi euenit. Quid ſi Baro habeat ius collectādi Vaſſallos, vel ab eis aliquod annuum conſequendi,vt vidi Calabriæ,in qua multi Barones exigunt gallinam à quolibet foculari,quod ius gallinaceum nominant,& ſic ſalmam paleæ à quolibet Maſſario, & alia quæ inuenerunt tyranni Barones,& remanſerunt ex antiquitate incertā præſtationem,vt dixi ſupra cap.4
11 Si per longa tempora, non petierunt pręedicta, an Vaſſalli poſſent pręterdere, (dato congruo tempore ad pręſcribendum ex fluxu annorum)libertatem antiquā recuperaſſe:Ex parte Baronis dicebatur,hęc fuiſſe in ſua facultate petere, & ea quę ſunt facultatis nō præſcribi,& ſic vanā prętēſionem ſubditorum. Nec fuiſſe eis ius quęſitum, ex quo tunc illis ius quęreretur, quando Baro petijſſet,illi oppugnaſſent, & Dominus ſe acquieuiſſet, quoniam ex iſto actu oriretur quaſi poſſeſſio,iuxta quæ ſupra fundauimus ex l.2.C. de ſeru.
12 Contrariū verò ſuper hoc articulo eſt tenēdum,nam fauore libertatis,diuerſa eſt ratio in acquirenda ſeruitute,quā in amittenda quia non vtendo quis hac facultate,ſpatio longiſſimo triginta annorum perdit ius ſuum, nec requiritur oppoſitio,Baronem petijſſe, & ſubditos reſiſtiſſe, vt in acquirenda ſeruitute diximus,nam pro ea diſſoluenda,& liber-
13 tate acquirenda,ſolus non vſus triginta annorum ſufficit. Crauet. conſ.111. Natta conſ.446.& 486.Guid.Pap.dec. 631. à num. 9. Rolan. conſ. 53. vol.2.
14 nam illa detentio iuris alieni, eſt poſſeſſio,Bammacar.in cap.ſi quis per triginta à nu.35.tit. ſi de feud. def. contr. & non eſſe neceſſariam ſcientiam,nec pa-
15 tientiam dixerunt,Gomez.var.reſ.to.2. cap.15.tit.de ſeruit.& Add.in litera L. Facch.contr. iur.lib.8. cap.22. Couar. in regula poſſeſſor.par.2. nu.8. & facit tex. in l. ſi partem §. ſi per fundum ff. quemadmod. ſeru. am. vbi ad recuperandam libertatem aduerſus ius ſeruitutis alteri quęſitum, non eſt neceſſaria patientia, nec ſcientia aduerſarij, ſed
16 ſolum non vtendo ſeruitus amittitur. & ſic Maſcar.concl.1215.n.59.& licèt aliqui voluerint hunc articulum diſtinguere,inter ſeruitutes ruſticas,& vrbanas,dicētes in ruſticis ſeruitutibus amittendis,nō requiri ſciētiā,& patientiam ſicut in vrbanis, vt Cępol. de ſeru.ruſt. pręd.cap.24.num.26. Fontan.de pact. nup.clau.4.glo.17.ex nu.71.tamen Maſcard. & alij multi deſuper citati eam diſtinctionem improbant, & ampliant hanc concluſionē, procedere etiam in



Digitized by Google

17 actionibus reſpicientibus res, non ſolū perſonas, vti Canones, tributa & cēſus, nam & ſimiliter ex non vſu præſcribuntur. Theſſ. dec. 114. & 179. Guid. Pap. dec. 406. ſecus in annuis prȩſtationibus ex vltima voluntate dependentibus, quas longo tempore non petendo non præſcribuntur in futurū, ſed immemo-
18 rabili, quia tot cenſeatur legata, quot ſunt anni, & pro eis non naſcitur actio niſi in principio cuiuslibet anni, & ſic præſcriptio, l. in ſingulos ff. de ann. leg.

Quòd aliter eſt in annuis redditibus ex contractu debitis, nā cū vna ſit obligatio, quȩ oritur ex principio ſtipula-
19 tionis, ſic & vna actio, vnaque ſufficit prȩſcriptio. Doct. in l. ſi Stichū §. ſtipulatio ff. de verb. oblig. Gutier. pract. qq. lib. 1. q. 90. n. 4. De Pont. conſ. 48. n. 11. Viu dec. 465. Boer. dec. 336. Caſtil. de vſufr. cap. 67. Valaſc. cōſul. 49. Gomez. var. reſ. tit. de qualit. contract. nu. 45. & videnda ſunt quæ infra etiam dixi cap. 62. limitatur etiā in priuilegio, & ſerui-
20 tute nō habēte cauſā annuā, vel certā, nā nō incipit prȩſcriptio, niſi quādo caſus eueniat, & ille nō vtatur, & tūc enim datur negligētia, & actus pro libertate oritur, vt plenè Gizzar. dec. 73.

Poſtremò vt explicatā, & abſolutā primam concluſionē poſitam relinquā, quod ea quȩ ſunt facultatis, nō præſcribuntur, eſt videndū, an vera ſit opinio, quod neq; tēpus immemorabile ſit ſufficiens, Theſſ. dec. 16. nu. 3. cū ſeq. deci-
21 ſiuè firmat, nullo vnquā tēpore facultatē præſcribi, & ſic Couarr. in reg. poſſeſſor. par. 2. §. 4. nu. 6. Contrariū tamen tenent Boer. dec. 125. Minſinger. obſer. 30. cēt. 1. Crauet. de antiq. tēporis par.
22 4. §. abſolutis, cum alijs ab his coacervatis, ex eo quod ipſa immemorabilis præſcriptio habeat vim conceſſionis, tituli, & priuilegij, etiam in ijs quibus ius reſiſtit, vt dicam in ſeq. cap. Quæ ratio anzios reddidderūt Theſſ. & ſequaces, qui licet negatiuam defenderint, tamē dicunt ipſos eſſe opinionis, quòd ſi cum
23 immemorabili aliæ coniecturæ concurrerēt, tale tēpus ſat eſſet, & adducūt multa exempla, qualiter coadiuuari poſſit talis præſcriptio, cum alijs prȩſumptionibus.

Et Fontan. loc. ſup. cit. ex nu. 27. cum ſeq. intrepidè firmat, quod data imme-
24 morabili, allegando ad colorē, titulū, & priuilegium, quamuis non producatur, (cū tantus temporis fluxus ſic præſumat) pro ea eſſe decernendum, abſq; neceſſitate probandi alias coniecturas, & præſumptiones, quia non ſunt hȩ cōiecturæ, quæ dant ius, ſed dicta temporis antiquitas, quæ omnia ſollemnia arguit, & quæ non ſunt facta, geſta fuiſſe prȩſumit.

## ARGVMENTVM.

Seruitia quæ de iure à Vaſſallis Baronibus non debentur, an immemorabili tempore quæri poſſint, & quantæ conſiderationis ſit talis præſcriptio, qualiterq; probetur, & impugnetur, perbellè notatur.

## *SVMMARIVM.*

1 *Seruitia & alia onera præſtita à Vaſſallis Baronibus præſumuntur de iure per uim & metum extorta.*

2 *Vaſſalli ad ſeruitia & onera ſine Regio aſſenſu obligari non poſſunt.*

3 *Præſcriptio ſuper uitioſo titulo non poteſt fundari, etiam ſi immemorabilis eſſet, declara ut ſeq. num. 6.*

4 *Immemorabilis præſcriptio tollit metū, præſumptionem præſumit titulum uerum, & omnia ſollemnia interceſſiſſe.*

5 *Præſcriptio immemorabilis habet uim legis, habet tantam potentiam quantam tenet Princeps.*

6 *Immemorabilis non ſuffragatur quando titulus eſt uitioſus, & erroneus, ſi adeſt probatio probata, ſecus præſumpta.*

7 *Præſcriptio immemorabilis ſuper materia odioſa ſtrictè, & ſollemniter eſt probanda.*

8 Pra-

8 *Præſcriptio centenaria an poſſit per ſcripturas probari, declaratur.*

9 *Præſcriptio immemorabilis qualiter per teſtes ſit probanda.*

10 *Requiritur inter alia, probatio, quod ita communis ſit vox & opinio, & nunquam contrarium ſit auditum.*

11 *Teſtes contrarij dicentes contra centenariam, an infringãt eam, licet actor eam plenè probauerit ſingulariter ponitur.*

12 *Interruptio temperanea non præiudicat ſi continuetur poſſeſſio.*

13 *Teſtes numero, & dignitate præualent.*

14 *Immemorabilis qualiter poſſit impugnari adnotatur.*

15 *Præſcriptio nutritiua peccati licèt immemorabilis eſt abroganda.*

16 *Titulus non eſt præſentandus ſi poteſt impugnari, quia deſtruit immemorabilem.*

17 *Sollemnitas ſi poſſit poſt titulum nullum ſuppleri, curſus temporis non obſtat.*

## CAPVT VII.

SERVITIA, & alia onera Baronibus a Vaſſallis
1 præſtita, de iure non debita, per vim, & metum, extorta præſumuntur: nam cum ſint contra libertatem, & reſiſtat præſumptio, ea non eſſe voluntariè facta, ideò nulla præſcriptio ſuffragatur, vt vltra notata in præcedenti tract. Maſcard. cõcl. 1307. Doct in cap. quod latentèr de reg. iur. in 6. Couar. in regula poſſeſſor par. 2. cap. 4. & Caual. com. opin. 781. notabiliter infert, quod etiam ſi adeſſet contractus, & titulus inter Baronem, & Vaſſallos, ſi non habeat correſpondentiam æquiualentiæ, talis obligatio nulla eſſet, & ſequitur nouè Seſe de inhib. cap. 4. §. 3. Et eo
2 magis, in Regno hæc opinio ſuſtinetur, cum Vaſſalli abſque Regio aſſenſu, ad ſeruitia, & onera obligari non poſſint, vt in conſtit. Regni. incip. quia frequenter.

Sed dubium eſt, quid ſi immemorabilis præſcriptio intercedat, Peregr. de Iure fiſci tit. de præſcrip. nu. 25. Couar. loco citato, & Freccia de ſubfeud. aut. 8. dicunt, eam non prodeſſe cum ſuper titulo nullo, & vitioſo non poſſit fundari præſcriptio: Et quòd præſumptio
3 violentiæ, & metus, ſufficiat ad transferendum onus Aduerſario ad probandũ initium non vitioſum immemorabilis, Lopez l. 6. tit. 25. par. 4. in gloſ. magna, & Guttier. pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 92.

Alij verò contrarium tenent, vt tanta præſcriptio ſufficiat, & tollat metus & violentiæ præſumptionem, cum ex immemorabili præſumantur legitimus
4 contractus, Regius aſſenſus, & omnia ſollemniter acta, ſic Auend. de exeq. mand. reg. cap. 4. ex nu. 9. par. 2. & Garzias de expenſ. cap. 9. nu. 23. Magna enim eſt auctoritas talis præſcriptionis vt dixi in præc. tract. nu. 217. cum aſtergat omnes maculas, præſumat titulum ſollemnem, & habeat vim legis, vt in l. 1 §. in ſumma ff. de aqua pluu. arc. ibi (vetuſtas, quæ ſemper pro lege habetur) & in l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quot. & æſti. Item poteſt tantum,
5 vti Rex. And. in cap. 1. verbo flumina tit. quæ ſint regal. & Bald. ibi, ac Felin. in cap. cũ nobis de præſcrip. qui dicunt, hanc præſcriptionẽ eſſe priuilegium perfectum, contra quod nil poteſt opponi, & non recipit probationem in contrarium, & idem Bal. conſ. 439. lib. 3. & Crauet. conſ. 238. aiunt, eam eſſe, quaſi alterum ius naturale, quod immutari non poteſt, & alios effectus notant Felin. in d. cap. cum nobis, Balb. de præſcr. par. 2. par. 3. Ricc. coll. 233. Gabr. concl. 1. tit. de præſcrip.

Et propterea inferendo ad quæſtionem caſus propoſiti, ſi intercedat im-
6 memorabilis, pro Barone affirmatiuam opinionem eſſe veriorem cenſeo: Nec obſtat quod ſuper titulo vitioſo, non fundatur immemorabilis: nã procedit, quando adeſſet probatio probata, & con-

conſtaret titulum eſſe vitioſum,ſecùs ſi ex coniecturis tantum eſſet iudicandũ, proùt in caſu noſtro, nam tunc, quia de iure maior præſumptio ſuperat aliam l. Diuus ff. de reſtit. in integ. & immemorabilis præſumit titulum,& omnia ſollemniter acta,maiùs occupat minùs. l.cum quæritur ff.de ſtatu homin.Cum diſtinctione tamen,quod cum tractatur de re odioſa,præſcriptio enixè erit probanda, & ſtrictè, ita quòd minima ſol-

7 lẽnitate deficiente,cõtra eã erit decernendum,Garzias loco ſupra citato n.8.

Qualiter autem erit probanda hæc centenaria,breuiter nota, & primò fuit dubitatũ,an per ſcripturas poſſit probari, aliqui dixerunt quod non, vt Farin. dec.570.Put.dec.209.li.2. ſed Georg. in repet. feud. cap. 28. & Ricc. coll.

8 1266. conciliant has opiniones, & dixerunt, poſſe per ſcripturas enuntiatiuas antiquas probari initium, vel aliquos actus ſucceſſiuos poſſeſſionis, ſed non quod de per ſe, ſolæ ſcripturæ ſufficiant ad probandam immemorabilem. Quomodo autem per teſtes ſit facien-

9 da probatio, declaraui in præc. tract. nu.224. ſcilicet, quod teſtes qui deponunt debeãt eſſe ætatis annorum quinquaginta,qui de viſu teſtificentur de annis quadraginta,quod dicant ita audiuiſſe à ſuis maioribus, eos nominando, quod deponant de communi opinione, & fama, & vltimo quod ſemper ſic fuit obſeruatum,& contrarium non fuit factum, neque auditum,vt latè per Molin.de primog.lib.2.cap.6. Auend. de exeq.mand.cap.6.Maſul.ad Capyc. dec.193. Viu. dec.77. Ricc. coll.233. Garzia de expenſ.cap.9.

Et pro coronide,ſuper materia iſtius probationis,notandum duxi, quod non facilè inuenies, & dùm mihi in facto occurriſſet,laboraui pro Principe Solofræ Actore petente reintegrationem cuiuſdam territorij occupati à Ciuibus terræ S.Fęlicis, & in termino Princeps

10 deduxit, & formiter probauit contrariam præſcriptionem cum ſuis ſollemnitatibus, Ex aduerſo Vniuerſitas prædicta,& eius ciues articulauerunt contrarium, & produxerunt multos teſtes, eorum poſſeſſionem antiquiſſimam deponentes, ita & taliter, quod erant directo contrarij teſtibus Principis,& deſtruebant illa duo requiſita neceſſaria, (quod ſic erat publica vox & fama, & quod contrarium non fuit obſeruatum neq; auditum,)nam cum teſtes contrarij oppoſitum depoſuerint, videbatur

11 magis credendum teſtibus de affirmatiua, quam mille de negatiua aſſerentibus contrarium non vidiſſe, nec audiuiſſe, glo.in l.diem proferre §. ſi plures ff.de recep. arbitr. Et tali caſu, immemorabilem corruere,& eam cenſeri ſaltim interruptam,reſpondere Alex.cõſ. 16.lib.2.Molin. vbi ſupra nu.60. & ſic prætendebat dicta Vniuerſitas, Principem non eſſe in probatis ſuper centenaria,quam nixus fuit deducere.

Quæ oppoſitio multum vrgebat, & Conſiliarij faciebant de ea magnum caſum. Reſpondebam ego, qui partes Principis agebam, actus poſſeſſiuos ex aduerſo prætenſos non opitulari,nam teſtes qui dicebant vidiſſe Ciues dictæ

12 Terræ S. Fęlicis prohibuiſſe famulos Principis, quando volebant exigere fidam in eo loco, vel colebant territorium controuerſum, non obſtabant, quia ea interruptio, ſecuta poſtea, & continuata ex parte Principis poſſeſſione, non infringit immemorabilem, quæ cum contineat tempus infinitum, adempto aliquantulo interuallo, ſemper infinitum ſtat in ſuo eſſe, & aliqua interruptione non læditur, nec deſtruitur.Oldrad.conſ.254.nu.18. Corn.cõſ. 22.lib.1. Paris.conſ.27. nu.84. Molin. loco citato nu.47. Item teſtes ex par-

13 te noſtra erant numero, & dignitate plures, & ſuperabant teſtes partis conuentæ ſatis vltrà,Cumque in conflictu probationum pręualeant illi,qui numero ſuperabundant,vt Gabr.Rom.tit.de teſtibus concl.4.nu.50.ergo & noſtra probatio præualebat, et ſic de contraria non erat facienda conſideratio, & maximè cum non tractaretur de mate-

ria

ria odioſa, cui ius reſiſteret, ſed inter priuatos, vbi nulla conſiderabatur violentia, nec metus, dicta immemorabilis præſcriptio ſtrictè non erat interprætanda, vt Couar. in regula poſſeſſor par. 2. § 3. Garzia ibi n. 11. Ioseph. Ludou. dec. 106. quæ omnia ſingularia ſunt.

Poſtremò aduertas, quod licèt fundauerim immemorabilem habere præſumptionem iuris & de iure, omnia ſollemniter acta fuiſſe, & non recipere probationem in contrarium, tamen li-
14 mitari poteſt ex pluribus, & adducit aliquos caſus Crauet. de antiq. temp. 4. par. cap. incip. materia iſta ex num. 72. qui ait, impræſcriptibilem eſſe obedientiam contra Principem, vel Pontificem, vel quando inconceſſibilia ſunt, quæ detinentur vti ſpiritualia, quia data incapacitate, nulla vnquam quæritur poſſeſſio, And. in c. 2. de præbend. in 6. Corruit etiam, ſi actus ſint difformes vel voluntariæ præſtationis, vt dixi ſupra cap. 4. Garzia cap. 9. n. 26. Auend.
15 cap. 4. par. 2. nu. 17. Item ſi eſſet nutritiua peccati, vel ſi per priuilegium ei derogaretur, non ſuffragaretur tunc poſſeſſio tanti temporis. Inſuper impugnari poteſt, ſi conſtaret titulum à principio fuiſſe nullum, vitioſum, vel erroneum, quia ſuper talibus fundari non poteſt ædificium.

Ideò datur cautela Aduocatis, vt dixi in præceden. tractat. numer. 227. quod ſi poſſunt probare per teſtes immemorabilem, caueant præſentare
16 titulum; ſed dùm in facto fuiſſet præſentata quædam conceſſio rei feudalis abſq; aſſenſu, & ſuper ea fuiſſet facta etiam probatio immemorabilis, & pars impugnando conceſſionem prætenderet etiam ex prædictis non eſſe faciendam exiſtimationem de centenaria, dùm titulus erat nullus ex defectu aſſenſus. Replicabam ego, quod licèt cõceſſio, & priuilegium appareat ex facie
17 illegitimum, tamen dùm potuit ſollemnitas aſſenſus impetrari, & omne quod concurrere debebat ſuppleri, dato curſu temporis, fuiſſe adimpletum de iure præſumitur, Anchar. conſ. 136. vbi in inſtrumento tranſactionis Monialium præſentato, deficiebant omnes ſollemnitates, & ex decurſu tanti temporis conſuluit pro validitate, quia ſollemnitates poterant poſteà ſuppleri, & ſic Alex. conſ. 79. de Pont. conſ. 155. vol. 2. & dixi in præced. tract. prag. 11. ex nu. 146. niſi daretur, vt ſupra dixi incapacitas, veluti quia aſſenſus non poterat dari, vnde neque præſumi, cùm fictio non poſſit plus operari, quam veritas, l. filio, quem Pater, ff. de lib. & poſthum.

## ARGVMENTVM.

Agens ad reſciſſionem contractus venditionis qualiter debeat offerre pretium receptum.

Pretium ſi ex pacto emptoris fuerit inueſtitum in tuta Emptione pro ſecuritate, an reuocato contractu poſſit petere de contanti, vel ſufficiat Emptori offerre ceſſionem emptionis factæ, nouiter explicatur.

## *SVMMARIVM.*

1 *Nullitatem, vel reſciſſionem contractus rei venditæ proponentes, non debent audiri, niſi oblato pretio cum vſuris.*

2 *Minor reſtitutionem in integrum petens, debet offerre quod ad eum peruenit.*

3 *Oblatio verbalis in iudicio, quando ſufficiat.*

4 *Aſſenſus ſi non expeditur in forma Cancellariæ infrà biennium ſuper venditione, poteſt reuocari.*

5 *Pretium rei emptæ, ſi ex pacto ſit conuerſum in emptionem, an reſciſſo contractu venditor teneatur ſoluere, uel ſufficiat cedere emptiones.*

6 *Reuo-*

Digitized by Google

6 *Reuocatio contractus datur tàm uenditori, quàm emptori, contra Freccia opinionem.*

7 *Contractu reſciſſo, quilibet debet reponi in ſuo ſtatu, uenditor ad rem cum fructibus, emptor ad pretium cum uſuris.*

8 *Impugnans actum, non poteſt de iure prætendere commodum.*

9 *Intereſſe uoluntatis, ſatis eſt de iure in conſideratione.*

10. *Pactum ut pretium inueſtiatur in emptionem, eſt oneroſum uenditori, & contra naturam contractus.*

11 *Onus rei dicitur pactum contra naturam contractus, & pretio extimatur.*

12 *Attendendum eſt, quod principaliter ſit, non quod in conſequentiam uenit.*

13 *Reſtitutio an detur aduerſus tertium.*

14 *Pretium ex pacto inueſtitum reuocato contractu, an in pecunia numerata ſit reſtituendum, uel ſufficiat cedere emptionem factam.*

15 *Pretium quando ſuccedat loco rei, declaratur.*

16 *Contrahens ſemper præſumitur ſe adſtringere, cum iuris diſpoſitione.*

## CAPVT VIII.

NOTABILIS, & vtilis eſt articulus, quem tetigi in præcedēti tract. quòd Vniuerſitas, minor, & alij agentes ad reſciſſionem contractus ex capite nullitatis, vel reſtitutionis in integrum, petendo rem auocari quam alienauerant, dum intendunt re-
1 poni ad priſtinum, ſimiliter ex ſui parte debent adimplere, offerendo pretiū receptum, ita quòd Reus etiam in integrum reducatur, & non adſit inter eos inæqualitas, & ſic, ſi petat quis fructus perceptos à poſſeſſore, teneatur offerre vſuras pretij recepti: tex. eſt ad literam in l. 1. C. ſi vend. pign. & cōcordat tex. in l. vtere C. de præd. min. & adeò vera eſt hęc concluſio, ꝙ Doct. dixerūt denegari poſſe audientiam Actori, niſi realiter, vel ſaltim verbaliter in iudicio
2 adimpleat adimplenda ex ſui parte, l. Iulianus §. offerri ff. de act. emp. ſi intendat conſtituere conuentum in dolo, ſic Affl. dec. 210. n. 4. Ozaſch. dec. 160. nu. 16. Sforza de reſtit. in integr. quæſt. 47. par. 1. art. 1. & 3. Corn. conſ. 86. lib. 2. qui omnes concordant, pretium eſſe deponendum, vel offerendum, vt deliberet Reus, ſi contentùs ſit, illud ſine lite recipere, nam reſciſſio, & reuocatio contractus aſſimilantur reſtitutioni in integrum, quæ eſt in priſtinum repoſitio, l. quod ſi minor §. reſtitutio ff. de minor. & eam Minor proponens, ſimiliter tenetur acceptum offerre. l. 1. C. de
3 reputat. verum ſi eſſet dubium, an pretium eſſet reſtituendum, poteſt cum proteſtatione offerre, quatenùs teneretur, Maſtril. dec. 13. nu. 31. Natta conſ. 631. Roland. conſ. 7. lib. 3.

Per quos iuris terminos, annis præteritis partes quondam D. Flaminij Vrſini Comitis Muri, in Sac. Conſilio defendebam, qui vendiderat terram Sorbi Marchioniſſæ Cuſani, quæ pro ſecuritate euictionis voluit pactum, vt pretium ab ea exburſandum in emptionē conuertiretur, ipſa audita, & ſic facta fuit emptio cenſus, ipſa conſentiente. Euenit, quod pęnituit Marchioniſſam emiſſe dictam terram, & negligente Venditore aſſenſum expedire in forma Cancellariæ, infra biennium, ipſa reuocauit alienationem vigore Conſtit. Re-
4 gni diuæ memoriæ, & petijt, vt D. Flaminius venditor recipere deberet in ſui poſſe dictam terram ei alienatam, & reſtituere deberet pretium de contanti ſolutum. Cumque nullitas eſſet euidens, & defendi non poſſet ex prag. fin. de feudis. Conſuluimus, vt ſine alia lite deberet D. Flaminius offerre emptiones factas de pretio emptricis, & recipere terram Sorbi venditam: Replicabat emptrix, quod ipſa ſoluerat de
5 contanti, & ſic ad priſtinum erat reſtituenda, ſtante nullitate cōtractus, quia

ea dicitur

Digitized by Google

ea dicitur eſſe realis reſtitutio, quando in priſtinum ſine damno aliquo fit repoſitio, quam oppoſitionem ſimiliter nos retorquebamus, contra ipſam Marchioniſſam, quod neque ipſe venditor debebat eſſe in damno, vt per iura ſupra allegata, cum minore probauimus, nam ſi pretium fuit inueſtitum, non fuit ex voluntate, vel ex vtilitate venditoris id factum, ſed cauſatum ex pacto coacto, quód voluit ipſa Marchioniſſa fieri, vt ſecurior eſſet de ſuo pretio in caſum euictionis Terræ emptæ, fuit caſus reputatus nouus, & ego iunior ſcripſi ſequentes allegationes, tunc temporis, quas vtile reputaui hic inſerere.

6 Licet Marchioniſſa Cluſani emptrix terræ Sorbi feudalis potuerit ex beneficio Conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ reuocare ante impetratum aſſenſum dictam emptionem, vt Sac. Conſ. alias emptorem in eum caſum ad reuocandum admiſit, teſte Io: Thoma de Marin. in tract. de generibus, & qualit. feud. tit. de feudo ex pacto, & prou. antiquo in §. cõſtitutio. num. 13. quicquid dixerit Frec. de ſubfeud. lib. 2, auth. 1. §. à Regnicolis per totum & Ioannes Vinc. Anna in repet. dictæ conſtit. in textual. num. 225. cum ſeq. Adeò vt ſuperfluum eſſet, hoc in dubium reuocare in iſtis ſupremis Tribunalibus, cum iſta opinio vſu recepta ſit.

Attamen in propoſita facti ſpetie probabiliter hæſitatur. Num Marchioniſsa valeat pretium repetere à venditore, vel à dicta petitione repellatur oblata ceſſione illius annui cenſus, qui ex pretio depoſitato pro cautela euictionis ex lege in contractu venditionis dicta inſtante emptrice, emptus fuit.

Pro parte emptricis facit regula, quod reſciſſo, ſeù annullato contractu ex quacumquè cauſa pretium emptori reſtitui debet, prout res vendita ipſi venditori. l. ſi fundus §. 1. ff. de reb. eorum cum ſimil.

Cæterum præmiſsis non refragantibus, in contrarium apertam æquitatem eſſe cenſeo, quod imò venditor hoc caſu reſciſso contractu, vel reuocato, ſeù annullato non teneatur pretium in pecunia numerata reſtituere, ſed tantum actionem cedere ad dictum capitale, & annuum cenſum, ſic, vt ſupra, pro ſecuritate euictionis ad fauorem emptricis acquiſitum.

Et moueor, quia illa contra quem reſcinditur, ſeù annullatur contractus etiam ex beneficio minoris ætatis debet reponi, & reintegrari in eum ſtatum, in quo reperiebatur antequam contraxiſſet, nedum reſpectu eorum, quæ peruenerunt ad ipſum reuocantem, verum etiam ad extraneum, l. alterius, vbi Din. & Bald. ff. de tut. & rat. diſtrah. l. 1. & 2. vbi Bal. C. ſi aduerſ. tranſact. l. quod ſi minor §, reſtitutio ff. de minor. & eſt bonus tex. in l. tutor §. curator verſ. Item quæro, & l. intra vtile §. vendentibus ff. eod. præſertim quando contractus reſcinditur ex lege in eodem contractu, dicta l. ab emptione, & ibi glo. & Doct. ff. de pactis cum adductis per Tiraquell. de retract. conſan. §. 29 glo. 2. num. 4. 7

Si itaquè debet reponi reſciſsionem paſſus in priſtinum ſtatum, in quo erat, antequàm contraxit, ita vt in aliquo damno non remaneat, vt etiam comprobat Sfortia Oddus in ſuo amplo tractatu de reſt. in integr. quæſt. 47. art. 1. per totum, etiam reſpectu tertij, vt ſupra, & Odd. d. quæſt. 47. art. 12. num. 55. fol. 417. Igitur contra omnem mundi æquitatem compelleretur retinere emptionem annui cẽſus, & pretiũ in pecunia numerata reſtituere, quia in effectu circumſcripto contractu emptionis impugnato ab emptrice, ſuper quo cum impugnauerit non poſſent, 8 neque poteſt ſe fundare Bal. in d. l. 1. num. 1. C. de reput. Odd. d. artic. 1. nu. 3. & facit reg. c. ex eo de reg. Iur. num. 6. Coactus eſſet emere annuum cenſum ex pecunia aliena ſibi mutuata, quod eſt abſurdum l. neç emere C. de

Iur.

Iur. delib. cum ſimil. & ſatis diceretur damnum pati; Quia actum feciſſet contra eius voluntatem l. fin. ff. de vſu, & habit. quam legem multis in locis al-
9 legat Andr. in cap. 1. §. ſi dominus ſub num. 9. ad finem, vbi Lipar. loca adducit, de milit. vaſſall. qui cont. eſt, & eleganter dixit Bal. in repet. l. 1. ſub num. 15. ad fin. ff. de leg. 2. quod grauare me dicitur omnis, qui me cogit, licet damnum mihi non inferat, nam loco damni habetur, quod perdo arbitrium voluntatis, & eo ipſo dicor damnũ pati, quia facio actum, qui mihi diſplicet. Andr. in c. Imperialem ſub num. 4. de prohib. feud. alien. per Feder. vbi allegat d. l. fin. & latè Tiraq. de retractu conſanguin. in prohem. cum ſequent. numero. 25.

Et pręcipuè quia pactum iſtud, quod pretium deponeretur, vt inueſtiretur pro cautela euictionis, eſt inſertum ad fauorẽ emptricis, & eſt oneroſum venditori, tum quia de ſubſtantia pretij eſt, nè dum, vt transferatur dominium in ipſum venditorem l. ex empto, in fine
10 principij ff. de act. empti, ſed taliter, vt perpetuò valeat de illo ad libitum diſponere, ita in ſpetie traddit Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. quæſt. 5. princ. num. 33. ad fin. Tum
11 quoniã omne pactum inſertum ad fauorem contrahentis dicitur eſſe onus, & facit rem minus valere, argum. l. ſed ſi vir. §. ſi vir vxori ff. de donat. inter vir. et vxo. l. fundi partem ff. de action. empti l. ſi venditor §. 1. in fin. ff. de ſer. export. ex quo verborum contextu, notare ſoleo, quod res dicitur minus valere etiam ſi onus annexum non reſpiceret commodum pecuniarium, ſed animi ſatisfactionem, quem §. fin. allegat etiam in propoſito oneris facientis rem minus valere Tiraq. de retract. conuent. in præfat. num. 22.

Nec eo, quia fructus dictæ emptionis pertinere debent ad venditorem dici debet pactum inſertum ad fauorem illius, quia principaliter fuit inſer-
12 tum ad fauorem emptricis, et eius cōteplatione, igitur hoc attendi debet l. ſi quis, nec cauſam ff. ſi cert. pet. exornat Tiraq. in tract. de retract. conſanguin. §. 30. glo. 1. num. 4. cum ſeq. l. qui exceptionem ff. de cond. indeb. latè Tiraq. d. tract. in prohem. num. 56. & quod tale pactum quod fuit inſertum ad inſtantiam, ſeù contemplationem vnius ex contrahentibus dicatur cauſa finalis illius, tradit Bald. in l. ſi repetendi num. 6. C. de cond. ob cauſã, latè poſt alios Burſat. conſ. 304. num. 10. & ſeq. volum. 3.

Cum itaquè pretium ratione iſtius oneris perpetuò iniuncti ad fauorem, & contemplationem venditricis dicatur minus valere per iniquum cum reuerentia eſſet compellere venditorem loco pretij cum onere ſoluti liberum reſtituere.

Nec obſtat ſi replicaretur, quod poſſet venditor pretium repetere à venditore annui cenſus, igitur tenetur præci-
13 sè illud reſtituere emptrici. Nam verum eſt, quod reſciſſionem paſſus reſtituitur etiam aduerſus tertium, vt ſupra, & trádit Bal. in d. l. alterius, & ibi Alber. & refert Odd. d. art. 12. num. 55. maximè quando ſciuit tertius poſſeſſor, quod potuit res auocari, gloſ. ſingularis in l. minor in verbo fuerit ff. de euictio. per tex. clarum in l. in cauſæ la 1. § fin. ff de minor. licet contra amplè conſuluerit, quando ob pacta non ſeruata iuxta terminos l. cum te C. de pact. inter emptor. & vend. Crauett. conſ. 299. per totum par. 2. ſed tamen quando nullum remedium daretur ipſi aduerſario reſtituti contra ipſum reſcindentem: Ita poſt Petr. & Cyn. tradit Bal. in d. l. 1. in fin. C. de reput. quæ fiunt in iud. reſt. in integr. & Collect. & Bellam. in c. cauſa num. 9. de reſt. in integ. nouiter Odd. dicta q. 47. art. 3. num. 18. qui videatur.

Sed expeditum remediũ habet conſequendi intentum ſuum cõtra emptricem, quæ reuocauit contractum, vt ſupra: Quia excipiendo venditor poteſt actricem repellere, & abſurdum eſſet

ſoluere

Digitized by Google

ſoluere vni, vt ab altero repetat, melius eſt enim non ſoluere, quàm ſolutum repetere l. ſtipulante circa princ. ibi retinere maluerit, quàm petere ff. ad trebell. cum vulg. adductis per Tiraquell. d. tract. §. 29. num. 3.

14 Nec refragantur contraria, nam ex ſuperius deductis ad ea clara patet reſponſio. Admiſſo enim, quod reſciſſo contractu, vel annullato ex quacumq; cauſa emptor teneatur reſtituere rem cum fructibus, & vẽditor pretium cum intereſſe; iuſtum tamen circa fructus, & intereſſe reſpectiuè ſecundùm diſtinc. quam facit Odd. dicta quæſt. 47. art. 8. etiam latius q. 45. art. 1. per totum, tamen non procedit, quando pretium recipit cum onere illud inueſtiendi, vt in propoſito per ſuperius tradita, & inſuper quia liceret reſcindenti plus petere, quam recepit reſciſſionem paſſus. Si enim res omnis cum onere minus valet petens illam ſine onere, dicitur plus petere, igitur repelli debet §. plus autem inſt. de act. c. vnico vbi Canon. de plus pet. & quod dicatur omnis res cum onere minor, quam ſine onere, latè cõprobat Tiraquell. in prohem. tract. retract. conuent. num. 20. cum ſeq.

Et hinc eſt, quod ille à quo retrahitur res à conſanguineo, vel vicino ex forma ſtatuti non poteſt conſequi integrum pretium per ipſum promiſſum, ſi illud non ſoluit, ſed tantum partem ſolutam, & interim differre exactionem, prout venditor differre tenebatur, quia alias diceret plus petere tẽpore, Tiraq. ne aliorum dicta tranſcribam d. tract. de retract. conſanguin. §. 1. gloſ. 18. nu. 34. inferendo ad alia ſimilia num. 47.

15 Nec mihi negotium facit replicatio, vt ſupra facta, quod ex quo in particularibus res nũquam ſuccedit loco pretij illa offerri non poſſit.

Nam reſpondetur dupliciter, primo quod ex quo venditor non tenetur reſtituere in genere pretium ſine onere, quia cum onere fuit inueſtitum. Sat fuit, & eſt repellere actorem à dicta plus petitione, ſeù re alterata, & fortè altera, quæ non debebatur.

Secundo reſpondetur, quod cum vnuſquiſq; faciens actum, cenſeatur ſe adſtringere diſpoſitioni legis de illo actu loquentis l. ſi duo, & ibi Bal. not. & alij ſequuntur ff. de acquirenda hæreditate, Alex. conſ. 103. num. 8 lib. 2. Minad. conſ. 1. num. 33. cum ſeq. dum

16 emptrix conuenit, quod pretium deponeretur, & erogaretur, vt ſupra, tacitè intellexit, ſeù intelligere debebat, quod ex iuris diſpoſitione reuocando tenebatur venditorem ab omni damno immunem reddere, & cum voluerit eodem inſtrumento venditionis, quod ex pretio annuus cenſus pro ſua cautela emeretur, cenſetur voluiſſe, quod dicta res ſuccederet loco pretij, & limitatur dicta regula, quòd res non ſuccedat loco pretij, quando ex coniecturis tacitè, & facto ipſo inter partes ita actum eſſe creditur. Idquè præſumendum eſt maximè quando eodem contextu ita conuentum fuit, ita limitat Tiraquell. dicto tract. §. 32. glo. vnica num. 25. ſequitur Molina de Hiſpan. primogen. lib. 4. cap. 4. num. 32. & nouiſſimè Surdus deciſ. Mant. 306. num. 12.

Ex quibus omnibus intrepidè arbitror, quod Don Flaminius non teneatur pretium in pecunia numerata emptrici reſcindenti, & reuocanti reſtituere, ſed oblata ceſſione actionis, vt ſupra liberari. Et ſic fuit deciſum in anno 1601. referente tunc Conſiliario Carolo Tapia nunc Regente meritiſſimo, Actuario Carbono, vt contenta remaneret Marchioniſſa ceſſione, quam offerebat Don Flaminius facere de annuis redditibus emptis, de qua deciſ. meminit Gizzar. dec. 29.



Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Curà annonæ an pertineat ad Barones, vel ad Vniuerſitates.

Electio Catapanorum ſi de conſuetudine ad vniuerſitatem ſpectet, an ius ſuperioritatis, & ſuperintẽdentiæ ſit etiam exceptum Baroni circa negligentiam, & malam adminiſtrationem.

## SVMMARIVM.

1 *Cura Annonæ de iure ſpectat ad Barones, ſed de conſuetudine Vniuerſitates prouident ſuper ea.*

2 *Vniuerſitates non habent aliquam iuriſdictionem de iure.*

3 *Ius ſuperioritatis ſuper annona pertinet ad Principem, & ſuos Magiſtratus.*

4 *Barones poſſunt punire, priuare Catapanos, & alios Miniſtros vniuerſitatis negligentes in eorum officio.*

5 *Barones an poſſint prohibere extractionem victualiũ à terra ob penuriam ſine Regis aſſenſu.*

6 *Principis aſſenſus, nõ requiritur quãdo lex concedit, quid poſſe fieri.*

7 *Subditi cogi poſſunt ad vendenda victualia Vniuerſitati de ijs quæ habent vltra victum.*

8 *Bannum an poſſit fieri per inferires Iudices, vt ciues reuelent frumenta, quæ tenent.*

9 *Panis taxari poteſt cuilibet perſonæ, tempore penuriæ.*

10 *Bannum vt victualia certo loco tantum uendantur valet.*

11 *Bannum ne uictualia reponantur in Monaſterijs, uel Beneuenti, & extra Iuriſdictionem ualet.*

12 *Recatterij poſſunt prohiberi tempore neceſſitatis.*

13 *Baro poteſt remittere ius uectigalis vniuerſitati competens, vt facilius ueniant perſonæ ad vendendum, tempore neceſſitatis.*

14 *Bannum ne vendantur carnes corrupta, & alia acida, pro conſeruatione valent.*

15 *Noriua ad victum poſſunt deici.*

16 *Fraudantes annonam cum miſturis qualiter puniantur.*

17 *Catapani diſſimulantes pretio, vel prece, penas exigere à contrauenientibus, qualiter puniri poſſint.*

## CAPVT IX.

PErtinentia ad annonam de iure comuni ad Præſidẽ Prouinciæ ſpectare diximus, & ſucceſſiuè ad Barones in ſuis terris, quorum intereſt ſubditos opu-
1 lentos viuere, & conſeruari, vt probat tex. in l. fin. ff. ad l. Iul. de ann. And. in c. 1. §. poſt natale de pace ten. Franch. dec. 511. Ann. ſing. 60. verum de conſuetudine vniuerſitates habent hoc munus, ipſæ creant Catapanos, qui curam habẽt imponẽdi aſſiſiam, & puniẽdi cõtrauenientes, vt dicam infra prag. 8.

Quæ conſuetudo ſtrictè eſt ſeruanda, cum ſit contra ius, nam vniuerſitates regulariter non habent iuriſdictio-
2 nem, vt in conſt. Regn. cum latis, & propterea vbi adeſt talis antiqua obſeruatio, atendẽda eſt, vt dixi in præc. com. prag. 10. num. 102. Id quod hic animaduertendum duxi, quod qualitercumquè ſit: Ius ſuperioritatis ad Officiales iuſtitiæ non eſt exceptum in animaduertendo qualiter vniuerſitatis Catapani officium gerant, ſi vniuerſitas curam habeat prouidendi eam victualibus, & alijs ad victum pertinentibus de Pont. conſ. 105. par. 2. Maſtril. dec. 300. & in facto dũ eſſem in Regia Audientia Hydruntina, & Præſes Anibal Macedonius Marchio Turturę, videns annonæ curam imprudenter à Deputatis Ciuitatis Licij tractari, qui nullam prouiſionem fecerãt de victualibus,

Digitized by Google

llibus, ipſos coegit etiã per carceratio-
nem, dum eſſet ſuſpitio venturæ ino-
piæ, & habito recurſu per Ciuitatem
ad Proregem Regni, aſſerẽdo, quod ex
conſuetudine, & priuilegio, cura anno-
3 næ ſpectabat ad Ciuitatem, priuatiuè
ad alios Officiales, & quod Præſes vſur-
pauerat eorum iuriſdictionem, immi-
ſcendo ſe in pertinentibus ad annonã,
habita relatione à Tribunali, hoc eſſe
factũ, quia apparebat ſegnities, & ne-
gligentia illorum de regimine, in non
prouidendo, & quod auctoritas Tribu-
nalis non erat excepta, fuit reſcriptum
benè fuiſſe prouiſum, & ſic de Pont. de
poteſt. proreg. tit. de abundantia.
Auend. de exeq. mand. cap. 19. nu. 37.
4 quod Officiales iuſtitiæ, in omnem ca-
ſum negligentiæ, vel grauaminis ſunt
competẽtes, licet adminiſtratio ad vni-
uerſitates pertineat, & idem obſeruaui-
mus in Prouincia Principatus vltra, in
terra Montis Fuſculi, quæ habet ex pri-
uilegio curã annonæ, & Regia Audiẽ-
tia poſuit manus ſuper abundantia vi-
ctualiũ. Et propterea pro publica vti-
litate, neceſſitate, ac abundantia, licere
Baronibus multas prouiſiones, & ban-
na emanare eſt notandũ, vt Surd. conſ.
210. lib. 2. Auil. in cap. prætorum
cap. 17. glo. rationabiles pretios, Theſſ.
dec. 152. & Hieron. Laur. dec. 40. qui
refert licere imminente ſuſpitione ne-
5 ceſsitatis, & penuriæ prohibere extra-
ctionẽ victualium à terra, & ſequuntur
Roland. à Vall. conſ. 91. vol. 2. Sola
in cõſt. Sabaud. tit. de edictis annonæ.
Nec dicas, quod diſpenſare ſuper iis
quæ ſunt contra iuris diſpoſitionem,
ad ſolum Principem pertineat. Doct.
in l. 1. C. ſi contr. ius vel vtil. pub. nam
eſt verum, quando ius non dat licen-
6 tiam, ſed cum ius dictet, in caſu neceſ-
ſitatis, vel publicæ vtilitatis poſſe fieri
reſtrictiones, quilibet Officialis in ſua
Terra habet hanc auctoritatem, & ſic
in indiuiduo Cancer. lib. 3. var. reſ. cap.
13. n. 264. cũ ſeq. qđ nota, quia graues
Doctores vidi ſuper hoc dubitare. Ideo
ſubditos habentes victualia vltra vſũ,
poſſe cogi ad vendendum Communita-
ti, pro alimentis ciuium dixit Gomez.
var. reſ. tit. de emptione nu...... & late
Surd. de aliment. priuil. 94. Doct. in l.
1. C. vt nemini liceat in emp. ſpec. lib.
10. Poteſt & fieri bannũ quod qui ha-
7 bet vltra victum, vendat indigentibus.
Cappel. Tholoſ. & Addit. dec. 466. Lu-
cas de Pen. in l. 1. C. quibus muner.
nemi. liceat, Ripa de remed. præſer. nu.
8 18. Itẽ poteſt fieri bannum, vt quilibet
reuelet ſua victualia, vt poſſit fieri ſcru-
tinium, ſi ea ſuppetant ciuibus, Doct.
in l. 1. C. de frum. Vrbis Alex. Ripa
trac. de peſte §. 6. num. 158.
9 Stãte neceſſitate per Communitatem
poteſt taxari, quantum panis pro qua-
libet perſona, & foculari ſit dandum.
Io. de Plat. in l. 1. C. de frum. Vrb. Cõ-
ſtant. lib. 11. Poteſt mandari, vt panis in
vno loco tantum à perſonis deſignatis
vendatur, & non ab alio, ad euitandas
fraudes. Abb. & alij in cap. ſignificãte
10 de appell. item valet prohibitio ne vi-
ctualia reponantur in Monaſterijs, vel
apud Eccleſiaſticos, Ripa loco citato, &
adſunt prag. 28. & 32. tit. de annona
prohibentes poſſe immitti victualia in
11 Ciuitatem Beneuenti. Poſſunt eijci re-
caterij, & alij qui veniunt in terris ad
emendum pro reuendendo, quando
12 adeſt neceſſitas, vel vrget ſuſpitio. Mat-
tienz. in l. 7. tit. 11. glo. 13. l. 5. recopil.
Mexia de tax. pan. concl. 1. c. 22. lib. 7.
Muta ſuper prag. Sic. tit. 32. in fine, itẽ
poteſt Baro remittere ius pedagij, &
platearum venientibus ad vendendum
victualia, licèt noceat vniuerſitati ha-
benti priuilegium intraturæ, contra
13 vendentes. Boer. dec. 396. Platea in l.
1. C. de nauicul. lib. 10. Muta loco ci-
tato, num. 32. Nec Principis aſſenſus in
ſupradictis requiritur, Petra de pote-
ſtat. Princ. cap. 6. num. 69. fol. 46.

Vlterius pro publica vtilitate, & Ci-
uium conſeruatione, ac abundantia
poſſunt fieri proclamata, ne vendantur
res corruptæ, vti carnes mortuæ, & an-
nonæ corruptæ, & mali odoris, quia
corrumpunt ſanguinem, & generant



Digitized by Google

14 morbos, l. 1. §. 1. ff. de ædil. edic. Ripa tit. de remed. præſer. num. 146. Ariſt. 7. polit. cap. 8. Auil. prætor. cap. 17. glo. rationables. Ciuitatis partes coſiſtunt præcipuè, ſuper curam alimentorum, Inde cõmiſcentes frumẽta acida cum bonis in fraudem, & ſic mala cum bonis, poſſunt puniri, Angel. in l. 1. C. de condit. in horr. publ. lib. 11. & Doct. in

15 l. annonã ff. de extraordin. crim. Imò nociua poſſunt deici, & effundi, arg. tex. in l. dãnato C. de hæret. in l. cætera §. mala ff. fam. herciſ. Lopez. l. 1. tit. 7. par. 5. Mexia in prag. del trigo, cõcl. 1. ex num. 79. Sicq; puniri poſſunt Piſtores, qui in farina miſcent alias ſpecies,

16 nam ſemper, quod fit fraus de re ad rem, adeſt delictum, Bal. in l. non dubium C. de legib. Poſſunt etiam puniri facientes impoſturam, & Monopolium, vt pretia rerum augeantur l. vnica C. de Monop. Boſſ. tit. de vnion. & Colleg. Molin. diſp. 345. Menoch. de arbitr. iud. caſu 383. Itèm ſeruientes Monaſterijs, vel domibus Potentium, qui falsò aſſerunt eſſe neceſſarias carnes, pro eorum dominis, & ipſi poſtea alijs vendunt pro conſequenda franchitia, vel lucro, Muta ſuper prag. Sicil. tit. 32. num. 45. arg. ex l. 2. ff. ad l. Iul. de ann. & d. l. annonam. ff. de extraor.

17 crim. Poſſunt adhuc punire Catapanos, qui ob munera taxam pretij maiorem imponunt, vel diſſimulant, vendẽtes vltrà, & ſic, ſi participant in rebus quæ venduntur, nam poſſunt ab officio remoueri, & puniri, Io. de Plat. in l. ſeptem C. de erog. milit. annonæ lib. 12. Bouadil. polit. lib. 3. cap. 4. num. 36. ex l. 1. ff. de concuſſion. Tales enim debent eſſe fideles cẽſores, & procuratores boni publici, vti defenſores Ciuitatum, & tenẽtur denũciare omnes fraudes, Caball. reſ. crim. caſu 9. & 14. multa alia notãt D. Tapia ſuper ius Regni ſub tit. de annona, & de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de abundantia, Volui notare caſus practicabiles, vtiles, & quotidianos, qui in dies occurri ſolent.

## ARGVMENTVM.

Contractus initus inter Baronem, & Vaſſallos; quando ob metum reuerentialem, & læſionem reſcindi poſſit.

Metus reuerentialis præſumptio inter Baronem, & Vaſſallos, an detur, & an ob iuramentum excludatur.

## SVMMARIVM.

1 *Contractus inter Baronem, & Vaſſallos ſunt ualidi.*

2 *Vxor præter donationem, rectè contrahit cum uiro.*

3 *Metus reuerentialis datur in Vaſſallo, erga Baronem.*

4 *Metus reuerẽtialis iuncta læſione reſcindit contractum.*

5 *Metus reuerentialis datur in omni perſona ſubiecta, qui habet ad ſuperiorem reuerentiam.*

6 *Metus reuerentialis datur in Fratre minori, in Filia, in Matre, Nuru cum ſocero, & pupilla cum Tutore.*

7 *Autoritas Baronis timenda eſt.*

8 *Læſio iuncta cum metu reuerentiali, adiunctis qualitatibus alijs, ſufficiens eſt ad irritandum contractum.*

9 *Iuramentum tollit præſumptionem metus reuerentialis.*

10 *Iuramentum non conualidat contractum ui, & metu extortum.*

## CAPVT X.

DIXI finaliter ſuper 1. prag. non eſſe prohibitos contractus inter Barones, & Vaſſallos, ſed eſſe validos Inde de iure conſtitutum eſt, inter Maritum, & vxorem donationes eſſe nullas, maximè ſi vxor viro do-

ro d met, nam ratione reuerentiæ, & poteſtatis non præſumitur donatio libera, l. 1. ff. de don. inter vir. & vxor.
2 tamen alij contractus inter eos initi, venditionis, permutationis, & cæterum validi ſunt, l. quod autem §. ſi tibi ff. eodem, Boer. dec. 185. num. 10. Vrſill. dec. 336. Gail. obſer. 40. par. 2. Fran. Marc. dec. 508. par. 1. tanto fortius eſt aſſerendum inter Barones, & ſubditos
3 contractus eſſe legitimos, Lucas in l. curiales C. de præd. cur. lib. 10. verum ſi Baronis qualitas ſuadeat metū, vti quia eſſet perſona rigida, crudelis, vſurpator, tunc ſtat reuerentialis metus præſumptio, Fabr. diff. 1. C. quod metus cauſ. & iuncta læſione, contractus poſſet infringi. Anchar. cōſ. 260. Innoc. in cap. ſi diligenti num. 5. de præſcrip. qui loquitur in ſubdito Epiſcopi, quod poſſit contractum reſcindere, ſi cum metu reuerentiali concurrat læſio, quia nemo præſumitur ſuum iactare, niſi ex
4 metu, vel violentia, l. cum de indebito ff. de probat. & maximè ſi ſubiectus ſit humilis, vel timidus, non valens reſiſtere, & ſe opponere petitioni ſui Domini, vt vidi de quodam Barone anhelante habere vineam pulcram ſui Vaſſalli, qui precibus, minis, & ſugeſtionibus induxit eum contra voluntatē ad illam vendendam, vili pretio, ſed eo mortuo petierat reſciſſionem, & obtinuit in S. Conſilio, cuius nomen taceo ob honeſtatem. Et licet Burgos de Paz. conſ. 25. num. 35. cum alijs ab eo relatis, teneant non dari metum reuerentialem cōtra Baronem, in ſubditum, niſi eſſent Domini non recognoſcentes ſuperiorem, tamen talis ſententia cōmuniter eſt confutata, vt Roderic. de ann. redit. lib. 1. quæſt. 15. num. 60. Cancer. lib. 3. var. reſ. cap. 15. num. 243. Cephalus conſ. 642. ex num. 106. lib. 5.
5 Cum de iure detur metus reuerētialis in omni perſona, qui tenet ſuperioritatem, vti in filio erga Patrem, & Matrem, in fratre minori, erga maiorem, pupillo erga tutorē, Nuru verſus ſocerum, & in alijs, quos notant Doct. in l.
6 1. §. quæ onerandæ ff. quar. rer. act. non det. Graſſ. de excep. cap. 11. ex. nu. 24. cum ſeq. Fortior ratio eſt cum Barone, qui verbis, & factis adiūcta iuriſdictione, potentia, & mala qualitate vexādi quempiam, nam vt dixit And. in cap. 1. num. 13. quib. mod. feud. amic. & cap. 1. num. 4. ex quib. cauſ. feud. Timenda
7 eſt auctoritas Baronum, quia de facto procedunt, & continuo vigilant, vt offendant, & ſic non puto eſſe dubitandum, dari metum reuerentialem, & iuncta læſione cum dictis adminiculis, contractum poſſe reſcindi, nàm recepta eſt etiā concluſio, quod quando cum metu reuerentiali cōcurrat læſio, contractus poteſt reſcindi. Gutier. conſ.
8 16. & 22. Ann. alleg. 88. Gram. dec. 103. num. 5. Præſ. de Franch. dec. 119. num. 5. Peguer. dec. 153. Theſſ. dec. 66. Fabr. diff. 1. & 10. C. de in integr. reſt. D. Rou. prag. 1. in fine, de ſen. Cōſ. Maced. Molfeſ. conſ. 4. Nec omiſtam adnotare, quod licèt aduerſus talem concluſionem, aliqui limitationem poſuerint, vt ea non procedat, ſi in contractu ſit
9 appoſitum iuramentum, quia id elidit omnem malam præſumptionem, vt Gutier. in auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſ. vend. num. 94. tamen cōmunis eſt in contrarium, vt probat idemmet tex. nam dum diſponit, quod iuramenti virtus, facit minorem maiorem, vt actus conualidetur, reſtringit tex. (niſi iuramentum ſit vi, vel metu extortum)
10 quod tunc nullum operatur effectum; quia deficit conſenſus, & libertas, vbi adeſt metus, nam ea facilitate qua quis inducitur ad contrahendum, ſuadetur ad iurandum, & alia ad arbitrium partis facienda. Aret. conſ. 24. Theſſ. dec. 223. num. 9. & dicā intra cap. 63. n. 9.



Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Barones tenentur Vaſſallos protegere, adiuuare, & fauores eis præſtare, & ex ijs nullam oriri obligationem, pro remuneratione refertur; Sed an ſi mercedē accipiant, in foro fori, & poli, obligentur ad reſtitutionem, maxime ſi magna, & exorbitantia eſſent beneficia.

Remuneratoria quando dicatur donatio, ſeù conceſſio alicui facta, ob ſeruitia; quæ iuxta ſuum munus quis exercuit.

## SVMMARIVM.

1 *Principatus fuit erectus ad comodum Vaſſallorum.*

2 *Barones tenentur ex debito Vaſſallos, protegere, fauores eis praſtare.*

3 *Promiſſio facta, vt quis impetrare habeat aliquid à ſuperiore, valet.*

4 *Aſſecurantes litis euentum, & fumi venditores, puniri poſſunt.*

5 *Baro an in foro fori, & poli poſſit licitè pecuniam habere, pro fauoribus impartitis in Vaſſallos, diſtinguitur.*

6 *Turpiter accipitur, quod gratis quis facere tenetur ex debito.*

7 *Legatum factum à Marito vxori non dicitur remuneratorium.*

8 *Feudum conceſſum à Principe in remunerationem, quando faciat feudum vere remuneratorium.*

9 *Nobilibus non conuenit, mercedem habere, pro gratijs.*

10 *Dona miſſa à ſponſo Nobili, præſumuntur donata, ſecùs ab alijs.*

11 *Qualitas perſona in omnibus actibus eſt conſideranda.*

12 *Salarium incerta pollicitatione promiſſum, non debetur regulariter, fallit ſi aliud qualitas perſonæ ſuadeat.*

13 *Tutores Illuſtrium, poſſunt donare, & gratias competentes facere.*

14 *Liberalitates, & gratiæ factę à Baronibus Vaſſallis, nō pręſtant actionem, neque remunerationem, fallit ſi erunt in exceſſu.*

15 *Antidoralis obligatio, facit vt donatum rectè retineri poſſit.*

16 *Redimens quem à manu hoſtium, uel latronum, quando mercedem petere poſſit.*

17 *Donatio dicitur quando nullo iure cogente ea fit.*

18 *Actio ciuilis quando deficit, ſed oritur naturalis, quid proſit ſi vna ſine alia eſt inefficax.*

## CAPVT XI.

BArones de iure diuino, naturali, & poſitiuo, Vaſſallos ab omni oppreſſione, onere, & calamitate tenentur liberare, & eos protegere, defendere, fauores præſtare, & comoda inueſtigare, vt pro-
1 baui in principio huius prag. quia Principatus fuit inuentus, & erectus ad vtilitatem ſubiectorum, & non ad extollendas, & magnificãdas perſonas, Luc. de Pen. in rub. C. de Domeſt. & protect. lib. 11. Doct. in l. nam ſalutem ff. de Offic. præfec. vigil. Vaſq. contr. illus. 41. & 45. Indè corrolariè dixi, quod in facto conſului, quendam Baronem iniuſtè
2 procuraſſe à Vaſſallis quantitatem pecuniarum, quia à Prorege obtinuerat, vt licentiarentur milites, qui in ſua terra hoſpitabantur, & in foro fori, & poli non eſſe ſecutum; Cumq; poſtea à compluribus alijs Baronibus id obſeruari audiam, latius hunc articulum volui hic explicare pro veritatis cognitione.
3 Fundantur enim: Poſſe quempiam, pecuniam accipere, & paciſci, vt intercedat aliquid à Principe, ex tex: in l. vnica C. de ſuffragio, quem ita expendit Cagnol. in l. 2. ff. de orig. iur. ex nu. 313. & probat etiam tex. in l. quidam relega-

Digitized by Google

4 relegatus ff. de rebus dubijs. Alciat. in
Paradox.lib.2.cap.14. num.3.Ign.in
repet.l.3.§.ſubuenitur ex num. 151.ff.
ad Sillan.Paſcal.de Patria poteſt. par.
4.cap.5.num. 68. Nam tantum repre-
henduntur, & puniri poſſunt, qui à Iu-
dicibus, & alijs ſuperioribus certum li-
tis euentum aſſecurant, & ſe promittũt
de eis, Iſti enim fumi venditores (vt à
Doctor.nominantur) arbitraria pęna ca
ſtigari poſsũt, vt l. qui explicandi C.de
accuſ. Menoch.de arbitr.iud.caſu 344.
quia aſſecurare id quod eſt ĩ poteſtate,
& Iuſtitia ſuperioris, & quod is talis ſit,
vt conſequi id à Iudice valeat, temera-
rium eſt, ſecus tamen, ſi quis conuene-
rat, vt ſi obtineat talem gratiam, ei ali-
quid detur, nam hoc licitum eſſe pro-
bauimus. Quo aſſumpto ſic ſtante: Ba-
5 rones iurè potuiſſe in recompenſam
gratiæ obtentæ à Principe, ad benefi-
cium Vaſſallorum, ab eis aliquid acci-
pere contendunt.
Sed replicatur dictã cõcluſionẽ pro-
cedere cũ perſonis obligationẽ nõ ha-
bẽtibus, ratione officij, procurãdi vtili-
tatẽ, & comodũ illius, pro quo interce-
dũt, At cũ (vt in principio probauimus)
omni iure, Barones comodũ Vaſſallorũ
6 procurare sũt obligati, ergo turpiter pe
titur, & accipitur, qđ quis ex officij de-
bito impartiri debet, ad tex.in l.fin.ff.
de cond.ob turp.cauſ.Lupus in rub.ca.
per veſtras §.quinquaginta de Donat.
int.vir. & vxor. Inde Præſ.de Frãch.d.
428.refert, deciſũ, legatũ factũ vxori à
Marito, pro ſeruitijs acceptis non dici
verè remuneratoriũ, ità quod non ſub-
iaceat diſpoſitioni l. feminę C. de ſe-
7 cund.nup. quia vxor ex debito officij,
tenetur ad omnia ſeruitia, & obſequia
ſuo viro. Tiraq. de leg.connub.l. 1. nu.
26. Prout conſequenter in alio propo-
ſito dixi, de infeudatione facta Militi
ob eius ſeruitia, quod non per talem aſ
ſertionem, feudum erat effectum remu-
neratorium. de Pont. conſ.59. Et pro-
8 pterea firmum remanet aſſumptum pri
mum, quod Barones qui debent prote-
gere ſubditos vti filios, vt Bal. conſ.
439.Crau.conſ.238.Affl. dec. 265. &
quadam originali neceſſitate, & ex de-
bito tueri ſubiectos tenentur, nequa-
quam pretium accipere debent.
9 Adſtipulatur aliud aſſumptũ, Nobi-
libus dedecus eſſe mercedem, pro fauo-
ribus impartiendis prætendere, ad tex.
notabilẽ in cap. 1. de Donat. vbi litera
dicit, hanc tibi quodãmodo legem, no-
bilitas imponit, vt debere ſe extimet,
quod tribuit, & niſi in ſuis beneficijs
creuerit, nil præſtitiſſe putetur, & notat
Roman.ſing. 768. Inde oritur, quod à
Nobili præſumitur facta donatio, & eſt
10 limitatio ad regulam, quæ eſt in con-
trarium, Nunquam eſſe præſumendam
donationem, ſic in indiuiduo Bal. in l.
vxori ff.de legat.3. qui docet, quod dũ
Maritus nobilis mittit ſponſæ munera,
non præſumitur miſiſſe, vt ea ornatior
incedat, ſed pleno iure cenſentur dona-
ta, ex Bart. in l.ſi plures §.arrogator ff.
de vulg.& pupil.Affl.dec.315. Barbos.
in l. quæ dotis num.8.ff.ſol. matr.Gra-
tian.diſcep.for.189.& eſt tex.notabilis
11 in cap.ſi quæſtiones de Simonia, qui
diſponit ad præſumendum, an gratui-
tò, quid ſit actum, qualitatem perſonæ
eſſe conſiderandam, & ideò Doct. ibi
inferunt, vt licèt ſalarium non conuen-
tum, in operibus, non debeatur. l. ſala-
rium C.mand. tamen ſi qualitas perſo-
næ, aliud ſuadeat, ſubintelligitur pro
ſolita mercede, ſeruitia præſtari, l. ſi
12 duobus §. in coheunda ff. pro ſocio l.
naturalis §.1.ff.de præſc.verb.Palat. in
rub.de Donat. inter vir. & vxor. §. 9.
num. 7. qui ait, proprium eſſe Nobi-
lium, & eorum qui in dignitate con-
ſtituti ſunt, liberalitates exercere, &
gloſ.eſt notanda in l.ſed ſi ſuſceperit §.
1. verbo modica ff.de iudic. And. in
cap.1.§.hoc intelligendum tit. qui ſuc.
feud. dar. Inde eſt, quod quamquam
de iure, prohibitum ſit tutoribus, & cu-
13 ratoribus, de bonis pupilli donare, l.
pactum curatoris C. de pact. non ta-
men, extenditur ad Adminiſtratores Il-
luſtrium, qui valent aliquas gratias fa-
cere ſubditis, nomine, & reſpectu nobi-



Digitized by Google

litatis pupilli; Gloſ.& Doct.in cap. grā-
di de ſupplenda neglig. Prælat. lib. 6.
Siculus in cap. 1. de Donat.& Palac. lo-
co ſupra citato,& in cōputis tutelæ ad-
miniſtratæ per D. Lucretiam de Tuſo
Orſina, Comitiſſam Ciuitatis Muri, in
rationibus,fuerunt admiſſę multæ gra-
tiæ,ab ea factæ Vaſſallis,ex quibus om-
nibus, vndiquè conſpicitur, ex debito
eſſe Barones obligatos,comoditates, &
vtilitates vniuerſales inueſtigare, &
omne ſuum poſſe, ſine aliqua ſpe lucri
exhibere ad comodum Vaſſallorum.

14 Non tamen eſt prætermittendum,
quod ſi gratiæ, & protectiones erunt
exuberantes ergà ſubditos,quāuis non
pariant actionem, producunt ſaltim,
naturalem obligationem antidoralem,
vt Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo dona-
tione largitus nu.107.de reuoc. donat.
& ideò ſi Vaſſalli ſe gratos demōſtrēt,
donando aliqua, neq. ex parte dantis,
neq.recipientis eſſe illicitum puto,quia
vigilantia circa ea quæ ex debito fieri
debent,quando ſtrenuè,& cum effectu,
ex toto conatu,quis implet, remunera-
tionem,& correſpondentiam antidora-
lem recipere debet, maximè quando
non ſunt donata,in exceſſu,ad tex. in
l. munerum §. præterea ff.de muner.&
honor.ibi (quod genus collationis mu-
nus eſt ) Capic.in inueſt.verſ.Parilitas,
& Paris de reinteg. feud.quæſt.5.num.
7. dicit poſſe Baronem, pro ſubdito
15 rum commoditate aliquod demanij
feudi, concedere, ex grata correſpon-
dentia,quā habent Vaſſalli, & ſic And.
in conſtit.regni incip. Dignum ibi ( &
quod Baro concedit de demanio, com-
penſetur cum alio accepto ) cum re-
gulariter talia dona iurè concedi non
poſſunt.

Imò tot,& tanta poſſent eſſe exube-
rantia beneficia, vt recompenſatio de-
beatur : Pone quod Baro à longinquis
cum diſpendio Neapolim veniat, pro
Vaſſallorum neceſſitatibus, vel pro illis
adiuuandis in aliqua lite,& moleſtia, &
ſuas partes impartiatur, pro eorū iuua-
mine ( & quantum hac tempeſtate fa-
uores præualeant, nemo eſt qui igno-
ret ) Iſta, vel ſimilis magna gratitudo,
requirit correſpondentiam remunera-
tionis,ad tex.in l. ſi Pater §. 1.ff.de do-
16 nat. qui inquit. ( ſi quis aliquem à la-
trunculis,vel hoſtibus captum eripuit,
& aliquid pro eo ab ipſo accipiat, hæc
donatio irreuocabilis eſt, merces enim
laboris appellanda eſt)nam laboris ha-
benda eſt conſideratio,& magna grati-
tudo, compenſari debet, adeò quod ſi
fiat donatio non erit pura, ſed ob cau-
ſā,Cabed.dec.36.par.2. Tiraq.in d.l.ſi
vnquam verſ. donatione largitus num.
106.D. Regens Tapia dec.6.ex nu.28.
& ſic venit limitāda dec.Franch. ſupra
citata, circa ſeruitia p̄ſtita ab vxore,vt
legatum mariti non dicatur remunera-
torium,ſecùs ſi magna ea fuiſſent,circa
longam mariti infirmitatem, & ſic de
militibus validè pugnantibus, vt dixi
in præced. trac.prag.3.ex nu. 66.Non
dico, ex ijs dari actionem ad petendū,
ſed ſi data fuerint, licitum eſſe reten-
tionem,& vigore antidoralis obligatio-
17 nis non poſſe dici puram donationem,
& notanda ſunt verba tex in l. donari
ff.de reg.iur.quę dicunt,donationem
eam eſſe quæ nullo iure cogēte fit,nam
illud verbum,nullo iure cogente, intel-
ligitur de iure ciuili,ſed non excluditur
illa naturalis obligatio, quæ homines
cogit ad benefaciendum benefacienti.
l. iuriſgentium §. prætor ait ff de pact.
& ſic quamuis in multis pactis nō oria-
tur actio,quia nuda, & non ſunt veſtita
iuris ciuilis ſollemnitate l.petens C. de
pact. tamen naturalis obligatio ſemper
ineſt, quæ multa parit,licet non ſit ef-
ficax ad agendum, vt in d. l. iuriſgen-
tium §. ſed cum nulla ff. de pact. & ibi
latè per Iaſon.& alios.

AR-

## ARGVMENTVM.

Statutum generale, vel priuilegium, an deroget priuilegijs ſpecialiter antea alteri conceſſis, nulla facta mentione de ijs.

Princeps facta conceſſione alicui, an poſſit illam limitare, vel eximere Vaſſallum à iuriſdictione Baronis, aut immunitatem concedere in præiudicium ipſius.

### *SVMMARIVM.*

1 *Priuilegium generale, non derogat priuilegijs, particulariter conceſſis.*

2 *Reuocatio priuilegij, nunquam cenſetur facta, niſi expreſſe, vel ob clauſulam, non obſtante appoſita.*

3 *Explicita mentio requiritur, pro reuocanda conſuetudine antiqua, vel tollendis priuilegijs in corpore iuris clauſis.*

4 *Immunitatem Princeps concedere non poteſt in præiudicium eorum, quibus fuerat ius quæſitum.*

5 *Rex poteſt aliquem immunem facere à ſolutione uectigalium, & onerum, non obſtante priuilegio, antea alteri cōceſſo, pro exigendis vectigalibus, & gabellis.*

6 *Altum dominium nunquam videtur expropriatum à Principe, per quamcumquè conceſſionem.*

7 *Eximere aliquem à iuriſdictione Baronis, immunes facere à ſolutione onerum, eſt alti dominij.*

8 *Speciale priuilegium, derogat generali.*

9 *Princeps poteſt priuilegia conceſſa, limitare, & minuere ex cauſa.*

10 *Princeps in caſu negligētiæ, & iniuſtitiæ inferiorum, exercet altum dominium, in ſuccurendo.*

11 *Princeps per viā legis generalis poteſt præiudicare infeudatis, & per viam ordinis particularis, auocat cauſā, & delegat.*

## CAPVT XII.

ARticulum quem obiter in præced. tract. tetigi, An per legem generalem, vel priuilegium vniuerſale, cēſeatur derogatum priuilegijs particulariter conceſſis, multoties poſtea, in facto occurrit diſcurre-
1 re, & ſuper eo iudicare, & ideò breuiter comprobando id, quod dixi, Pono concluſionem, per quamcumquè generalitatem verborum ſtatuti, vel priuilegij, ſi non eſt facta expreſſa derogatio, vel implicita ſaltim, cum clauſula non obſtante, nunquam cenſeri factam reuocationem priuilegij in contrarium
2 obtenti, nec præiudicatum conſuetudini legitimè præſcriptæ ad tex. in c. 1. de cóſt. & ibi omnes Doct. Det. conſ. 469. nald. conſ. 73. Neque per generalem legem, etiam cum dicta clauſula non obſtante, cenſeri derogatum priuilegijs in corpore iuris clauſis, quia tunc non implicita, ſed explicita requiritur derogatio, Doct. in auth. qua in prouincia
3 C. vbi de crim. agi opor. Bal. in l. humanum C. de leg. Felin. in cap. nonnulli. de reſcrip. Gutier. plenè in l. nemo poteſt num. 173. ff. de legat. 1. Et ſimiliter nequè præſumi derogatum conſuetudini immemorabili, per quamcūquè legem, vel priuilegium verbis generalibus conceſſum, Ruin. conſ. 105. lib. 5. Det. loco citato. Aret. conſ. 15. Et in quadam cauſa in Regia Audientia Hydruntina contingit dubitari ſuper dicta quæſtione. Fuerat enim conceſſum cuidam Baroni ius exigēdi paſſum, & gabellam à quocumquè tranſeunte cū animalibus, & mercibus per ſuum locum, & ius plateæ ab emētibus victualia, & alia mobilia in ſua terra; cum clauſula poſita in priuilegio (quod nullus qualitercumq. priuilegiatus ſit immunis à tali ſolutione) poſt nonnullos annos cuidam benemerito fuit conceſſum

Digitized by Google

ceſſum priuilegium, vt eſſet immunis ab omni onere, gabellę Regię,& priuatæ,paſſuum, platearum : pro ſuis negotijs,& mercibus in ampla forma,& dum iſte priuilegiatus,& ſui famuli pertranſiſſent maximam animalium quantitatem, quæ mictebantur ad paſcua, & fuiſſent impediti, pro ſolutione paſſus conceſsi in eo loco,reſiſtebant Maſſarij ſoluere, ob priuilegium quod in promptu exhibebant,vna cum prouiſionibus Regiæ Cameræ, obſeruatorialibus. Baro ille, in contrarium ſe opponebat, quod tale priuilegium erat poſterius,neq. dicebat, vt eſſet immunis, non obſtante aliquo priuilegio in contrarium,& quod neq. Princeps poterat in damnum illius,poſt ei ius quæſitum, alteri exemptionem concedere, ex l. 2.
4 §. ſi quis à Principe ff. ne quid in loco publ.& per cõcluſionem ſupra poſitam quod quando non ſit facta ſpecialis derogatio,ſecundum priuilegium, & ſtatutum non præiudicat primo, & deuoluta cauſa, per viam grauaminis ad dictam Regiam Audientiam,Aduocati Baronis,ex dictis rationibus, petebant, omnino deberi ius paſſus pro quolibet animali,ſeruata taxa ſolutionis in priuilegio poſita.

In contrarium replicabatur, vera eſſe, quæ in iure, ex parte Baronis allegabantur, quando ſuum priuilegium in totum abrogaretur, ſed quando Princeps, aliquos eximit, & immunes facit à ſolutione,& onere,non dicitur facere præiudicium ei, qui habuit conceſſionem exigendi vectigalia,quia vtitur iure ſuo,nam concedendo quod-
5 libet generale priuilegium, non cenſetur ſe expropriare alto dominio, & ſuperioritate,quin non poſſit aliquos immunes facere,nam & ſi inueſtiat quemquam de aliqua terra, cum omni iuriſdictione,abdicatiua, & priuatiua, vnde de iure Princeps in ea ampliùs ſe intromictere non poteſt.Bal.in l. 1. num. 43. ff.de rer.diuiſ. Abb.in cap. ex trãſmiſſa
6 de foro compet.Peregr.de Iur. fiſc. lib. 1.tit.2.num.88.Natta conſ.659. & dicam infra cap. 36. tamen, ratione directi,& alti dominij,non eſt ei prohibi-
7 tum Vaſſallos aliquos illius Baronis eximere à ſua iuriſdictione, & priuilegium concedere, vt à nullo recognoſcantur,niſi ab eo. l. neminem, & ibi Doct. C. de re milit. lib. 12. & ſic poterit gratiare quemquam. l. 1. C. qui milit. poſ. lib. 11. Roland. à Valle conſ. 1. num. 141. vol. 2. allegat tex. & ibi Bart. in l. hi qui ff.de iur. immun. Valaſ. conſul. 12. & quod per quamcumquè generalem conceſſionem, non dicatur Princeps tali ſuperioritate ſpoliatus, quæ inter regalia reputatur, dixerunt Io. And. ad Specul. tit. de iuriſd. omn. iud. Suarez. alleg. 7. Giurba conſ. 66. num. 30.& puntualis eſt auctoritas Cãcer.lib.3.var.reſ.cap.3.à nu.318.quod
8 omnis ſpecialis immunitas conceſſa particularibus perſonis à Principe,derogat cuilibet priuilegiato anteriori,licet cõceſſionem habeat cum quauis prærogatiua,quia non eſt priuatiua ad concedẽtem,vt non poſſit eam minuere, quoad aliquas perſonas, quas priuilegiare voluerit. Et ſic continuò videmus,tot, & tantos ex diuerſis cauſis eximi à iuriſdictione Baronum, & recognoſci à Regis Tribunalibus tantum, Sic & infinitos immunes fieri ab omni onere vectigalium, & aliarum impoſitionum, vti Doganati in Regia Dohana, Menępecudum,& alij;& proinde contra dictum Baronem iudicauimus. Et eſt limitatio ad concluſionem ſupra poſitam,vt etiã non facta derogatione ſpeciali in ſecũda conceſſione, ea ſubſiſtat, quando à Principe non in totum primum priuilegium abrogatur,ſed limitatur,vel mi-
9 nuitur in certis perſonis. Nec poteſt dici fieri præiudicium, & ideò iuri tertij Princeps non præſumitur detrimentum facere; Quia reſpondetur, quod quando Princeps aliquem inueſtit, vel priuilegium concedit, ſubintelligitur tacita conditio,vt non priuetur ſuo alto dominio,quod conſiſtit, vt in multis poſſit limitare iuriſdictionem, & priuilegium conceſſum,Peregr. de iur.fiſc.tit.3. nu.

75. ſic

Digitized by Google

75. ſic in defectum negligentiæ Iuſtitię
10 Baronum, valet Rex ſe intromictere, cum ſit de alto dominio ſuas partes interponere, ne quiſquam iniuriam, vel damnum patiatur, & opem ferre oppreſſis. cap. irrefragabili, de offic. ordinarij, Brun. conſ. 196. Gram. dec. 30. Cabed. dec. 85. & latiùs Natta conſ. 408. lib. 2. Item ſimiliter per viam legis generalis limitat, minuit, & alterat Baronum priuilegia, Foller. ſuper prag. cenſus, verſ. & ſubmiſſiones num. 19. Petra de poteſt. Princ. fol. 56. Et ex aliqua ratione, multoties auocat cauſam
11 aliquam à Barone, & delegat ſuis Tribunalibus. De Curt. in ſuo diuerſ. fol. 28. n. 16. De Pōt. de poteſt. proreg. tit. de delegat. Auend. de exeq. mand. cap. 19. num. 2. & in indultis generalibus gratiam extendi ad Vaſſallos Baronum dixi in præced. tract. prag. 8. par. 1. ex num. 165. & ad materiam ſunt videnda alia quæ dicam infra cap. 37.

## ARGVMENTVM.

Saluaguardia eximendo aliquem Vaſſallum à iuriſdictione ſui Baronis, an à Prorege fieri poſſit.

Baro ſuſpectus in cognoſcendo, an dicatur etiam ſuſpectus in delegando.

Saluaguardiæ contraueniens, qualiter puniatur.

## *SVMMARIVM.*

1 *Princeps non poteſt eximere aliquem Vaſſallum à iuriſdictione Baronis, & concedere ſaluaguardiam.*

2 *Princeps dicitur perturbare inueſtitum ſe intromictendo in iuriſdictione illius.*

3 *Princeps non poteſt auocare aliquam cauſam à Barone, etiam cum clauſula citra præiudicium priuilegij.*

4 *Saluaguardia an poſſit legitimè à ſuperiore concedi, ſi Officialis ſit inimicus alicui Vaſſallo.*

5 *Princeps poteſt ſuccurrere, & eſt de alto dominio impedire, ne ſubditi à Baronibus grauentur, & ex cauſa ſaluaguardiam concedere poteſt.*

6 *Saluaguardia generalis, eſt excitatoria iuſtitiæ, & non eſt præiudicialis.*

7 *Saluaguardia particularis, poteſt concedi, conſtito de grauaminibus, & odio Baronis.*

8 *Saluaguardia ſolet concedi caporalibus litium, qui eas protegunt contra Barones.*

9 *Saluaguardia, ne Baro procedat inconſulto ſuperiore, ex aliqua cauſa poteſt concedi.*

10 *Saluaguardia conceſſa eximendo Vaſſallum in totum à iuriſdictione, ex qua cauſa dari poſſit.*

11 *Vanus timor ſubditi, non eſt attendendus, vt armetur ad inobedientiam aduerſus Dominum.*

12 *Inimicitia grauis, inter ſubditum, & Baronem, eſt iuſta cauſa, vt Vaſſallo concedatur ſaluaguardia.*

13 *Suſpectus ex cauſa odij, in cognoſcendo eſt etiam ſuſpectus in delegando.*

14 *Cauſa poteſt auocari ex præſumpto odio à Barone.*

15 *Baro, & ſui Officiales, ſunt ſuſpecti in cauſis pertinentibus ad commodum Baronis.*

16 *Officialis Baronis ſi ei non eſt ſubditus, non poteſt allegari ſuſpectus, ex cauſa Baronis.*

17 *Baro in negotijs liquidis, licet pertinentibus ad vtilitatem ſuam de conſuetudine cognoſcit.*

18 *Saluaguardia concedi poteſt, etiam in bonis, ne quis turbetur, vel cōtra eum exequatur, ex legitima cauſa.*

19 *Saluaguardia non differt à ſaluoconductu.*

20 *Saluuſconductus eſt protectio, quam accipit Princeps de aliqua perſona.*

21 *Saluaguardiam, vel ſaluumconductum infringens, & non obſeruans qualiter puniri poſſit.*

CA-

## CAPVT XIII.

NON eſt ſine magna
controuerſia, ſi iurè
Prorex, vel alij Regij
ſuperiores ſaluaguar
diam, ad beneficium
Vaſſallorũ Baronum
expedire poſsint, &
quamuis aliqua di-
xerim, volui nunc articulum ſic quoti-
dianum pleniùs explicare.

Opinionis equidem fuerunt multi,
ſaluaguardiam iurè non eſſe conceden
dam, dum vtilibus Dominis de feudo
1 inueſtitis præiudicetur, ſed in caſu quo
Baro grauaret, priùs eſſe ei faciendam
trinam monitionẽ, & conſtito de perfi-
dia, poſſe tunc ſaluaguardias fieri, &
non aliàs, Boer. dec. 304. Roland. conſ.
18. & 40. vol. 4. Tepat. lib. 1. var. ſentẽt.
tit. de ſaluaguardia. Papon. lib. 13. tit. 2.
arreſt. 5. cum alijs ab eis coaceruatis,
quia conceſſo feudo, in cauſis ſubdito-
rum Princeps non debet ſe intromi-
2 ctere, cum aliàs perturbaretur iuriſdi
ctio inueſtiti. Bal. in l. 1. quæſt. 13. ff. de
offic. proconſ. Surd. conſ. 210. Natta
conſ. 408. Nam adſunt remedia iuris,
per viam appellationis, vt cauſa
cognita grauamina ſi adſunt, repellan-
tur, & ſi non grauauit, cauſę remictan-
tur, cap. vt debitus honor. de appellat.
ſic Frecc. de ſubfeud. lib. 2. auctor. 11.
nu. 3. Ideò firmat De Curte in ſuo di-
uerſ. feud. fol. 28. Principem vllam cau-
3 ſam à Barone auocare poſſe, etiã cum
clauſula citrà præiudicium eius priui-
legij, Vital. de clauſul. verbo, nil noua
ri ſecur. pendent. Eò maximè, quando
priuilegium ex cauſa oneroſa eſt ob-
tentum, Bal. in l. 1. quæſt. 43. ff. de rer.
diuiſ. Ozaſc. dec. 34. Petra de poteſt.
Princ. cap. 22. & Maſtril. dec. 263. re-
fert reuocatam fuiſſe per Senatum, ſal-
uaguardiam factam ad beneficium
cuiuſdam, quia Officialis illius terræ
4 erat ſuus inimicus, nam dum poterat
remedio ordinario, proponendo ſuſpi-
ctiones, ſuccurri, non erat auxilium ex-
traordinarium concedendum, tollendo
iuriſdictionem à Barone, qui in cauſis
illius, cognita inimicitia alium Iudicem
conſtituere valebat.

Contrariam ſententiam ſequuti ſunt
alij Doct. quod poſſit Princeps, & ſui
Officiales maiores, has ſaluaguardias
expedire, quando ſubditi Baronum ad
ipſum Principem recurrunt, timendo
ſeuitiam ſui Domini, quia Principis eſt,
5 protegere eos, qui ipſum adeunt, & re-
primere, ne ſubiecti opprimantur, l. ſi
aduerſus C. de hæret. l. 3. §. nec poten
tiores. ff. de offic. præſid. Sola ſuper de-
cret. Sabaud. tit. de Guardia. glo. 1.
Auend. de exeq. mãd. Reg. cap. 11. Ca-
ualc. de Bracchio regio par. 2. nu. 268.
Marta de Clauſ. par. 2. c. 7. Lanar. cõſ.
5. Non enim dicitur grauatus Baro,
dum aliquorum protectionem Princeps
accipit, quia ad directum Dominium,
hoc pertinere dicitur, Roſẽtal. de feud.
cap. 10. concl. 33. Gram. dec. 104. de
Pont. dec. 16. Crauet. conſ. 103.

Verumtamen puto, has diſſidentes
opiniones, ſic conciliari poſſe, quòd aut
ſaluaguardia eſt generalis, ne Baro
procedat de facto contra Vaſſallos, ne
eos grauet ſuper ſupplicatis ab eis, &
6 talis prouiſio dicitur excitatoria iuriſ-
dictionis, & non præiudicat Baroni,
dum reſcribitur id, quod iuris eſt, ſic
Bald. in l. ſi clericus C. de Epiſc. aud.
Fabr. diff. 5. C. de iuriſd. omnium iud. ſi
vero aliqua iuſta cauſa timoris graua-
minis inferendi appareat, ex alijs fortè
grauaminibus illatis, poterit ſuperior
7 ſaluaguardiam expedire, ne Baro, &
eius Curia procedat ad capturam, neq;
ad inquiſitionem, ipſo Superiore incon-
ſulto; iuxta qualitatẽ ſuſpictionis alle-
gatæ: Exempla ponunt DD. in Sindi-
co litigante cum Barone, & ſic in ma-
ioribus ciuibus tenentibus curam ipſa-
tum litium, ſolet ſuperior qui videt ca-
8 pita porrecta contra Baronem, maximè
ſi ſint criminalia, vel ciuilia magni pon
deris expedire dictam formam ſalua-
guar-

Digitized by Google

guardiæ, Petr.Gregor.de conceſſ.feud. par.8.quæſt.16.de Pont.de poteſt.Proreg. tit. de diuerſ. prouiſ. rubr. de inſignijs in fine, Maſtrill. de Magiſtr. lib.5. cap.6. nu.210. & iſto caſu non tollitur, ſed limitatur iuriſdictio, nàm quando eueniet caſus vt delinquat petens ſal-
9 uamguardiam, Superior intuebitur facti veritatem,& prouidere ſolet poſteà, ſi delictum foret verum, vt nomine Baronis cauſa cognoſcatur, & Iudex non ſuſpectus eligatur, vt dixi in præced.tract.ſuper tertia pragm. ex n.165. Et in iſtis caſibus, opinio affirmatiua habet locum, vt ſaluaguardia poſſit fieri ad beneficium aliquarum perſonarum, ſed non multitudinis, ex l. vnica C.de offic. Comit. Sacri Pala. Maſtrill. allegata dec. nu.28.

Aut vaſſallus in totum à iuriſdictione Baronis ſe eximi petat, vt in cauſis criminalibus,& ciuilibus,cum eo non ſe intromictat, & ſic ſaluaguardiam
10 ſibi expediri. Hoc caſu, ad petitionem vaſſalli iurè Princeps moueri non debet, quia ſola aſſertio ſupplicantis, & vanus timor eius non eſt attendendus, Franch.dec.359.in fi. Et procedit tùnc
11 opinio negatiua,vt non poſſit ſubditus eximi à iuriſdictione Baronis,poſtquàm Princeps eam illi conceſſit.

Limitatur tamen, ſi ſubditus allegaret inimicitiam grauem, tùnc cauſa cognita, parte audita ſuper exemptione, & petita ſaluaguardia, diligenter examinato negotio, an vera ſint expoſita,cùm ex abrupto non ſit concedenda audacia ſubditis, vt ſub hoc clypeo armentur ad inobedientiam contra eorum Dominum,Caualc.de brach.regio par.2.nu.181.Neuizz.conſ.338. ſi vrgens erit cauſa inimicitiæ, vel magnę litis ciuilis, poterit tùnc iurè vaſſallo expediri ſaluaguardia,nè contra ipſum
12 Baro procedat,ad tex.in l.1. C.ſi quacumque præd.poteſt. quia timenda eſt auctoritas Baronis, vt Azeued. l.7. tit. 26.lib.8.Natta conſ.237. & inimicitia eſt iuſta cauſa eximendi ſubiectum à iuriſdictione;Nàm & ſi ſuſpectus in cognoſcendo, non ſit ſuſpectus in dele-
13 gando, vt explicaui in præced. tract. hoc loco nu. 168. fallit ſi cauſa ſuſpicionis oriatur ex inimicitia, Alex. & alij in l. qui iuriſdictioni ff. de iuriſd. omn. Iud. Intantum quod de nullitate ſententiæ poſſet dici, etiam ſi non fuiſſet anteà propoſita talis exceptio,
14 Brun. conſ. 30. cum ſeq. & tali caſu cauſam poſſe à Barone auocari firmāt Bart. in d. l.qui iuriſdictioni, Capyc. dec. 124. Caball. reſ. crim. caſu 128. Rolan.conſ.16.lib.2. Idem iuris erit, ſi tractanda eſſet cauſa, in qua Baro habeat intereſſe, nàm erit ſuſpectus ipſe, & ſui officiales, & ideò poterit manda-
15 ri,vt non ſe intromictat,vt dixi latè in prag.16.ex nu.76. & poſt hæc ſcripta, Thorus 2.tomo verbo remiſſio ſic deciſum refert, non eſſe remittendam cauſam Baroni, quando habet in ea aliquod intereſſe.

At aduerſus hāc limitationē, adhuc aliqui nouiſſimi pugnant, vt ſaluaguardia à Superiore expediri non poſſit,ſed ſat erit, vt Officialis Baronis non ſit ſuus ſubditus,vel ſi eſt is ſuſpectus,cau
16 ſa delegetur à Barone alteri,præuia liſta ſuſpectorum, & non auocetur cauſa, & iuriſdictio in totum,tàm ſi allegetur exceptio odij,quàm quod Baro habeat intereſſe in ea, ſic Marc. Anton, Amat.dec.14.nu.12. Bero.conſ.16. vol. 3.Cancer.lib.3.var.reſ. cap.13. ex nu. 187. Menoch.de retin.poſſeſſ. rem.3. nu.365.Fabr.diff.2.C.quando lic. ſine iud. Tamen hanc opinionem non vidi in Tribunalibus noſtris receptam, ſed approbatam dictam limitationem, & ſemper auocatas cauſas, quando tractatum fuit de inimicitia,vel de cauſa, in qua Baro habeat ſuum intereſſe, niſi eſſent negotia liquida, & non magni momenti, in quibus Barones ex
17 conſuetudine,ſibi ipſis, iuſtitiam miniſtrant per ſuos officiales, Auend.cap.5. nu.8.verſ.& non ſolùm de exeq.mand. Boer.dec.55.Sed ſi ſint dubia,& requirant aliorem indaginem, ſemper talia negotia per Regios Superiores tractantur,

Digitized by Google

ctantur, & non audiui remiſſa, & ita D. Rouit. prag. 11. tit. de ſuſpict.

Itèm ſupradictæ ſaluaguardiæ, non ſolum expediuntur reſpectu perſonarũ, ſed bonorum etiam, & ſic videmus ad inſtãtiam vxorum, vel filiorum habitãtium ſimùl, Marito exiſtente inope, cõparentibus vxoribus, vel filijs, dicẽtibus tenere bona dotalia mobilia, vel mater
18 na in domo, quæ continuò poſſent à creditoribus exequi, mandari per ſuperiorem, ne turbent vel manus in ijs apponant, dummodò ex dotario appareat deſcriptio talium bonorum, vel ex alia legitima probatione, & expeditur ſaluaguardia, ne in talibus rebus fiat exequutio, vt per Præſ. de Frãch. dec. 256. & ſic quãdo quis timet turbari, & ſpoliari ſua poſſeſſione, vt latè Molina de primogen. lib. 1. cap. 15. num. 11. Sicq; mãdatur nè Milites extraordinarij hoſpitentur in aliqua terra, & ſaluaguardia fit illi Vniuerſitati per Proregem.

Quæ ſaluaguardiæ, vt ſupra iuridicè expeditæ à ſuperioribus, obſeruandæ ſunt, & non debent inferiores contrauenire, nam non differunt à ſaluocon-
19 ductu, cum ſaluaguardia aliud non ſit, niſi Regia defenſio, quæ conceditur, ne potentior offendat impotentem, vel nè iniuſtitia, & iniuria ſupplicãti fiat, quod proprium Principis eſt occurrere, Burſ. cõſ. 397. Capp. Tholoſ. & Add. ibi. dec. 490. Sic ſaluuſconductus eſt protectio,
20 quã Princeps ex cauſa, delinquẽti cõcedit, ne offẽdatur, vnde offendẽs tales perſonas, grauiter puniuntur, Farinac. quæſt. 29. & ita arbitrariè contraueniẽs ſaluaguardiæ puniri poteſt, Guid. Pap. dec. 417. Neuiza. conſ. 83. Boer. dec.
21 179. Menoch. de arbitr. iud. caſu 338. & iurè cauſæ etiam poſſent auocari Caſſan. in conſuet. Burg. rubr. 1. verſ. ſecundus eſt.

## ARGVMENTVM.

Vniuerſitas quando iurè poſſit defenſionem accipere ſuorum Ciuium, & legitimè comparere contra Baronem.

Sententia lata contra Ciues particulares, an afficiat omnes alios, ſi Vniuerſitas defenſionem ſuſceperit.

Ciuis an onus litis ad comunitatem ſpectantis aſſumere poſſit.

## *SVMMARIVM.*

1 *Vniuerſitas uti Mater* Ciuium, *habet auctoritatem, comparendi pro ſubditis moleſtatis, & nu. 4 declaratur.*

2 *Vniuerſitas poteſt dare capita contra Baronem, pro grauaminibus illatis Vaſſallis, etiam criminaliter.*

3 *Pater pro filio, Maritus pro vxore, ſocer pro Nuru, Monacus pro Monaſterio, poſſunt accuſare.*

5 *Vniuerſitas ſi aſſumat litem pro Ciuibus, an ijs ſuccumbentibus ſententia noceat Vniuerſitati.*

6 *Sententia lata contra Mercatores, vel alios de Collegio, an noceat omnibus.*

7 *Præſcripto iure exigendi vectigal, vel gabellam, contra multos, an ea extendatur contra alios.*

8 *Onus perſonale afficit eas perſonas, quæ patiuntur, Reale onus, extenditur ad omnes ſimiles perſonas.*

9 *Baro ſi coegerit aliquas perſonas, ad indebita ſeruitia, an acquirat ius quoad alios.*

10 *Ciuis an poſſit aſſumere litem pertinentem ad Vniuerſitatem, & ſolus iurè poſſit defendere.*

11 *Demanium an poſſit per vnum Ciuem peti.*

12 *Ciuis ſi vtilitèr pro vniuerſitate defendenda ſumptum faciet, repetit.*

13 *Subditi an teneantur veniam petere, quan-*

Digitized by Google

*quando litẽ proponunt contra Baronẽ.*
14 *Venia ſollemnitas non obſeruatur.*
15 *Vaſſallus, quando non poſſit actionem criminalem contra Baronem proponere.*
16 *Vaſſallus quando non poſſit patrocinari, vel teſtificari contra Baronem.*
17 *Vaſſallus feudatarius differt à burgenſi.*
18 *Vaſſallus, an impunè poſſit occidere Baronem ſuum foriudicatum.*

## CAPVT XIIII.

VNiuerſitas vti Mater
ſuorum Ciuium, le-
gitimè, abſq; man-
dato poteſt compa-
rere, defenſionem
ſuſcipiendo pro ijs,
indebitè moleſtatis
& iurè capita con-
tra Baronem, prò releuandis ciuibus
1 oppreſſis, proponere valet, vt inciden-
ter in præced. tract. diximus; quæ quæ-
ſtio cum ſit vtilis, declaro, eam etiã ha-
bere facultatem proponendi querelam
iniuriarum, & alias actiones intentare,
proùt licèt Patri pro filio, Marito pro
2 vxore, Socero pro Nuru, Domino pro
ſeruo, Epiſcopo pro Eccleſia, Monaſte-
rio pro Monaco, Collegio pro Colle-
giatis: ſic & vniuerſitati Azzo in ſum-
ma tit. de iniur. Plaz. in Epitom. delic.
lib. 1. cap. 6. Gomez. var. reſolut. tit. de
delict. cap. de iniur. Clar. & Baiard §.
3 iniuria, & abundè Farin. tit. de varijs
crim. quæſt. 105. inſpect. 6. quam con-
cluſionem non ſic ſimpliciter eſſe in-
telligendam ſcias, nam procedit, ſi Vni-
uerſitas defendat Ciuem à moleſtia,
quæ in conſequentiam aliquod reſpi-
4 ciat ius Vniuerſitatis, vt diſtinguit Cra-
uet. conſ. 55. & pũtualiter Add. ad Spe-
cul. tit. de Decim. §. 1. vbi habetur, Vni
uerſitatem poſſe in ſe aſſumere litem,
quæ contra vnum, pluresue Ciues ſit
mota, ſi ex ea ſententia oriri poſſit ali-
quod præiudicium ſaltim ſecundariò,
aduerſùs publicum, & ita videtur in-
ruere Theſſ. dec. 16. nu. 7. in fine, ac
Doct. in l. Ciuitatibus. ff. de legat. 1.
Verùm eſt animaduertendum, quod
5 Vniuerſitate aſſumente defenſionem
litis particularis Ciuium, ſententia po-
ſtea lata contra Ciues afficeret etiam
ipſam communitatem, vti lata ipſa au-
dita, & cum legitimo contradictore, &
noceret etiam ſucceſſoribus, Vrſil. dec.
67. Guid. Pap. dec. 279. & 549. qui in-
6 ferendo dicit, ſententiam latam contra
aliquos mercatores, Collegio pro ijs
comparente ſuper ſolutione gabellæ,
vel vectigalium nocere omnibus, licet
non interfuerint in Iudicio, quia cauſa
fuit agitata Collegio audito, quod om-
nibus facit præiudicium, & Bero. conſ.
137. vol. 3. Prout præſcripto iure exi-
gendi vectigal reale, talis præſcriptio
7 afficit omnes, quamuis contra eos nil
fuerit actum, ex notabili doctrina Bald.
in l. ſi quis diurna, ſecundo notab. ff. ſi
ſeruitus vindic. Inde, qui aliquam ſer-
uitutem in Territorio acquirit, poterit
eam exercere etiam contra aduenas ibi
venientes Iaſ. in l. 3. num. 39. ff. de ac-
quir. poſſeſ. Molin. de Primogen. lib. 2.
cap. 6. num. 17. Garſia de expenſ. cap. 9.
8 num. 39. quia ius reſpicit rem, ſecùs ſi
perſonam, & ſeruitium ſpectant ad obli
gationem perſonalem, nam tunc affice-
ret illas, cõtra quas ſit moleſtia, & præ-
iudicium, & non ex hoc inferri poſſet,
eſſe de iure ſubauditam Communita-
tem. Iaſ. in l. diuortio §. impedimenta ff.
ſol. matr. qui ait, Baronem nõ poſſe co-
9 gere ſubditos ad cuſtodiendum ca-
ſtrum, vel carceres, & ſi aliquos adſtrin-
xerit, hoc ſeruitium perſonale præſti-
tum, non nocere Vniuerſis, niſi præten-
deretur, hoc ius deberi per focularia,
quia tunc officeret, vti ſeruitium reale,
ad quod omnes eſſent obligati, Boer.
dec. 212. latè, & Garſia loco ſupra
citato.
E contra videmus, an Ciuis poſſit aſ-
ſumere ipſe defenſionem, ſpectantem
10 ad Vniuerſitatem, licet ipſa ommictat

E hoc

Digitized by Google

hoc onus agendi, vel ſe defendendi, dixi ſing. meo 20. remiſſiuè, quod ſic quia actiones populares quilibet perſequi poteſt. l. 1. cum ſeq. ff. de popul. action. l. eum qui §. in popularibus ff. de Iur. Iuran. Crau. conſ. 195. in fi. & ſic vidimus, in cauſis Demanij, aliquos par-
11 ticulares acclamaſſe ad libertatem pro omnibus, nam in ijs quæ pertinent ſingulis vt ſingulis, quilibet habet actionem, l. per fundum ff. de ſeru. ruſt. præd. Capic. dec. 28. & etiam ſi ius reſpiceret vniuerſũ, poterit ſuo ſumptu quis agere, & defendere, & iurè expenſas repe-
12 tere valebit. Palat. Ruu. in repet. cap. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. §. 39. n. 6. Auend. cap. 4. n. 31. de exeq. mand. Fontan. de pact. nup. clauſ. 4. glo. 10. n. 90. Oldrad. conſ. 38. & proindè cõtra Barones aliqui Ciues poſſunt dare capita ciuilia, & criminalia, agendo, vel defendendo totam Vniuerſitatem. Sed quid ſi ſuccumbat Ciuis, an ſententia noceat Vniuerſitati, ſũt vidẽda quę abundè adduxit Auend. par. 1. cap. 5. n. 9. Capp. Tholoſ. dec. 485. & latiùs Fõtan. de pact. nupt. lib. 1. Clauſ. 4. gloſ. 10. parte 1. n. 30. cũ ſeq. Crau. conſ. 55.

Inſuper notandum duxi, an Vaſſallus quando conuenire debeat ſuum Baronem in cauſis ciuilibus, teneatur veniã petere, cum omnis ſubiectus agere vo-
13 lens, ad talem reuerentiam teneatur, & quod ſic, probat tex. in l. 2. ff. de in ius voc. ibi (neque conſulem, prætorem, vel alios magiſtratus) & quod ad pœnam iuris teneatur, ſi talem obedientiam non præſtiterit, Oliban. inſtit. de action. §. pœnales num. 150.

Cõtrarium tamen in practica eſt receptum, vt nulla præcedente venia lis à Vaſſallo contra Dominum inſtaurari poſſit. Vrſil. ad Affl. dec. 265. n. 28. Peregr. de Iure Fiſci. lib. 7. tit. 3. num. 2. Boer. dec. 271. Polido. Ripa obſeru. 39.

Imò quãdo proceditur ſola facti ve-
14 ritate inſpecta hæc ſollemnitas nõ eſt neceſſaria, Ozzaſc. dec. 30. num. 21.

An autem actionem criminalẽ Vaſſallus contra Baronem ſuum mouere poſſit, & videtur, quòd non, ex Capic.
15 dec. 118. num. 7. & ſic apparet innuere D. Franch. dec. 162. num. 9. Verum talis opinio non eſt in Vaſſallo Burgenſi recepta, ſed in Vaſſallo ratione feudi. Doct. in cap. 1. de milit. Vaſſ. qui cõtum. eſt. Indè Vaſſallos non poſſe deponere, vel patrocinium præſtare contra
16 Dominos ſuos, dixit Aluar. in cap. 1. §. in quibus de conſue. recti Feud. argum. ex l. libertorum C. de teſtib. vbi hoc diſponitur in liberto, & valet argumentũ de vno ad alium, Andr. in cap. 1. nu. 5. quib. mod. feud. amic. de Pont. conſ. 91. nu. 17. & ita obſeruandum aiunt Sonsb. in vſu feud. par. 12. tit. quomodo feud. amiſ. Gratian. diſcep. 597. & proinde talis propoſitio fuit recepta in Vaſſallo
17 feudatario tantum, non in Burgenſibus, qui in ciuilibus, & criminalibus ſine ſcrupulo examinantur, & recipiuntur, vt Aluar. loco citato, eſt enim magna differentia in ſubdito ratione ſubiectionis, & in Vaſſallo feudatario, Natta conſ. 367. & 598. Nam Vaſſallus propriè eſt, qui aliquid in feudũ à Domino recipit, Luc. de Penna in l. cum ſcimus C. de agric. & cẽſ. lib. 11. Gram. conſ. ciuil. 247. Surd. conſ. 72. Iſti iurant fidelitatem, & alia, vt Cabed. dec. 44. par. 2. & ſunt magis obſtricti, quam ſubditi ratione domicilij, vt dixi prag. 8. par. 1. num. 122.

Et cum hac diſtinctione reſoluitur alia concluſio, quod Vaſſalli non poſſunt occidere ſuum Dominum foriudicatum. Clar. §. homicidium num. 54.
18 Monticel. reg. crim. 3. Cœpol. conſ. 5. Nam debet intelligi, in Vaſſallis feudatarijs, non in burgenſibus. Farin. quæſt. 103. nu. 286. Nell. tract. de bannit. p. 1. temp. 2. q. 22. & p. 2. q. 10. quia non habet tantam obligationem Vaſſallus Burgenſis, vti feudatarius, qui iurat ſeruare ſuum Dominum incolumen, adiuuare, & vitam cuſtodire, vti in capitulo 1. de forma fidelit.

AR-

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Vaſſalli quando omiſſo medio impunè Regios Superiores adire poſſint, & an abſquæ Proregis licentia Regem quis accerſire valeat, An fugiens ad Superiorem, vel frangens carceres puniri debeat, & ſi ſtet habilitatus, an cautio exigi poſſit.

### SVMMARIVM.

1 *Baro an poſſit pœnalia bāna emittere, vt nemo prorogare debeat ſuam Iuriſdictionem, vel omiſſo medio ſuperiorem adire.*

2 *Vaſſalli per ſaltum Principem adire non debent.*

3 *Iuriſdictio eſſet fruſtatoria, & vileſceret, ſi impunè poterit fraudari.*

4 *Banniri poteſt Territorium, ne quis audeat intrare in ſuum.*

5 *Proregis licentia requiritur, vt quis poſſit ad Regem accerſire.*

6 *Ambaſciator an impunè poſſit accedere ad Regem, non obtenta licentia à Prorege, & an mittentes poſſint puniri.*

7 *Licentia an petenda ſit à Prorege, Si contra eum accedendum ſit.*

8 *Banna pœnalia, ne quis adeat Regios Superiores, non poſſunt fieri per Barones ſine licentia Proregis.*

9 *Vaſſallus impunè ob iuſtum timorem, omiſſo medio poterit Superiores adire.*

10 *Vaſſallus ſub prætextu grauaminis an poſſit carceres frangere impunè, & Superiorem adire, & an cautio dicatur rupta ſi ſtat habilitatus.*

11 *Diſtinctio affertur, quando in ſupradicto caſu quis poſſit puniri.*

12 *Fugiens ad Superiorem, vt non ſit in pœna, nulla mora poſpoſita recta via debet accedere.*

13 *Fuga temeraria ſi non poteſt excuſari, pœna debetur.*

## CAPVT XV.

Controuerſa eſt quæſtio, ſi pœnalia banna, Baro emanare poſsit, vt nemo ex Vaſſallis prorogare habeat ſuam Iuriſdictionem in alium Iudicē, neq. adire Regios Superiores omiſſa prima inſtantia, vel ſecunda (ſi appella-
1 tionum ius teneant) & iurè in caſu cōtrauentionis pœna exigi valeat, & licèt cū diſtintione hunc articulum explicauerim, fundando hoc pro Iuriſdictione conſeruāda Baroni licere, & pœnam poſſe imponi; adhuc aliqui difficultatem in hoc poſuerunt, vt nouè Viſcont. in ſuis Concluſ. verbo Baro. Propterea latiùs hunc punctum explicare putaui. Dico itaq; non eſſe licitū recurſum ad Superiorem, omittendo inferiorem, qui Iuſtitiā miniſtrare poteſt, quia contemneretur Iuriſdictio l. litigatores ff. de Arbitr. Roman. cōſ. 332. Scrader.
2 de Feud. par. 10. ſect. 12. nu. 124. Et iurè Vaſſalli per ſaltum ad Principē accedere non debent, nā ſi primus Iudex non grauauit, cùr ſecundus erit adeundus? Farin. quæſt. 30. n. 174. Marta dec. 234. Seſe de Inhibit. c. 26. vnde ſtante hac Iuris diſpoſitione, ſi ſpreto Iudicis præcepto, impunè Vaſſalli fraudare poſ-
3 ſent, fruſtatoria eſſet Iuriſdictio. Cabal. reſolut. crim. caſu 42. n. 2. Tuſc. concl. 64. litera R. Et feuda hodie quaſi omnia ſunt emptitia, & Iuriſdictio dicitur onerōſa, quapropter non debet quis fraudari, Bal. in l. 1. ff. de rer. diuiſ. & in ſuo quis habet ius prohibendi, ne alius vtatur, l. diuus ff. de ſeru. ruſt. præd. ibi (non eſt conſentaneum rationi, vt per aliena prædia, inuitis Dominis aucupiū faciatis) Inde oritur, quod fiūt bāna pœ-
4 nalia, quæ ſunt attributa Iuriſdictioni Baiulorū, & pœnæ introeuntiū in alienos fundos abſq. licentia exiguntur, vt dixi prag. 8. par. 2. in fine.

Si enim hoc licet in negotijs priuatis, fortius, & pro Iuriſdictionalibus, quę ſunt maioris præiudicij, Doct. in l. Imperium ff. de Iuriſd. omn. Iudic. & in l. 1. ff. ſi quis ius dic. non obtemp.



Digitized by Google

Indè oritur alia iuris concluſio,quẽ-
quam non poſſe Regẽ adire,abſq. Pro-
5 regis licẽtia,qui cognoſcere habet, an
ipſe prouidere poſſit, quod à Principe
erit requirendum, nec impunè Amba-
ſciatores Ciuitas mictere poterit, nec
Rex audientiam eis tenetur præſtare,ſi
omiſſo Prorege deſtinato ad Iuſtitiam
6 miniſtrandam, ipſum voluerint mole-
ſtare ad tex. in l. ſi quis decurio. la 1.
Iuncta glo.C.de Decurion. lib. 10. ibi
(non ante diſcedat,quam inſinuato Iu-
dici deſiderio proficiſcendi licentiam
conſequatur, quod ſi pro ſua audacia,
paruifecerit, indignationem competen
tem ſortiatur) vbi Rebuff. notat, iſtam
indignationem, eſſe arbitrariã pęnam
qua tranſgreſſores puniri poſſunt,& ſic
de Pont.de poteſt.Proreg.tit.2.§ 7.ni-
7 ſi tractaretur de cauſa merè pertinente
ad Regem immediatè,vel contra ipſum
Proregem,nam tunc ſine licentia, poſ-
ſe proficiſci dixerunt, de quo articulo
eodem tempore ſcripta exierunt D.Re-
gentis Tapiæ, qui ſuo more doctiſsimè
hoc explicauit,dec. 27.& Giurba conſ.
69.ad quos recurre, quia nil intactum
reliquerunt.

Et redeundo ad inſtitutam quæſtio-
nem,concludimus,licita eſſe banna, &
pecuniaria pœna poſſe comprimi con-
traueniẽtes. Verum aduerte,vt dixi,ta-
lia banna præuia Proregis licentia eſſe
8 promulganda,Ozzaſc.dec.78.n. 19.in
fine,Couar.var.reſol.cap.4. n.8.& vi-
demus in practica à Collaterali Conſi-
lio continuò tales litteras inhibitoria-
les impetrari à Baronibus.

Limitatur tamen dicta concluſio, ſi
ex legitima ratione, Vaſſallus tam pro
cauſa ciuili, quam criminali ad ſuperio
res cõfugeret ob iuſtum timorem gra-
9 uaminis inferẽdi,vel illati,arg. ex l.cõ-
tra pupillũ ff.de re iud.l.milites §.deſer
torẽ ff.de re mil.Gram.vot.37.& conſ.
66.n. 70.Boer.dec.215.n.27. & diffusè
D.meus Reg.Valenz.conſ.50. ex n.20.
Adeò quod impunè carceratus, etiam
10 aufugere poterit, & ſi ſteterit ſub cau
tione,recurrendo recta via apud Magi-
ſtratus fideiuſſio non dicitur rupta,
Gram. voto 39. Maſtr. deciſ. 295.
Menoch. de arbitr. Iud. caſu 301.
n.7.Maſcar.de probat.concl. 820.nu.
13.Vrſil.dec.130.& Baiard.quæſt.21.

Iuſtumque timorem eſſe reputatur ſi
iniuſtè quis fuerit citatus, aut carcera
tus.Farin.quæſt.30.n.174.& quæſt.48.
nu.30.& ſic ſi Baro eſſet inimicus, vel
ſi tractetur cauſa, in qua Dominus ha-
beat intereſſe,nam non grauatur Baro,
ſi ſubditus recta via iter arripiat apud
Superiores,quia iſte recurſus habet vi-
11 cẽ appellationis,cap.cum olim. de do-
lo,& contum.cap. cum cauſa. de offic.
deleg.& Marta dec.234.dummodo re-
cta via, non diſtrahendo ad extraneos
actus,ſi ille erit carceratus, vel habili
tatus cõfugiat,Ann.ſing.561.alias cau-
12 tio infringeretur,vt Marta d.dec.& Fa-
rin.loco ſupra citato.Si vero fuga eſſet
temeraria ſine cauſa grauaminis, vel
abſq; legitima ſuſpicione, tunc ſimili-
ter fideiuſſio præſtita deberetur,& car-
ceratus pro tali cauſa poſſet arbitraria
13 pęna puniri,Cabal.reſol.crim.caſu 42.
Farin.quæſt.30. nu. 4. qui Cabal.dicit
fuiſſe punitum carceratum,qui cùm au
dacia fregit carceres,dum potuerit hoc
à Superiore impetrare, vt ipſum excar-
ceraret,pręſtita cautione de parẽdo mã
datis, cauſa enim ſatis vrgens eſſe de-
bet,vt carceres qui pro loco ſancto re-
putantur,de facto effringantur,Bertaz.
cõſ. crim.35.Gram.conſ.51.Roland.à
Valle conſ.40.Surd.conſ.182.& Clar.
quæſt.21.ſed recurſus ſolus, iuncta alia
rationabili cauſa eſt imponis,& ſic cõ-
ciliantur Doctorum opiniones,inter ſe,
ſuper hac quæſtione diſſidentes.

## ARGVMENTVM.

Conſuetudo extrahendi ſubditos de loco ad locum,in ciuilibus,& criminalibus,an ſubſiſtat.

Baro, quando locum Iudicis contra ſolitum mutare poſſit.

Vniuerſitas an ſolitũ Mercati locũ, Barone,vel aliquibus Ciuibus reluctantibus mutare valeat.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Barones non poſſunt ſubditos extrahere in ciuilibus, nec criminalibus.*

2 *Cõſuetudo extrahẽdi carceratos à ꝓpria Patria ad alium locum, an ſubſiſtat.*

3 *Locus maiorum, & ſolitus, eſt in iudicijs attendendus.*

4 *Officialis ſi eſt ſolitus reſidere in vno loco, & tenere plures terras ſub ſua iuriſdictione, an Baro poſsit conſuetudinem mutare.*

5 *Separari an poſsint Caſalia à Capite, & diſmembrari, quoad iuriſdictionem Officialium.*

6 *Præſes Prouinciæ non poteſt Tribunal tenere in ſua Domo, niſi ex cauſa.*

7 *Iudex ſecundarum cauſarum non poteſt auocare cauſas à prima, niſi per viam appellationis, & niſi à Barone ei data ſit hæc facultas.*

8 *Acta facta à Iudice ſecundarum cauſarum ſunt nulla, ſi ſine termino Iuris non data appellatione, ſe intromiſerit in prima inſtantia.*

9 *Locus ſolitus Mercati, & Nundinarum, an poſſit per Vniuerſitatem mutari, contradicentibus aliquibus Ciuibus, & Barone.*

10 *Baro non poteſt ſe intromittere ſuper pertinentibus ad Vniuerſitatem, & adminiſtrationem ſui Status.*

11 *Locus commodus omnibus eſſe debet.*

12 *Via ſolita vnde Præſes ſolet facere ingreſsum, eſt attendenda, & ſic in proceſsionibus, & ſimilibus.*

13 *Tempus non eſt modus inducendi obligationem circa ea quæ sũt facultatis.*

14 *Intereſſe publicum præfertur priuato.*

15 *Decreta, & parlamenta facta ab vniuerſitate, ab ipſamet poſsũt reuocari.*

16 *Ciuibus an quæratur ius, ex actibus vniuerſalibus.*

17 *Locus Nundinarum Salerni, an potuit mutari, refertur.*

18 *Attenditur quod principaliter ſit, non quod in conſequentiam venit.*

19 *Tempus deſtinatum Nundinis, non poteſt mutari ſine aſſenſu Principis.*

20 *Carcerati poſſunt extrahi in ſecunda inſtantia.*

21 *Carcerati poſſunt mutari, & extrahi à proprio domicilio, ex iuſta cauſa.*

CAPVT. XVI.

1 ABundè explicaui in præc. tract. qualiter de iure Baronibus non eſt permiſsũ, poſſe primas inſtantias extra proprios lares ipſorum ſubditorum extrahere, & delegare, nec carceratos ad alios locos tranſmictere.

Nunc quærendum eſt, an ſubſiſtat conſuetudo in contrarium. Cumq; in
2 facto viderim ſatis controuerſum, dum aſſiderem in Prouincia Calabriæ, inter Marchionem Vallis; cum vniuerſitate Longobardi, prætendentem illos Vaſſallos poſſe extrahi in ciuilibus, & criminalibus ad iudiciũ in Terra Montisfrigidi Capite Baronię, quia ita erat antiqua conſuetudo, vt litigãtes ibi accederẽt, & carcerati in carceribus Mõtisfrigidi detinerẽtur, maximè quia dictum Caſale Longobardi, nõ erat multum diſtãs à loco Iudicij, & ibi Officialis ſemper reſiderat, de qua lite mẽtionem fecit de Pont. dec. 4.

Et quod carcerati, & litigantes ratione præſcriptę conſuetudinis, non obſtante Iuris diſpoſitione, poſsint trahi in alium locũ eiuſdem dominij, firmat Affl. in conſt. Regni Magni Camerarij, 9. notab. nã locus maiorum, eſt in Iudi-
3 cijs atẽdendus, ad tex. in l. ius pluribus, in fine ff de Iuſt. & Iure, & ita in terminis refert deciſũ Fontanel. de pact. nup. clau 4. glo. 10. par. 2. n 8. & innuit Frãch. dec. 166. n. 6. & dec. 526. n. 8. ac Belluga in Spec. Princ. rubr. 26. verſ. Ieſu Chriſti. n. 17. & ſic pro dicto Marchione in Sacro Conſilio prouiſum fuit.

Immò dum Marchio ille, ad petitionẽ dictorũ Vaſſallorũ Longobardi conceſſiſſet, vt ipſis conſtitueretur etiã Of-
4 ficialis in eo loco, conquæſta fuit Vniuerſitas Montisfrigidi, quæ vti caput Baroniæ tenebat pro auctoritate, vt di-



Digitized by Google

ctū Caſale vti vnitū, cōprehēderetur,
ſub Iuriſdictione ipſius Terræ, & quod
proindè Baro in ipſius præiudiciū nō
poterat diuidere iuriſdictionē cōtra ſo-
litum, & cōſtituere in eo Caſale alium
Officialem, ſimiliter fuit deciſum, vt
ſolitus locus Iudicij atenderetur, eo
magis quia erat intereſſe dictæ terræ,
nam vti caput, petebat ſibi conſeruari
5 hunc decorem, & dixit Ias. in l. prætor
ait §. deinde num. 3. ff. de noui oper.
nunt. quod intereſt capitis Baroniç, cō-
ſeruari, vt vicini, & caſalia non ſepa-
rētur in minimo à ſolito, ex Bart. in l. 1.
§. cum vrbem ff. de Offic. Præſid. & ſic
Staiban. refert iudicatum conſ. 17. &
Thorus 2. tomo poſtea viſus, verbo
Baro.

Item, dùm quidam Præſes Prouinciç
intenderet in ſua domo Tribunal tene-
re, reſtiti, quia locus deſtinatus erat
attendendus, & nō poterat mutari, vbi
maiores ius reddiderunt, & habito re-
6 curſu ad Proregem ſic iuſſit, vt cauſæ
deciderentur in loco antiquo, & locus
per Præſidem mutari nequeat, & ante
notauerat Io. Grand. de bello exul. fol.
78. cap. vbi reſidere debeat Præſes, niſi
adeſſet antiqua conſuetudo mutandi
locum, vt eſt Coſentiæ in Calabria ci-
trà, & Luceriæ Prouinciæ Capitanatæ,
in quibus locis, ob aeris intemperantiā,
tēpore Aeſtiuo Regiæ Audiētiæ ad ca-
ſalia melioris temperamenti, ſe transfe-
runt. Et ſic redeundo ad digreſſa, con-
ſuetudo loci Iudicij, & extrahendi car-
ceratos, de loco ad locum, licèt ſit con-
tra iuris diſpoſitionem, vt diximus ob-
ſeruanda eſt, dummodò ipſa conſuetu-
do talis ſit, quod habeat neceſſariā,
quæ notaui in prag. 1. ex num. 186. ſed
vſquequò ea conſtet, ſtandum eſt iuris
diſpoſitioni, vt iudicauimus in cauſa
ſequenti.

Quidam enim Princeps conſtituere
ſolebat Auditorem ſui Status, circa ap-
pellationes, cum auctoritate euocandi
7 cauſas primæ inſtātiç, ex Terris Status,
quando eſſent graues, & habito recur-
ſu ad Regiam Audientiam Hydrunti-
nam, prouidimus, vt præfatus Auditor,
præter cauſas appellationum abſtineret
iudicare, & dū ex parte Principis ſuus
Procurator compareret, præſentando
librum, vbi regiſtrabantur cōmiſſiones
Officialium, ex quo apparebat ex anti-
quo ſic fuiſſe expeditas patentes, omni-
bus alijs prædeceſſoribus, & quod con-
ſuetudo erat obſeruāda. Replicauimus
hoc habere iuris reſiſtentiam ex pluri
bus. Primò quia prima inſtantia in præ-
iudicium Ciuium in eo loco, debebat
recognoſci, vt diximus; ſecundo, nam
Baromet auocare non poteſt cauſas,
neque ſui Iudices ab officialibus, &
quod Iudex ſecundarum cauſarum, qui
ſe intromictit in primis nulliter agat.
Doct. in l. non diſtinguemus §. de of-
8 ficio ff. de recep. arb. per illum tex. con-
cludunt, quia Iudex appellationis re-
ſpectu primi eſt incompetens, & iuriſ-
dictio non poteſt ſtare inſolidum in di-
uerſis, Bart. in l. inter Tutores ff. de ad-
min. tutor. And. in conſtit. Regni Sta-
tuimus, in verſ. Generalia, & ibi Affl.
num. 13. Carau. ritu. 233. num. 7. & ita
in indiuiduo Staiban. conſ. 74. ſub nu.
9. & quod regiſtrum commiſſionum nō
probat legitimam conſuetudinem in
contrarium. Ideò prouidimus denuò,
vt abſtineret, & caperetur informatio
de allegata conſuetudine, parte
audita.

Vlteriùs, dum ſe offert tractari de
hac materia loci, an poſſit mutari: ſub-
do alium caſum, quem in facto habui-
mus in Reg: Aud: Calabriç. De-
curiones Vniuerſitatus Montis Alti, vo-
lebant mutare locum, vbi ab antiquo
9 fiebat Mercatum, & bona comeſtibi-
lia vendebantur. Contradicebant Ba-
ro, & aliqui Ciues complatearij de di-
cto loco, qui tenebant Apotecas, & ha-
bebant aliquod intereſſe, & adduce-
bant, quod locus ſolitus non poteſt de
iure mutari, tam in iudicijs, quam in
contractibus, & parlamentis faciendis
Franc. Marc. dec. 97. Ann. ſing. 355. ex
l. ſi locus ff. de Iudic.

In contrarium replicabatur ex parte
Vni-

Digitized by Google

Vniuerſitatis, quod ſtatuere ſuper ne-
gotijs ad politicam Vniuerſitatis con-
cernentibus, ſpectat ad eam, & non de-
10 bet ſe intromictere Dominus Caſtri,
cum Vniuerſitates habeant rempubli-
cam gubernandam l.fin.in fine C.de
diuerſ.reſcrip.Bart.in l. nulli num 7.ff.
quod cuiuſq; Vniuerſ. qui dicit, quod
ea quæ ſunt iuriſdictionis ſpectant ad
Rectores Poteſtatis, ea vero quæ perti
nent ad adminiſtrationem, vel orna
tum rerumpublicarum, ius eſt Priorũ,
& ſic Felin.in cap. cum omnes de con-
ſtit. num. 11. Affl. in prohęm. conſtit.
quæſt. 3.Nec poteſt alter in alterius
exercitio ſe intromictere, niſi in caſu
appellationis, ſed ex officio Baro ſe in-
gerere nequit, ſi benè, vel malè quid à
Sindico, & Electis fuerit ordinatũ, Fe-
lin.in cap.cum omnes de conſtit. & ibi
Hoſtienſ. & in terminis Gutier. de Iu-
ram.confirm.par.1.cap.38. num. 4. &
Auil in cap.Prætorum cap.17. glo. in-
cip. Prouer. num. 2.Cumq; poſſit vno
tempore vnus locus eſſe comodus, &
alio eſſe Vniuerſitati incomodus, & de
iure ad publicam vtilitatem eſt reſpi-
11 ciendum, vt probat tex.in d.l.ſi locus.
Ideò deſtinatus locus ab Vniuerſitate
mutari valet, Surgen. de Neapol. il-
luſtr. cap.10.num.34.

Nec refragari dicebatur, oppoſitio
aliquorum Ciuium, qui allegabant tex.
in l. obſeruare §. ingreſſus ff. de Offic.
Proconſ.& legat.quod locus ſolitus vn-
12 de ingredi ſolet Præſes, debet obſer-
uari, quem textum Doctores citant ad
propoſitum, vt iter vndè ſolet proceſ-
ſio Sanctiſsimi Sacramenti Corporis
Chriſti tranſire, non poſsit mutari, &
complatearij dicuntur habere intereſ-
ſe, quod nõ mutetur, vt ille locus ſolitus
honorificetur, & caſu iſto, allegabant
etiam habere intereſſe, quia Domus, &
apotecę propter Mercatum cariùs lo-
cabantur, & non erant mutãda quæ ex
antiquo ſolita fuere, l.minimè ff. de le-
gib. & ita ſuper hoc articulo reſpon-
dit Lucas de Penna in l.1.num.4. C.ne
Ruſtici ad vlla obſeq. lib.11.& facit tex.
in l. ſi cui ff.ſi ſeru. vindic Nam repli-
cabat Vniuerſitas, dicendo, quod ius
13 electionis loci, ſtat in facultate ipſius,
quæ nunquam potuit præſcribi, vt latè
dixi in prag. 1.n.208.& propterea, ſua
facultas non poteſt minui, & nullum
ius ex tempore platearijs quæri valuit,
quia tempus non eſt modus inducendæ
obligationis l.obligationum fere §. 1.ff.
de act.& oblig. Et non eſt habenda cõ-
14 ſideratio intereſſe particularis, cum vti-
litas publica ſit actendenda l. vnica §.
ne autem C. de caduc.toll.tãto magis,
quod electio loci non fuit facta cõtem-
platione illorum vicinorum, ſed ex vo-
luntate Vniuerſitatis; & ita reſpondit
Caſanat.conſ.10.num.39.1.vol.Imò de-
creta, & ordinationes factæ à Concilio
Vniuerſitatis, poſſunt ab ipſamet reuo-
cari, l.quod ſemel ff. de decret. ab ord.
faciend. Natta conſ.512. qui ampliat,
etiam ſi eſſent iurata, & aſſenſu Princi
15 pis roborata, quia nemo poteſt ſibi ipſi
legem imponere. l. ſi quis in principio ff.
de legat.1. & ex actibus vniuerſalibus,
nulli Ciui ius quæritur, glo. fin.in l. ſo-
leat ff.de offic.Proconſ. & bene Rolan.
16 à Valle conſ.5.num.70.lib.1. qui in
terminis loquitur, conſuetudinem indu-
ctam, non poſſe dici ſi Vniuerſitas in
certo loco ſtatuerit, vt victualia vendã-
tur, & mercatũ, vel nundinę celebren-
tur, ita quod non poſſit locus ille muta-
ri, & ex prædictis fuit deciſum ad be-
neficium Vniuerſitatis, & ita vidi po-
ſtea geſtum in Ciuitate Salerni, vbi
quamplurimę Apotecæ erant fabricatę
in loco ſuperiori iuxta Eccleſiã Sanctę
Mariæ Carmeli, & poſtea fuit mutatus
17 locus feriæ in loco inferiori prope Ma-
re, ex comoditate negotiatorum, vnde
feriæ, quæ celebrantur quotannis in
die Sancti Matthæi, fuerunt de loco ad
locum tranſmutatæ; non obſtante con-
tradictione illorum prætendentium in-
tereſſe, nam attenditur quod principa-
liter fit, quę eſt publica comoditas, quã-
uis in conſequentiam quis lædatur. l.ſi
18 quis nec cauſã ff.ſi cert.pet. Tiraq. de
retr. §. 30. glo.1.num.4.

Tem-

Digitized by Google

Tempus verò nundinarum ſtatutum
19 certa die ab Vniuerſitate, abſq; Principis aſſenſu mutari non poteſt, ne fiat præiudicium alijs Vniuerſitatibus, quæ forſan eo tempore, vel paulo ante, aut poſt, habent etiam priuilegium nundinarum, nam ob conflictum paterentur intereſſe, vt cõſiderat. Theſ. dec. 264. à num. 4. & de Pont. de poteſt. proreg. tit. de Mercatis.

Et coniungendo vltima primis: non licere extrahere cauſas ciuiles, nec criminales, neq; carceratos à proprio domicilio pro concluſione eſt dicendum; niſi contrãria eſſet legitima conſuetudo.

Itèm limita, in ſecũda inſtantia, nam
20 tunc carcerati poſſent extrahi, & ad Iudicem appellationis retrahi. Franch. dec. 526. in fine, dummodo Iudex ille ſit in loco iuriſdictionis Baronis, nam ſi iudicare habeat in loco extraneo non poſſet exercere iuriſdictionem, nec carceres habere, ſed in loco primo tenerentur ius dicere. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. aut. 30. Giurba conſ. 52. Lanar. conſ. 72. Maſul. ad Capic. dec. 118. nu. 3. Barbos. in l. 1. art. 2. nu. 11. ff. de iudic. & dicam infra cap. 19.

21 Inſuper iurè extrahi poſſunt carcerati, ſi detineantur pro cauſa graui, & eſſet ſuſpicio in loco Domicilij, ne venenarentur, vel frangerentur carceres, quia eſſent debiles, vt vltra ea quæ dixi in præcedenti Comment. ſuper hac prag. num. 179. vide Cabal. caſu. 120.

## ARGVMENTVM.

Barones regulariter non ſunt obligati creare Officiales iuriſperitos, ſed quid ſi neſciant legere, vel ſcribere.

Iuriſdictio quæ ad Gubernatorẽ, & quæ ad Aſſeſſorem pertineat diſtinguitur.

## SVMMARIVM.

1 *Baro non eſt obligatus conſtituere Officialem in terra iuriſperitum, cum de iure illiterati poſſunt eſſe Iudices.*

2 *Officialis ſine uoto iuriſperiti non poteſt controuerſias decidere, alias acta nulla, ſine uoto Aſſeſſoris.*

3 *Iuriſdictio ſtat pœnes Officialem, & nõ pœnes aſſeſſorem.*

4 *Magiſtratus tenetur de malo conſilio aſſeſſoris.*

5 *Carcerum cuſtodia, & pertinentia ad iuſtitiam, pertinent ad Gubernatorem.*

6 *Differẽtia inter Aſſeſſorem adſcriptũ, & datum cum iuriſdictione declaratur.*

7 *Officialis quando ſine uoto poſſit carcerare, notatur.*

8 *Officialis non poteſt reum habilitare ſine conſilio ſui Aſſeſoris.*

9 *Officialis in Ciuilibus, non debet ſe intromictere, cum pertineant ad aſſeſſorem quaſtiones ciuiles.*

10 *Officialis pro auctoritate Officij debet ſubſcribere decreta, & ſentẽtias latas ab aſſeſſore.*

11 *Iudices an creari poſſint, qui neſciunt ſcribere, vel legere.*

12 *Cœcus an poſſit creari Iudex.*

## CAPVT XVII.

Baro pro Iuſtitia miniſtranda Officialem Doctorem, vel iuriſperitum eligere non tenetur, cum illiterati Iudices eſſe poſſint, l. certi iuris C. de Iudic. l. expertes C. de Decur.
1 lib. 10. verum Aſſeſſorem peritum, illi conſtituere debet, & ſi ipſe non prouidebit, Officialis ille, vbi concilium requiritur, & adeſt partium altercatio, tã in ciuilibus, quam criminalibus à perſona iurisperita votum habere tenetur, aliàs

Digitized by Google

aliàs omnia geſta eſſent nulla, etiam ſi partes non petierint, & non adfuiſſet
2 oppoſitio, Fontanel. de pact. nupt. clau. 4. glo. 10. part. 2. num. 162. & Cancer lib. 3. var. reſol. cap. 17. nu. 386. Sed exiſtente neceſſario Aſſeſſore alterius conſilio vti non debet, & acta eſſent nulla, Bart. in l. ſi Titium, aut Mæuium, verſ. & eadem ff. de admin. tutor. Vãt. de nullit. fol. 101. nu. 152. verſ. ſi igitur, de Ponte in tract. de poteſt. proreg. in fine.

Et dum eſſet valde altercatum inter Gubernatorem Brunduſij, & Aſſeſſorem (vt continuò inter omnes iſtos eſſe ſolet) habito per eos recurſu apud S.E. fuit cauſa delegata Regiæ Audiẽtiæ Hydruntinæ, vt de iuſtitia prouideret:
3 Prętendebat Gubernator in nihilo Aſſeſſorem debere ſe intromittere, niſi in ijs, in quibus requirebatur ab ipſo Officiali, & fundabãt eius Aduocati aſſumptum, quòd omnis iuriſdictio ordinaria ſtet pœnes eum, & Aſſeſſor non habeat niſi in iudicando votum conſultiuum, l. 2. C. de aſſeſſor. gloſ. fin. in l. 1. verſ. ſed an iudicare ff. de offic. aſſeſſor. Paris de ſindic. verbo Aſſeſſor Io. de Amico conſ. 109. Mantica dec. 5. vnde iure proprio, ſe intromittere non poteſt in cauſis iudicialibus, Tuſcus littera C. concluſ. 771. Burg. de modo proced. q. 81. nu. 15. Roſental. de feud. cap. 12. concl. 9. par. 2. Inde
4 Magiſtratus de malo conſilio tenetur, & ſindicari poteſt, & Aſſeſſor acceſſoriè, Dec. conſ. 8. quia ſententia fertur ſub nomine ipſius, & non Aſſeſſoris, l. metum §. ſed quod prætor. ff. quod metus cauſ. Iaſ. in d. l. 1. Cępol. caut. 258. Marſil. in ſua praxi §. ſupereſt. ex nu. 17. Ideo ad ipſum pertinent carceres, & baculum iuſtitiæ, & de ſuo ordine
5 pſonæ debẽt carcerari, & excarcerari.

Ex parte Aſſeſſoris reſpondebatur omnia allegata vera eſſe, in caſu quo
6 Aſſeſſor eſſet ab Officiali voluntariè aſſumptus, ſecus ſi eſſet neceſſarius, & ei fuiſſet collata iuriſdictio à Barone, vel Prorege, iudicandi, & Iuſtitiam miniſtrandi in Terra deſtinata, nam tunc habet iuriſdictionem ordinariam, Boſſ. tit. de ſent. ſub nu. 22. Inde videmus in literis commiſſionalibus quod Prorex creat eos, Iudices, & Aſſeſſores, vndè in cauſis criminalibus Aſſeſſor ſuam auctoritatem, conſilium, & votum dare debet, aliàs acta, & omnia alia geſta eſſent nulla, Bouadil. lib. 1. Polit. cap.
7 12. Fontanel. loco citato. Et Gubernator non poteſt quẽquam carcerare prætextu cuiuſcunq; cauſæ abſq; conſilio Aſſeſſoris, niſi publicos delinquentes, contumaces, & in fragranti crimine repertos, Laurent. dec. Auen. 125. Clar. quæſt. 28. nu. 7. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 9. nu. 3. & captos detinere, nec relaxare, aut habilitare, tranſige-
8 re, condemnare, vel aliquem alium actum iudiciarium exercere poteſt. abſq; Aſſeſſoris voto, Carau. ritu 39. Paris de ſindic. fol. 90. Vant. de nullit. fol. 101. Et contrarium faciẽdo, tenetur Aſſeſſor ei reſiſtere, & Superiori denunciare, vt fuit ſtatutum per cap. Regni incip. Item quod præfati iuſtitiarij, & Capitanei. In tantum, quòd ipſe Aſſeſſor tenetur, ſi quid fuerit ſuo voto benè, vel malè geſtum, & Gubernator de malo conſilio excuſatur, exiſtente Aſſeſſore neceſſario, Cur. Iaſ. & alij, in rubr. de offic. eius cui mand. eſt iuriſ. Giurba conſ. 31. Marta vot. 93. num. 33. Menoch. de arbitr. quæſt. 23. & adeò habet iuriſdictionẽ, quòd deficiente Gubernatore poteſt fungi officio etiam illius, Carau. ritu 64. in fine, & extat prag. 89. cap. §. 15.

9 In ciuilibus autem, penitus Gubernator ſe intromittere poteſt in decretis interlocutorijs, & diffinitiuis faciendis, maximè quando adſit partium diſcuſſio, & punctus iuris decidendus, ſed in diffinitiuis ſententijs conſuetum eſt, auctoritatem præſtare, in eis ſe ſubſcribendo tantum, iuxta gloſ. in l. 1. verbo decretis ff. de offic. aſſeſſor. & l. 3. C.
10 eod. tit. & ſic pro dicto Aſſeſſore iudicauimus, prout deinde vidi expeditos ordines à S.E. & Collaterali Cõſil. ad in-

Digitized by Google

inſtantiam diuerſorum Iudicum terrarum demanialium, vt Gubernator abſq; Iudicis voto non audeat quēquã carcerare, niſi in fragranti crimine repertos, & ſic neque excarcerare, vel habilitare, aut citare.

Sed antequam abſoluam hũc articulum addo alium caſum, quē in facto habuimus in dicta Regia Audientia. Erat enim cõſtitutus in Terra Turza-
11 ni Officialis, qui neſciebat legere, nec ſcribere, ſolum faciebat ſignum Crucis pro ſubſcriptione. Pugnabat Vniuerſitas ipſum acceptare, Baro respondebat, de iure illiteratos in Officiales eligi poſſe, vt ſupra diximus, & late Maſtril. de Magiſtr. lib. 2. cap. 3. replicabatur ex parte Vniuerſitatis, quod vna lex declaratur per aliam, l. non eſt nouum ff. de legib. & videmus tutores quorum munus eſt vtilitate priuatũ ꝙ excuſantur quando neſciunt ſcribere §. ſimiliter Inſtit. de excuſ. tutor. fortius in munere auctoritate publicum in quo officium eſt neceſſarium, vt ſciãt legere, & ſcribere proceſſus, & acta,
12 inde cęcus remoueri poteſt, Blanc. de comprom. quæſt. 2. nu. 31. Iudicauimus vt Baro prouideret de alio, quia dedecus erat iuriſdictionis ſimiles perſonas habere, & tex. d. l. certi procedit, vt non ſit neceſſe, vt ſint periti in iure Officiales, ſed non quod ordinarij neſciant ſcribere, & legere, & miror, quod Maſtrill. & alij, qui ex profeſſo hunc articulum tractarunt, in hoc non animaduerterint aliqua dicere, & diſtinguere.

## ARGVMENTVM.

Barones an per Locumtenentes officia exercere valeant, & per longũ tempus Officialibus licentiam dare.

Officialis ſi ex legitima cauſa diù erit abſens, an tanto tempore Locumtenens creari poſſit, vel officium prouideri debeat.

Subſtituens quando teneatur pro ſubſtituto.

## *SVMMARIVM.*

1 *Baro non poteſt per Locumtenentẽ officia exercere, ſed ordinarium conſtituere debet per annum.*

2 *Baro poteſt dare licentiam Officiali, per dies, & non vltra.*

3 *Subſtitui quis non poteſt in officio, niſi ad modicum tempus.*

4 *Abſentia officialis pro toto anno non debet excedere menſem.*

5 *Officiali ſi erit iniunctum ſeruitium Regium poterit ab officio abeſſe.*

6 *Officialis recedens ſine licentia poterit officio priuari.*

7 *Officialis ſi procurauerit aliquam delegationem à ſuperiore, an Baro poſſit officium alij conferre.*

8 *Quod vna via probibetur ex alia admicti non debet.*

9 *Impedimentum neceſſarium eſt in conſideratione, & non procuratum.*

10 *Salarium duplex eodem tempore an eſt permiſſum.*

11 *Officialis ad modicum tẽpus poteſt Locumtenentem conſtituere ſed quid ſi Baro in caſu abſentiæ Officialis alicui dederit commiſſionem.*

12 *Officialis an teneatur de malè geſtis à ſuo ſubſtituto.*

13 *Subſtituens in caſibus à lege permiſſis non tenetur de culpis ſubſtituti.*

14 *Subſtituens quando de iure tenetur pro defectibus ſubſtituti, an criminaliter etiam puniri poſſit.*

15 *Subſtituens, an præſentando ſubſtitutum liberetur.*

16 *Subſtituendus debet eſſe paris qualitatis cum ſubſtituente, alias eſt in culpa ſubſtituens.*

17 *Sindicus, vel quiſquam electorũ de regimine, quando in ſui abſentiam aliquem ſubſtituere poſſit.*

CAP.

Digitized by Google

## CAPVT. XVIII.

BAroneſ in ſuis terris, ordinarios Officiales deputare debēt, vt iuſtitiam ipſi per annū adminiſtrent, & Locumtenentes, ad libitum tenere prohibentur, vt dixi in præced. Cōment. & probat etiam
1 tex. de iure comuni, in auth. vt nulli iudicum in princ.

Poteſt tamen Baro ex cauſa infirmitatis, vel ſimilis caſus, per aliquod tempus, Officiali licentiam dare, l. 2. C. de Officio eius. Carau. Ritu 7. Barboſa l. cū prætor §. 1. n. 381. ff. de iudic. Imò ex legitima cauſa, ipſemet Officialis diſcedere poterit, & ſubſtitutum relinquere, Paris de Sind. verbo ſubſtituens, Auiles prætorum cap. 4. gloſ. 1. n. 24. & ſic data neceſſitate, limitatur diſpoſitio tex. l. inter artifices ff de ſolut. quæ
2 diſponit, non poſſe ſubſtitui, quandò electa eſt induſtria perſonæ, vt non procedat, dato legitimo impedimento per aliquod modicum tempus, Menoch. de arbitr. iud. quæſt. 76. num. 2. Duen. regula 178. Surgens de Neapol. illuſtr. cap. 25. num. 31. Roman. ſingul. 670. vlterius, etiam ſine neceſſitate, ſed co-
3 moditate, Officialis, Baro poterit illi licentiam dare per dies, Franch. dec. 98. in fine, ita quod abſentia menſem non excedat, vt Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1.
4 cap. 29. num. 24. Intrigl. ſingul. 118. lib. 1.

Inſuper, quid ſi Officiali erit commiſſum aliquod Regium ſeruitium, an ſine licētia poterit abeſſe, dic quod ſic,
5 nàm eo caſu tacitè diſpenſationem habere præſumitur, tex. eſt in §. ad hæc, in fin. Auth. de collat. Maſtrill. loco citato, niſi ſit procuratum, vt infra dicam.

Exceptis ergo aſſertis cauſis; Baro grauaretr, dando licentiam ordinario, cōſtituendo in terra Locumtenentem, ſi vero Officialis officium relinquat, ad ſui libitum, ſe abſentando, poterit officio priuari, Paris de Puteo de Sind. ver
6 bo licentia. Viu. dec. 356. Imò in litteris commiſſionalibus Officij, communis practica currit, vt apponatur conditio, vt non diſcedat, ſine licentia ſub pæna amiſſionis Officij, & ideò vigore legis, & conuentionis Officio priuari poteſt, vndè cum adſit prohibitio legis, & hominis, ſi Officialis contraueniret poſſet Baro alium creare, licèt ille annum non compleuerit, vt dixi prag. 5. in præced. tract.

7 Dubium in facto euenit, quòd quidam Officialis Sancti Petri in Galatina, ſibi procurauerat, quandàm cauſæ delegationem, & viſionem cōputorum, in Terra Vgenti, in qua vacauerat per aliquos Menſes. Vniuerſitas Sancti Petri cōquærebatur, quod Locumtenens non poterat excedere tempus viginti dierum, vt dixi in dicta prag. 5. & proinde comparuit in Regia Audientia, vt fieret Ordo Baroni, quod creare deberet alium Officialem, ſtante tanta abſētia ordinarij, & dum domi vnus ex Auditoribus, ſic prouidiſſet, replicatum fuit, abſentiam eſſe legitimam, & neceſſariam, cum facto Superioris erat cauſata, quo caſu Locumtenens poteſt interea exercere. Vniuerſitas reſpōdebat, vt ſi aperiretur hęc via, poſſent Ba-
8 rones ad libitum tenere Locumtenentes, quia procurarent ſuis Officialibus, aliquod eis commicti à Tribunalibus, & Locumtenentes ponere per Menſes, & Annos, & quod vna via eſſet prohibitum, per aliam admicteretur, contra regulam cap. cum quid de reg. iur. in 6. vnde commiſſa cauſa, dubia reddebatur quæſtio, & adducebatur ex parte officialis, Ferrer. obſer. c. 9. & Fontanel. de pact. nup. clauſ. 4. gloſ. 10. par. 1. nu. 100. qui dicunt, quod Locumtenens
9 quamuis pro modico tempore eſſe debeat, ex cauſa poteſt excedere mēſes, & multum tempus, ſi ordinarius erit impeditus propter infirmitatem, vel ſuſpenſus ob inquiſitionem, aut aliam cauſam, ex qua non poſſet Officio priuari,

Digitized by Google

uari, & alteri legitimè prouideri. Et cum iuſta cauſa abſentiæ dicatur Regium ſeruitium iniunctum, vt ſupra fuit dictum, videbatur pretenſionem Vniuerſitatis non habere legitimum fundamentum: Reſpondebatur huic motiuo, eſſe verum, quando impedimentum eſſet neceſſarium, vel ſeruitium motu proprio à Superiore illi
10 perſonæ eſſet iniunctum, ſed quia erat procuratum, & Officialis poterat ſe excuſare, quia duo officia incompatibilia quis exercere non debet. Barr. in l. ſi conſul. ff. de adop. Franc. Marc. dec. 7. par. 1. Ideò mandauimus dicto Officiali, vt infra certos dies redire procuraret, aliàs Baro deberet de alio prouidere. Et opinio Fontanel. procedit, quādo impedimentum non poteſt euitari, & reparari, & non aliàs.

Inſuper ſuper hac materia fuit controuerſum, in caſu quo legitimè Officialis diſcedere poteſt, ſi Locumtenentem, ſeu ſubſtitutum fecerit (cum ei lice-
11 re in caſu abſentiæ ſupra probauimus) & Baro alium conſtituiſſet, vt ſolent facere in omnem caſum, quo Officialis abeſſet alium deſtinare, quis eorum erit tùnc attendendus, Boer. dec. 152. Ricc. collect. 2035. pro electo à Barone deciſum referunt.

Quando verò fuerit ab Officiali electus, an de exceſſibus, & malè geſtis teneatur Officialis, qui illum ſubſtituit, Accidit enim, præfatum Gubernatorem Sancti Petri reliquiſſe ſuum Co-
12 gnatum, qui infinitas extorſiones, ac damna intulit, & poſtea aufugit, & Officialis in ſindicatu fuit impeditus, & controuerſum, ſi iure poterat conueniri, & condemnari ſubſtituens pro commiſſis à ſuo Locumtenente, dicebatur ſubſtituentem tunc de factis ſubſtituti teneri, quando non habet de iure cauſam legitimam ſubſtituendi, & ſine licentia ſubſtituit, l. nullus, & l. neminem C. de Decur. lib. 10. nam cum electa eſt eius perſona, non poteſt alium ſubſtituere, vt in d. l. inter artifices, cap. Regni: Quia de Vicarijs. Maſul. ad Capic. dec. 151. & adeſt Conſtit. Regni incip.
13 Officia, & cum in caſu de quo erat cōtrouerſia ſubſtitutio erat facta, ex iuris permiſſione, prætēdebat Officialis, non teneri pro culpis illius; ſed contrarium eſſe verum aſſerebant Ciues illius Terræ, quod etiam ſi neceſſitate, & non ex voluntate quis ſubſtituat, tenetur de illius culpis, & defectibus, vt probat tex. l. ad ſimilitudinem C. de Epiſc. & Cler. D. Rouit. in prag. 1. de Sindic. num. 55. & cōſ. 87. Tuſcus litera P. cōcluſ. 852. Regens de Pont. conſ. 85. vol 2. cum mala electio ſit in culpa l. cum mandat ff. de minor, & tunc quis non obligatur de geſtis à ſubſtituto, quando ille fuiſſet creatus ab Officiali de ordine Superioris, nam cum ipſe nō elegerit non tenetur, Burgos de Pax conſ. 48. Tuſcus litera O. concluſ. 99. Boer. deciſ. 217. Menoch. de arbitr. iud. caſu 302. & Farinac. quæſt. 24. num. 86. arg. tex. in l. fin. verſic. interdum ff. de cuſtod. reor. aliàs ſemper ſubſtituens eſt obligatus, nouiſſimè Giurba videndus conſil. 36.

14 An autem criminaliter, & ciuiliter teneatur, dic quod ſi non participauerit, aliqua pæna non eſt obnoxius, l. ex facto ff de negot. geſt. Maur. alleg. 93. Franc. Marc. dec. 423. Theſ. quæſt. 83. quia pæna Auctorem egredi nō debet, l. Sancimus C. de pœnis, ſed ciuiliter tantum, tenetur ad intereſſe partis, glo. in l. obſeruare §. proficiſci ff. de offic. Procōſ. & legat. Capel. Tholoſ. dec. 196. Farin. loco citato n. 89. Sed pro defectibus cauſa officij obligatur, non
15 de geſtis extra Officium, Roman. conſ. 11. & 338. & Farin. dicta quæſt. 24. n. 55. Sed an liberetur exhibendo ſubſtitutum, magna eſt quæſtio, ſi ſubſtituens loco fideiuſſoris teneatur, & inſolidum vide de Pont. loco ſupra citato, & latius Giurba dicto conſ. 36. n. 39. Maur. alleg. 93. & nuper multa congerit ad materiam D. Regens Conſtantius in l. 1. C. de decur. lib. 10. & aliqua dixi ſing. meo incip. ſubſtitutus: Et an ſub-
16 ſtitutus debeat eſſe eiuſdē qualitatis, prout

Digitized by Google

prout ſubſtituens, aliàs refutari poſsit, & ſit in culpa aliter ſubſtituens: quotidiana eſt quæſtio, & quod ſubrogatus debeat eſſe eiuſdem qualitatis, vt eſt ſubrogans, vel parua debeat eſſe differentia, dixerunt Mantica dec. 37. Menoch. de arbitr. Iud. caſu 54. ex nu. 39. D. Regens Valenz. conſ. 66. cum ſeq. Bart. in l. 1. ad finē C. de præpoſ. agent. lib. 11. Morot. conſ. 48. quia indignum eſt vt gerens vicem alterius ſit ſatis inferioris conditionis, Gabr. Rom. concl. 2. tit. de regul. iur. Giurba conſ. 99. nouiſſimè ſic conſuluit.

Quid in alijs Officijs, ſi Sindicus, vel Electus de regimine Vniuerſitatis, ex cauſa oporteat eum eſſe abſentem, an loco ſui alium ſubſtituere poſſit, magna fuit altercatio, & Barz. dec. Bonon. 118. in fin. videtur dicere, quod non, & cauſa diuerſitatis eſſe poteſt, quia adſunt alij Collegæ, qui valent interim exercere.

## ARGVMENTVM.

Barones quando extra ſuum Territorium, contentioſam vel voluntariam Iuriſdictionem exercere poſſint, & quid in Officialibus.

Baro an in alieno territorio ius adminiſtrandi iuſtitiam præſcribere valeat.

## *SVMMARIVM.*

1 *Barones habentes iuriſdictionem in dominium, an poſsint exercere iuriſdictionem extra Territorium.*

2 *Iuriſdictio cohæret Territorio.*

3 *Iuriſdictio an conſentiente Domino loci, poſſit exerceri ab alio Barone.*

4 *Vaſſalli non poſſunt trahi de loco ad locum, ipſis non conſentientibus expreſſe.*

5 *Capiens ſuum ſubditum in aliena iuriſdictione, an poſſit accuſari de vſurpatione, & reus an ſit reſtituendus.*

6 *Literæ requiſitoriæ, an ſufficiant, vel fides inquiſitionis ſit neceſſaria, vt Vaſſallus poſſit carcerari in aliena iuriſdictione.*

7 *Iuriſdictionem poteſt quis habere in certa parte Territorij ſiti intra diſtrictum alterius Baronis.*

8 *Iuriſdictio voluntaria poteſt exerceri extra Territorium.*

9 *Præſes Prouinciæ extra Prouinciā ſuā non poteſt exercere contentioſam, nec voluntariam Iuriſdictionem.*

10 *Feudatarij habent ſemper habitu Iuriſdictionem in omni loco, ſed Officiales in actu loci tantum.*

11 *Barones in Regno non poſſunt exercere Iuriſdictionem contentioſam, nec intra, nec extra Territorium per ſe, ſed per ſuos Officiales.*

## CAPVT XIX.

AD elucidationem quæſtionis, quam obitèr tractaui, an Barones, & eorum Officiales, extra Territoriū, abſq. metu nullitatis, & pœnæ contentioſam, vel voluntariam Iuriſdictionem exercere poſſint, breuiter, &
1 concluſiuè dico, aliquos DD. opinionis fuiſſe, vt quis ſuā Iuriſdictionem, quam tenet in habitu exercere valeat, ſi Dominus loci expreſsè non contradicat, ita Affl. in conſtit. Regni incip. de quæſtionibus, num. 1. qui ait, etiam in locis Demanij, Barones inter ſubditos ſine licentia ius dicere poſſe, ſi illis nō fuerit prohibitum.

Contraria tamen ſententia fuit magis approbata, vt Iuriſdictio exerceri non debeat, aliàs acta omnia erint nulla, Frecc. de ſubfeud. par. 2. auctor. 30. qui impugnat opinionem Affl. deſuper citatam, & ſequuntur Foller. & D. Tapia in dicta conſtit. Cabal. reſ. crim. caſu 120. Peguer. dec. 18. quia
2 Iuriſdictio loco eſt terminata, & Territorio



Digitized by Google

torio cohæret, & vltrà exerceri non poteſt. Morot. conſ. 46. Scrad. de feud.
2 p.10.ſect. . .nu.120. Marta dec.160. ex l. 1. ff. de offic. Proconſ. & ſi quid agatur, nulliter fit, Vant. de nullit. cap. de nullit. ex defectu Iuriſd. Gutier. lib. 5. pract. quæſt. cap.70. & ideò ſine literis requiſitorijs, & licentia Officialis loci, quis validè, in aliena Iuriſdictione citari nequit, quamuis ſubditus ſit citantis, Gail. obſeru. 56. lib. 1. Clar. quæſt.31. num.19. Marant. in ſua praxi artic. citat. num.40. & videndus eſt D. Rouit. prag. 1. num. 12. tit. de Iuriſd. non turbandis.

3 Verum, ſi duo concurrant, quod cōſentiat Baro illius loci, vbi alter intendit Iuriſdictionem exercere, & etiam Vaſſalli, in quos exercenda eſt Iuriſdictio, hoc caſu, extra territorium exerceri poterit, Maſul. ad Capic. dec. 118. Muta dec. 99. Frecc. loc. cit. Lanar. conſ.71. Macerat. lib. 1. reſol. cap. 103.

4 Conſenſus vero litigantium debet eſſe expreſſus, & non tacitus. Caſtrenſ. in l. diuus Pius per illum tex. ff. de ſeru. ruſt. præd. Barbos. in l. 1. art. 2. num. 5. ff. de Iudic. Vaſſalli enim inuiti, de loco ad locum, Iuriſdictionem prorogare non poſſunt, Caualcan. dec. 10. num. 28. & dec. 11. num. 16. par. 1. Tuſc. litera P. concl. 928. tanto magis, ne extra propriam Patriam, expenſis faticentur, trahi non debent. Franch. dec. 166. num. 6. & dec. 526.

Verum hoc procedit in ciuilibus, vt non poſſit ſubditus citari, neque conueniri ipſo reluctante; ſed ſi erit Vaſſallus inquiſitus, cum licentia Officialis loci poterit etiā inuitus à ſuo Barone, & Officiali capi, & aſportari ad locum ſuæ Iuriſdictionis. Fontanel. de pact. nup. clauſ.4. glo. 11. num. 31.

At ſi de facto abſq. licentia Baronis loci, fuerit captus ſubditus alterius, po-
5 terit ille petere reponi in libertatem, vti captus extra Territorium in loco exempto, Gomez. var. reſol. tit. de captura num.25. Cabal. reſol. crim. caſu 291. Et capiētes vti turbatores, & vſurpatores alienæ Iuriſdictionis puniri poſſunt, Menoch. de arbitr. Iud. caſu 320. fit enim iniuria Officiali loci, ſine ſua licentia, aliquem carcerari. Ideò literæ requiſitoriæ ſunt de iure neceſſariæ, & fides inquiſitionis, & tunc Officialis lo-
6 ci cogitur licentiam dare, vel ipſe capere, & tradere. Clar. quæſt.38. Peguer. dec. 2. Bonacoſſa com. opin. incip. remiſſio, niſi haberet cauſam in contrarium, vti ſi prætēderet Baro loci ipſum de delicto cognoſcere, nam tunc Superior eſt adeundus, vt iudicet, ſi facienda ſit remiſſio, vt dicam infra cap. ....

Inſuper notandū duxi, quod in aliena Iuriſdictione, aliquando Baro alterius loci habet tenimentum Territorij, vt in facto vidi, in quo faciebat ille quandā
7 Maſſariam, & copioſum numerū ſubditorum ſuorum ibi inſeruientiū tenebat, & in ciuilibus, & criminalibus Officialē iuſtitiā miniſtrantem cōſtituebat, & dū Baro Iuriſdictionis loci conqueſtus fuerit, Dominus Territorij aſſeruit ab antiquo, in eo loco Iuriſdictionē exercuiſſe, videntibus, & ſcientibus Baronibus loci, & quod conſuetudine, ius exercēdi Iuriſdictionē, in loco Baronis, quæri poterat, probat tex. in l. viros, & ibi gl. C. de diuer. offic. lib. 12. & in c. cū contingat, extra de foro compet. D. Reg. Valéz. conſ. 26. n.17. Et dū talē conſuetudinē probaſſet, fuit per Reg. Audien. ... Hidruntinā cōſeruatus in ſua quaſi poſſeſſione, Qualiter autem ea cōſuetudo ſit legitimè probanda, & qui actus ſint ſufficientes, vt ea inducatur, & preſcribatur, vide D. Rouit. in pragm. 1. de Iuriſd. inuic. non turban. & Giurb. conſ. 52. Piag. de Conſuet. quæſt. 8.

8 Iuriſdictio vero voluntaria, & non contentioſa extra territorium exerceri poteſt l. 3. & ibi glo. ff. de Offic. Præſid. & l. fin. C. de offic. præfec. vrbis, prout eſt delegare cauſas, creare Officiales, tranſigere, & gratias facere in cauſis criminalibus. Iſti enim actus, vti dependentes ex ſola voluntate Baronum, qui non requirunt iudicialem cauſæ cognitionem, extra Iuriſdictionem exerceri

poſſunt,

poſſunt, l. eſt receptum ff. de arbitr. Brun. conſ. 165. lib. 2. Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 13. num. 294.

Sed dum Præſes Prouinciæ Salerni, moram traheret Neapolim, & ad aures Proregis veniſſet quod ille expediebat licentias armorum, Guidatica, & alia pertinentia ad Officium Præſidis, reſcripſit nobis, vt Prçſide abſente nõ debeamus exequutioni demandare ordinationes ſuas, cum extra Prouinciam degẽdo, nullam habeat Iuriſdictionem mandandi. Et videbatur contrarium dici poſſe, cum prædicta eſſent potius voluntariæ Iuriſdictionis, quam contentioſæ, tantò magis, quod dictæ prouiſiones veniebant exequendæ in loco Iuriſdictionis. At tamen eſt aduertendum, eſſe differentiam, habere Iuriſdictionem in dominium, vti habent Barones, quam habere in Offi-
10 cium: Feudatarij ſemper habitu tenent Dominium, & Iuriſdictionem, ſed Officiales habent eam intra Territorium, l. pupillus §. Territorium ff. de verb. ſign. & extra nullum habent ius, neq. Iuriſdictionem contentioſam, neq. voluntariam, Bart. conſ. 189. & Canon. in cap.
11 prudentiam, de offic. delegat: Poſtremo nota, quod cum in Regno Baronibus ſit prohibitum exercere per ipſos Iuriſdictionem, vt late dixi in præced. comment. prag. 3. ceſſat diſcuſſio, an valeant ipſi contentioſam Iuriſdictionem exercere extra Territorium, Officiales autem ſui, an poſſint; iam explicaui.

## ARGVMENTVM.

Baro retinens ſalarium ſolitum dari Officiali, an officium vendere dicatur.

Et an licito iure ſubditis diſſentientibus ſalarium ſupprimere poſſit, & ſic étiam emolumenta pandectæ Officiali deſtinata partem de eis Actuariæ, pro ſui vtilitate applicare valeat.

## SVMMARIVM.

1 *Vendere an dicatur officium qui paciſcitur de non dando prouiſionem.*

2 *Salarium ſuis eſpenſis Barones dare tenentur Officialibus.*

3 *Baro an poſſit ſolitam prouiſionem dari Officialibus tollere, declaratur.*

4 *Officialis ſi habet gagia vnde viuere poſſit, Baro an ſalarium poſſit ſibi incorporare.*

5 *Sportulæ an augeri, & minui poſſint à Barone, Vniuerſitate renuente.*

6 *Sportulæ quæ de iure pertinent ad Barones dari Officialibus, de conuetudine ſoluunt ſubditi.*

7 *Pandecta de conſenſu ſubditorum facta non eſt alteranda, nec minuenda.*

8 *Vniuerſitate repugnante an Baro poſſit ſibi appropriare ſolitum ſalarium, præſtari Officialibus.*

9 *Pollicitatio etiam ſpontè facta, eſt obſeruanda poſt ius quæſitum.*

10 *Poſt ius quæſitum, id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro tolli non poteſt.*

11 *Regula quod tibi non nocet, & alteri prodeſt eſt faciendum, qualiter intelligatur.*

12 *Occaſio excoriandi ſubditos, eſt amputanda.*

13 *Subditorum intereſt, habere Officiales graues.*

14 *Intereſſe voluntatis, eſt magna æſtimationis.*

15 *Publico vſui deſtinatum, non poteſt conuerti in vtilitatem priuatam.*

16 *Baroni non licet cõcedere officium cum Actuaria.*

17 *Perceptio prouentuum à Barone vendi non poteſt.*



Digitized by Google

## CAPVT XX.

PRohibet Baronibus hæc quarta pragmatica venalitatem officiorum, tam publicæ vtilitati dãnoſam, vt abũdè in præced. comment. demonſtrauimus, quam ego ampliaui, vt licito iure, & conſcientia, neq. Baro, pro
1 concedendo officio prouiſionem ſolitam præſtari Officiali, retinere poſſit, quia vendere dicitur. Cumq. talis ampliatio, multoties in diſcuſſione poſita fuerit, Ideò pleniùs eam declarare duxi. Procedit ergo, quando ſalarium eſt ſolitum dari ab antiquo tempore, cum Barones regulariter, ſuis expenſis Officialibus conſtituere teneantur, Luc. de Penn. in l. annonas, C. de erogat. milit.
2 annon. lib. 11. Garſia de expenſ. cap. 20. Auend. de exeq. mand. cap. 20. par. 1. & cap. 19. par. 2. & non poſſunt ab Officialibus ea tollere, vnde concordãdo cum eis, videtur officium dare, ex cauſa relaxationis ſalarij.
3 Verumtamen, ſi adſint in officio gagia, & emolumenta, ex quibus Officialis viuere poſſit, & lucrum honeſtum conſequi, vt dixi ſing. meo 88. & Baro in Patentibus ſuis non conſtituat ſalarium, niſi ſolitas ſportulas, intendens illud ſupprimere, & Officialis ijs ſit contentus, ac acceptet officium, dempto ſalario, priùs ſolito dari, non puto poſſe inferri, vt officium dicatur venditum, & tuta conſcientia illud retinere
4 non poſsit, quia quilibet eſt arbiter, & moderator rei ſuæ l. in re mandata. C. mandati, & potuit minuere officij emolumenta, conſulendo magis ſuę vtilitati, quàm ſuorum Miniſtrorũ, & ſibi imputet, qui electus eſt ad officium, cuius qualitates perſcrutari debuit, l. qui cum alio ff. de regul. iur. Et quod ſportulę, & gagia habeantur loco ſalarij, & poſ-
5 ſint minui, & augeri dixerunt Granut. Theor. 12. & Put. dec. 6. de officio Vicarij lib. 2. dummodo ea ſoluantur de proprio Baronis, nam in multis locis ſportulæ à litigantibus ſoluuntur, & vbi
6 adeſt talis conſuetudo eſt ſeruanda, (licèt tale onus pertineat de iure ad Dominos Iuriſdictionis, qui percipiunt emolumenta, vt dixi.) Ita in indiuiduo Gratian. diſceptation. forenſ. cap. 561. Aret. in S. tripli. inſtit. de
7 action. & DD. ad C. de Sport. & lit. expenſ. & taxa conſueta, quam pãdectam appellant, obſeruanda eſt, quæ in omnibus Curijs, Vaſſalli ſe conueniunt cum Baronibus eam moderatè taxando, vt ibi Gratian.

Intellige tamen, & limita prædicta, vt Baro ſolitam prouiſionem retinere poſſit, & ampliùs ſalarium Officiali nõ præſtare, ſi Vniuerſitas, & Vaſſalli conſentiant, & non repugnent, quia ſi ſeruata forma Iuris, & obſeruantiæ, Baro
8 ex antiquo, ſolitus ſit ſalarium aliquod præſtare, vltra alia emolumenta ſportularum, non poſſet in eorum præiudicium id denegare, nam idẽ Vaſſalli dicere valerent, quod fuit merę facultatis ſportulas ab ipſis dari, & modo non intendunt vltra tale onus ſuſtinere, cum pertineat ad Barones, & contrariorum eadem eſſet debet diſciplina, l. 1. ff. de ijs qui ſunt ſui, vel al. iur. Sed cum non ſint mutanda antiquitùs obſeruata, l. minimè ff. de legib. Ideò non licere mutare, & pandectas ſupprimere eſt dicendum, tam ex parte Vaſſallorum, quã Domini, qui inter eos repartiti fuerunt tale onus, ad tex. inſignem in l. de pollicitationibus ff. de pollicit. ibi (gratiam
9 muneris, quod ſpontè obtulit minuere non debet) Affl. in conſtit. Regni, cum iuſta, & Luc. de Penna in l. annonas C. de erog. milit. ann. in fine dicit, ſalarium quod Rex, & Barones præſtant Officialibus, non eſt ex gratia, ſed de iure, & iniuſta fuit obſeruantia, ex citata Regni conſtitutione, quæ taxauit aliquas ſportulas à litigantibus ſolui, & ſequitur Gram. in d. conſtit. cum iuſta. Vnde ſi eſt de iure, & ex obſeruantia, ius Vaſſallis quæſitum fuit, ſine facto eorum, Baro minuere, & tollere nõ poteſt.

Digitized by Google

10 poteſt.l.id quod noſtrum ff.de reg.iur. & facta deſtinatione mutatio fieri non debet, niſi conſentientibus ijs qui habent intereſſe, vel ius quæſitum. Guid. Pap.dec. 556.Crauet.conſ. 295.

Et quòd Vniuerſitas ſuper hoc habeat duplex intereſſe: probatur, primò quia fit ei præiudicium, dùm ſine eius conſenſu Baro peruertat ordinem, priuando,vel minuendo id, quod de iure, & conſuetudine eſt ſolitum, & ius quæſitum neque Princeps tollere poteſt. l. 3. §. ſi quis à Principe ff.ne quid in loco publ. Gabr.Rom. tit. de iure quæſito non tollendo. Nec dicas, quod ſibi
11 non nocet, & alteri prodeſt eſt faciendum,l.2.§.ſed ſi non minus ff. de relig. & ſump.fun.glo.in l.1. § denique ff. de aqua pluuia arc.& l. in creditore ff. de euict. dum ergo Baro ſibi appropriat ſalarium, non tollit aliquod comodum à burſa Vniuerſitatis, & Vaſſallorum, ſed à manu Officialis, qui dum non habet aliquod ius, illi præiudicari poteſt,vt in terminis Socc.cõſ.209.Nam replicatur, ſubditos habere formatum intereſſe: Quando enim Officialis habet tenue ſalarium, extorquet, & eſco-
12 riat ipſos Ciues,vt experientia docet, ſed habendo pinguia emolumẽta magis circumſpectè procedit.

Itèm,quando officium eſt vtilitatis, eſt etiam exiſtimationis, & in eo concurrunt graues Officiales, Doctores, & nobiles: & intereſt publicæ vtilitatis, tales haberi,l. honor §.de honoribus ff. de muner.vt latè Maſtril.deMagiſt.lib.
13 2.cap.8.cum vir virilia agat, viles verò fructus viles gignant.Io.de Platea in l.ſi cohortalis C.de cohortal.Affl.in conſtit.Regni Magiſtri Camerarij, Inſuper magnum eſt intereſſe voluntatis, quod Baro ſine ipſorum conſenſu dicta gagia minuere velit, ad tex. in l. fin.ff de viu, & habit. ibi (facit deteriorem; etiam in meliorem ſtatum, re
14 cõmutata) quæ extollit Tiraq de retractu in præfat. num. 25. ex quibus omnibus,patet intereſſe, quod habent Ciues,ne ſalarium ſolitum minuatur.

Inde ex prędictis iudicauimus, ad beneficium Vniuerſitatis contra Baronem Terræ Caſarani Prouinciæ Hydruntinę,qui commutauerat pandectã, & maiorem partem ſportularum, quæ ab antiquo erant deſtinata ad beneficium Officialis,applicãdo ea Actuariæ, vt maiori pretio,pro ſua vtilitate locari potuiſſet,& ſe defendebat Baro, ipſum non alteraſſe in puncto pandectam, & nil intereſſe ſubditorum, acta ſolui Officiali, vel Actuario, cùm nouum onus ipſis non imponebatur:Nàm replicabatur,nouum onus eſſe,dùm contra eorũ voluntatem,& præiudicium,vt dixi,mu
15 tabatur ſolitum, in vtilitatem priuatã conuertendo,quod ab ea, ad publicam deſtinatum erat,ad tex.notabilem in c. vnico extrà,vt Eccleſ.benefic.ibi (comperimus te culpabilem,quod non licuit ex pactione concedere officium,& tibi retinere prouentum)& notãt ibi Doct. & maximè Abb. nu.14.& 20. Item dũ pandecta ex communi conuentione fuerit ordinata, non poterat abſque vtriuſq; voluntate mutari,l.1.C.quando lic. ab empt. diſced.

Exindè ad euitanda inconuenientia,
16 non licet Baroni officium, vna cum Actuaria concedere, vel prouentus Actuario vendere ſimul, vt dixi in hac prag.n.59.& nuper D. Conſtant.in l. 1.C. pœn.fiſcal.nu. 17. Nè vaſſalli ve-
17 xẽtur,& ratio tex.iſtius quartæ pragm. nè officia vendãtur,inter alia eſt,quod qui emit,vt recuperet pretium,ac lucretur,oportet,vt litigantes excoriet,& eadem eſt ratio, ſi paruum emolumẽtum Officialis ex officio percipiat,& obuiandum eſt occaſioni,l.cõuenire ff.de pact. dotal.bonus tex. in l.2. C.de indict. viduit.ibi (viam periurijs aperire) & in l. meminerint C.vnde vi, ibi(nè indè iniuriarum naſcatur occaſio)Et ex prædictis iudicauimus,pandectam Baroni nõ licere mutare, ſed eam obſeruandam, iuxtà taxã ab antiquo inter vaſſallos,& Baronem factam,quod nota,quia quotidiana eſt quęſtio,& video infinitos Barones hãc nouitatem operari cœpiſſe. Et nullumde hac quæſtione ſcripſiſſe.



Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Correlatiuorum an eſſe debeat eadem iuris diſpoſitio, ſi diuerſa poſſit dari ratio.

Ius reuocandi alienationem virtute Conſtitut. Diuæ Memoriæ, an competat tàm venditori, quàm emptori.

Reuocato contractu ab emptore, an venditor teneatur ad intereſſe pretij ſibi ſoluti, vel compenſetur cum fructibus, diffusè nouus iſte articulus elucidatur.

## *SVMMARIVM.*

1 *Correlatiuorum eadem debet eſſe iuris diſpoſitio.*

2 *Venditor, & emptor ſunt correlatiui.*

3 *Reuocandi ius vigore Conſtitut. Diuæ Memoriæ competit tàm venditori, quàm emptori.*

4 *Odioſa ſunt reſtringenda, & non amplianda.*

5 *Remedium l. 2. C. de reſc. vend. competit tàm venditori, quàm emptori.*

6 *Reſtituere verbum, importat reſtitutionem cum fructibus.*

7 *Correlatiuorum concluſio, non procedit vbi non ſubeſt eadem ratio.*

8 *Ex actu impugnato, quis commodum ſentire non debet.*

9 *Contrahens ſine ſollemnitatibus à lege requiſitis, in mala fide præſumitur.*

10 *Contractus initus ſuper feudo non eſt nullus, cùm de per ſe res ſit alienabilis, ſed dicitur manere in ſuſpenſo, donec Dominus aſſentiat.*

11 *Aſſenſus dicitur ſollemnitas extrinſeca, & proindè poteſt procedere, & ſubſequi contractum feudalem.*

12 *Fructus percepti bona fide etiam ex contractu nullo, quis facit ſuos, & num. 14.*

13 *Reſciſſo contractu ex remedio l. 2. C. de reſcin. vend. non veniunt fructus.*

14 *Contractu declarato nullo, quandò venditor teneatur reſtituere pretium cum intereſſe, & emptor rem cum fructibus, vel fructus cum intereſſe compenſare.*

15 *Contractum eſſe nullum, & omninò nullum differt.*

16 *Aſſenſus expeditio procuranda eſt à venditore per verbum fiat, & ab emptore eſt ille reducendus in forma Regia Cancellaria.*

17 *Deciſiones ſuper dicto articulo referuntur.*

## CAPVT XXI.

SVmpta occaſione tex. huius pragmaticæ, quæ maiorem pœnam contra Baronem vendentem officiũ ſtatuit, quã contra ementem, declaraui in præc.
tract. correlatiuorum materiam, vt par
diſpoſitionis ratio in eis regulariter eſ-
ſe debeat, ita quod quælibet diſpoſitio
1 fauorabilis, vel pœnalis ad vnum dire-
cta, ad alium tacitè extenſa intelliga-
tur, iuxtà tex. in l. fin. vbi omnes DD.
C. de indic. viduit. Gabr. Rom. tit. de
legib. concluſ. 3. Et quod venditor, &
2 emptor ſint correlatiui, eſt text. in l. fi.
C. de Cupreſſ. lib. 10. Euerard. loco
top. 48.

Hinc antiqua fuit hæſitatio, an Regni Conſtit. Diuæ Mem. quæ venditori facultatem dat reuocandi, venditionis contractum, ſine Regio aſſenſu celebra-
3 tum, extendatur talis facultas etiam ad
emptorem, & licèt negatiuè reſponderit Frecc. de ſubfeud. lib. 2. aut. 1. q. 1. & eum fuerit ſequutus Anna in rep. d. Conſt. ex nu. 255. ex eo quod Conſtit. prædicta erat ſtricti iuris, & pœnalis, & proptereà ad emptorem extendenda non erat, ex reg. in cap. odia de reg. iur.
4 in 6. & in l. cum quidam ff. de lib. &
poſth. attamen iſtorum opinio non eſt recepta, ſed ex vi correlationis dicta

Con-

Conſtitut. ad emptorem extenditur, quamuis de eo nō fuerit loquutum, & ſit pœnalis, & ſic vtrique reuocare permittitur, ſi infrà biennium iuxta pragmat. 9. & 26. de feud. Aſſenſus in forma Regiæ Cancellariæ non fuerit expeditus, Thom. de Marin. lib. 1. tit. 2. cap. Conſt. Reg. num. 13. Cumia in cap. ſi aliquem verſ. mortis à num. 39. Gizzar. dec. 2. num. 12. & deciſ. 29. in fine Ad inſtar remedij l. 2. C.
5 de reſc. vend. ſuper qua ſimiliter dubitabatur, ſi ea ad emptorem lęſum vltra dimidiam extendi poterat, dùm lex creditori beneficium concedat, & tandem cuilibet eorum competere fuit deciſum, vt Franch. dec. 243.

Et vendicat ſibi locum correlatiuorum concluſio, etiam circa emergentia, & acceſſoria: Indè ſicuti de iure, quando venditor contractum reuocat res eſt ei reſtituenda cum fructibus, vel ipſorum extimatio l. reſtituere ff. de verb. ſign. l. item ff. de in diem ad-
6 dic. ſic & emptori reuocanti, pretium cum intereſſe debetur l. 1. C. ſi vend. pign. agat. l. illud ff. de ędil. edic. & l. ſi fundus §. 1. ff. de reb. eor.

Fretus hac regula, & iuris concluſione in facto Marchioniſſa Cuſani annis pręteritis, cum à D. Flaminio Vrſino Comite Ciuitatis Muri Terram Sorbi emiſſet, & aſſenſus in forma Regiæ Cancellariæ non fuerit expeditus, Marchioniſſa poſt biennium venditionem reuocauit, & in Sac. Conſ. petijt ſibi reſtitui pretium ſolutum vna cum intereſſe, offerendo fructuum exſtimationem ex dicto feudo perceptorum, qui fructus erant reſpectu intereſſe ſatis minoris pretij, vnde venditor refundere debebat vltra ducatos bis mille: nam pretium erat poſitum in emptionē annui cenſus ad rationem octo pro centenario, & fructus non aſcendebant ad quatuor, & erant decurſæ aliquæ annatæ. Ego qui vti aduocatus dicti D. Flaminij partes tuebar, dicebam veram eſſe dictam concluſionem, & quēlibet ad inuicem teneri reſtituere, quod ex vendita re, & pretio conſecutus fuerit, tamen limitari, quando nō ſubſit eadem ratio, prout in princi-
7 pio dixi, quod Pragmatica maiorem penam impoſuit vēdenti officiū, quam ementi, quia quilibet omni modo, dignitatem, & vtilitatem procurare tenetur, ſed Baro cū hanc neceſſitatem non habeat, maior pena ei iuſtè imponebatur: Quapropter ad propoſitum fundabam, quod non patiebatur ęquitas, vt emptrix, quæ callidè, & doloſè poſtquam Terram diù retinuit, ſe pęnituerat, & contractum reuocauerat, petere, & conſequi debuiſſet intereſſe pretij à venditore, qui bona fide perceperat, & pro cautela emptricis aſſenſum facere expedire promptus erat, &
8 ſic ex actu impugnato ſentire commodum, contra regulam text. in cap. cum olim de reg. iur. in 6. & l. papinianus §. meminiſſe ff. de inoff. teſt. & licèt con-
9 trahens ſine aſſenſus ſollemnitate, in mala fide videatur, cap. qui contra de reg. iur. in 6. l. quemadmodum C. de agric. & cenſ. lib. 10. procedit tamen hoc, quando à principio ius reſiſteret, & actus conualidationem recipere nō poſſet, ſecùs quando contractus non eſt omnino nullus, ſed ſtat in pendenti, vt eſt in contractu feudalium, qui non
10 dicitur nullus, cum de per ſe, res ſit alienabilis, ſed manet in ſuſpenſo, quouſque non adhibeatur aſſenſus, vt notat Camerar. in cap. Imperialem fol. 27. lit. N. de Pōt. conſ. 2. num. 210. Aſſenſus enim poteſt procedere, & ſubſequi contractum, Bart. in l. ſi quis mihi bona §. iuſſum ff. de acq. hered. adeo
11 quod nō dicitur illa ſollemnitas ſubſtātialis, nec formalis, ſed effectualis, ſeù extrinſeca, de Pōt. conſ. 81. n. 19. vnde interim, quilibet manet in bona fide, Couar. var. reſol. lib. 1. c. 3. ex nu. 4. & in ſimili reſponderunt Guttier. lib. 2. pract. quæſt. 134. & Franch. dec. 495.

Et quamuis reuocatio contractus aliud non ſit, quam in priſtinum ſtatū repoſitio, l. quod ſi minor §. reſtitutio ff. de minor. l. 1. C. de Reput. intelligitur,

tur,quoad negotium, & ſortè rei principalis, ſed quoad fructus, & intereſſe eſt
12 attendenda bona, & mala fides,l. qui ſcit ff.de vſur.& notabilis tex.in terminis reuocationis eſt in l. fundo ff. de in diem addic.ibi (Id enim intuendum eſt, an bona fide facta ſit adiectio) & ſic Gamma dec. 311. Pinel. de reſc. vend. cap.3.num.32.& cap. 4. nu. 28. & ita ſentire videtur Regens de Ponte in emptore reuocante in ſuo tract. de poteſt.Proreg.tit.de aſſenſu ſuper dote pſt. S.2.qui ait,ꝙ licèt contractus ſine aſsenſu ſit nullus,eſt tamen aliquid,inſpecta bona fide,& ideo non eſt habenda ratio fructuum bona fide perceptorum,ſed res eſt reſtituenda,& pretium: & circa condemnationem intereſſe,vel fructuum alia diſtinctio erat facienda: Indè reſciſſo contractu remedio l.2.C. de reſc. vend. non habetur ratio fructuum,cum bona fide fuerint percepti, & imputari debet ei, qui ſe decepit,
13 quia inueſtigare melius debuit, l. qui cum alio ff.de reg.iur. ita Gomeſ. var. reſol.tit.de empt.& vend.num.22.Gāma dec.232.in fine Maſtrill.dec.33.& communem dicit Facch. in ſuis contr. lib.2.cap. 2. Cęual. com. opin. 767. & quamuis ſolita practica ſit, in ſententijs condemnare emptorem ad reſtituendum rem cum fructibus, & emptorem ad pretium cum intereſſe, iux-
14 ta diſpoſitionem d. l. 1. C. ſi vend. pign.& d.l.ſi fundus:vendicant tamen ſibi locum, & iura prædicta loquũtur, quando contractus venit annullandus à venditore,& non ab emptore,& eſſet ad inuicem æqualitas, & non mala fides expreſſa, aut contractus à principio eſſet omninò nullus,& de per ſe ſubſiſtere non poſſet,cum differat con
15 tractum eſſe nullum, & omninò nullum,vt Camer.aduertit loco citato.lit. S.& DD.in l.2.S.harum ff. de verbor. oblig.

Et vltra prædicta, fulgebant ratio, & bona fides venditoris: nam ipſe adimpleuit ex parte ſua, in expediendo aſſenſum per verbum fiat, Et emptrix illa poſtea dolosè non curauit illum in forma Regiæ Cancellariæ reducere, ex eo, quia animum habebat
16 reuocandi: Nam & ſi vera ſit concluſio,quod Aſſenſus expediri debeat nomine venditoris,& ab eo, & ſuis expenſis procurandus ſit, vt Paris de reintegr. feud.fol.86.de Pont. conſ. 5. ex nu.90.arg.ex l.fin.C.de iure emph. tamen intelligendum eſt de expeditione aſſenſus per verbū fiat, per quod ceſſat Domini contēptus: alię enim ſolemnitates in reducendo illum poſtea in forma Regiæ Cancellariæ,quamuis venditoris expenſis eſſent faciendæ, debent tamen procurari ab emptore, & illius onus eſt, prout in eo proceſſu fol.140.fuit pręſentata copia ſimilium decretationum: Et dum omnes alij Aduocati dubitaſſent,cauſa iunctis au
17 lis diſcuſſa,fuit D.Flaminius abſolutus à petitione reſtitutionis intereſſe,& cō demnatus ad reſtitutionem pretij tantum. Actuario Carbono in anno 1601. & in eo proceſſu adduximus aliam ſententiam Sac. Conſ. ſimilem, factam in beneficium Principis Hoſtiliani, cōtra Marchionem Curati emptorem, qui reuocauerat emptionem. Actuario Figliola in anno 1579. Et cum in annò 1623. eſſet expedienda ſimilis cauſa, in qua fuit conuentus Princeps Cariati,vti Nepos, & hęres Ducis Seminariæ,qui vendiderat Terrā Caſtrouillari Principi Biſiniani, cuius Adminiſtratores emptionem reuocauerant ex defectu aſſenſus, & petebant reſtitutionē pretij,cum intereſſe,offerendo excomputare fructus;quod intereſſe vltra extimationem fructuum aſcendebat ſummam quadraginta millium ducatorum & plus,facto collegio in quo à præfato Principe fui vocatus, cum D. Vincentio Corciono,nunc meritiſſimo Pręſidente Regiæ Cameræ, & D. Carolo Brancacio Aduocato primario, dixi qualiter alias in facti contingentia pro dicto D. Flaminio in Sac. Conſ. obti-

nue-

Digitized by Google

nuerant, & facta diligentia reperiendo proceſſum, accipimus copiam prædictarum ſententiarũ, quas ſupra enunciaui, vna cum copia ſupplicationum, & eas in noſtra cauſa pręſentauimus, defendendo articulum per terminos iuris ſupranotatos. Sed cauſa hæc non fuit deciſa, quia partes ſuper ijs, & alijs ſe tranſigerunt, tene tamen menti cũ ſit quęſtio noua, & ſingularis, quã non reperies ab aliquo excitatam.

## ARGVMENTVM.

Qualiter fructus pro rata anni diuidantur, moriente vno ex coniugibus. Et quid in vſufructuario, Beneficiato, fideicommiſſario, & feudatario: Et an Officiale infra annum moriente, totum ſalarium ſuis hæredibus debeatur, iuxta l. diem functo ff. de offic. aſſeſſ. declaratur.

## *SVMMARIVM.*

1 *Fructus pro rata anni lucratur maritus vxore decedente.*

2 *Silua cedua data in dotem, cuius fructus triennio, & plus percipiũtur qualiter ſint diuidendi inter Maritum, & hæredes vxoris.*

3 *Biennium, & triennium reputatur pro vno anno in fructibus percipiendis.*

4 *Fundus ſi vno anno diuerſis menſibus diuerſos fructus producat, qualiter erit facienda diuiſio.*

5 *Fructus rerum mobilium quando faciat ſuos Maritus vxore decedente diſtinguitur.*

6 *Fructuum conſideratio fieri debet à tempore quo incipit fundus coli.*

7 *Vſufructuarius aliter facit fructus ſuos, quam Maritus.*

8 *Fructus qualiter debeant eſſe ſeparati à ſolo, vt vſufructuarij hæredes faciant ſuos.*

9 *Beneficiato moriente qualiter diuidendi ſint fructus, cum ſucceſſore, ſeù Camera Apoſtolica remiſſiue.*

10 *Fructus qualiter ſint diuidendi inter hæredem, & fideicommiſſarium, & ſic inter emptorem, & venditorem retrahentem remiſſiuè*

11 *Fructus feudi qualiter diuidendi ſint inter hæredem feudatarij, & Dominum, vel inter hæredem in feudalibus, & hæredem in burgenſaticis.*

12 *Fructus multis caſibus quis facit integrè ſuos à principio anni.*

13 *Salarium Officialis debetur à principio anni, & tranſmittitur ad hæredes.*

14 *L. diem functo ff. de offic. aſſeſſ. de conſuetudine non ſeruatur.*

15 *Labor recipit diuiſionem.*

16 *Duplici onere quis eodem tempore non eſt grauandus.*

## CAPVT. XXII.

Officiales annales eſſe debere, hęc Pragmatica ſtatuit, Ad cuius exornationem in præc. cõment. dixi, qualiter multa de iure anno circũſcribantur, cũ proportionatum tẽpus ſit iſte circulus ſolaris, & plura exempla adduxi, & inter alia notaui, fructuum diuiſiones, qui intra annum percipiuntur, & pro iſtius temporis rata quis lucra-
1 tur. Et primo dixi, quod Maritus lucratur fructus bonorum ſtabilium vti dominus dotis, l. dote ancillam, C. de rei vend. ſed ſi vxor infra annum moriatur, pro rata temporis, quo durante matrimonio mulier vixerit, Maritus facit fructus ſuos, ſiuè præmaturè collegerit, ſiuè poſt diſſolutum matrimonium fructus fiant maturi, nam attenditur anni circulus, l. diuortio §. quod in anno ff. ſol. matr. & ibi omnes DD. ſuper quo articulo duæ quæſtiones in facto notabiles euenerunt, quas vti vtiles hic inſerere putaui. In dotem inquam fuit data ſilua cedua in terra Atripal-

dæ

Digitized by Google

dæ Prouinciæ Principatus vltra, quæ ſingulis tribus annis cedi ſolet, ſed
3 poſt annum Maritus fructus collegit, quia euenerat tempus trium annorum, quo cedi debebat, & ſolutum fuit matrimonium. Hæredes vxoris in Curia illius Terræ reſtitutionem pretij tot lignaminum à Marito perceptorum petierunt, ſed Iudex ſeruatis ſeruandis Maritum abſoluit, ex eo quia matrimonium vltra annum ſuſtinuerat, & fructus dotis, vti dominus collegerat, & deuoluta cauſa per appellationem ad Reg. Aud. dicebatur ex parte appellãtium, quòd licèt Maritus lucretur fructus, qui ſemel in anno colligun
3 tur, tamen quando illi non annuatim, ſed biennio, vti oliuæ, & triennio, vti ſilnæ percipiuntur, tunc biennium, vel triennium pro vno anno computantur, & ita ſoluto matrimonio inter coniuges diuiſio fieri debet, & ſic in eo caſu Maritus tertiam partem conſequi debebat, cum per annum onera matrimonij ſuſtinuerit, & reliquæ duæ partes hæredibus vxoris dandæ erant, & in terminis ita Ioſef. Lud. dec. Peruſ. 79. Caualc. de vſufruct. mul. relic. nu. 245. Roland. conſ. 87. & Eſcobar de ratioc. par. 2. cap. fin. qui exemplum dat in oliua, & in terris mageſatis, quæ vno anno arantur, & ſeminantur, & alio fructus percipiuntur, quod biennium pro anno ponitur, & repartitio, & computatio fiet, vti ſi eſſent duodecim menſes, ex Bal. in l. edè C. locat. & ex ijs fuit iudicatum ad fauorem appellantium, vt ſiluæ fructus pro duabus partibus ad ipſos ſpectare debuiſſent. Et ſimiliter aduerte, quia contrariorum eadem eſt diſciplina l. 1. ff. de ijs qui ſunt ſui, l. qui accuſare ff. de accuſ. ſi fundus bis in anno fructus producat, prout in
4 terra laboris, vbi vno eodemque anno diuerſæ fruges ſeminantur, & colliguntur, vel ſi fundus ſit vitibus arborata, & terra ſeminetur eodem anno, fiet ſimilis repartitio, vt bene Barboſ. in d. l. diuortio §. quod ſi in anno ff. ſolut. matrim.

Altera quæſtio accidit ſuper fructibus rerum mobilium in dotem datorũ, an Maritus integros ſuos faciat, dùm de iure mobilia reſtituere non teneatur niſi poſt annum, l. vnica §. exactio C. de rei vxor. act. Doctor. variauerunt, nam aliqui dicunt, pro rata anni eſſe faciendam partitionem inter Maritum, & hæredes vxoris, vt in præc. articulo, ex tex. in d. l. diuortio §. non ſolum, vbi habetur, quod ſi oues proximæ partui, vel tonſuræ in dotem datæ ſint, & fructibus perceptis mors vxoris interueniat, fructus non erint inſolidum Mariti, ſed pro rata, concordat tex. in l. ſi cõſtante §. quoties ff. eodem & ibi Ang. & Iaſ. Cæteri contrarium tenent ex gloſ. in d. l. vnica §. exactio verbo reſtituendis, quod Maritus durãte anni circulo facit fructus ſuos, alias inutilis eſſet dilatio, & quod iura ex aduerſo allegata procedant attento iure antiquo, in quo non dabatur Marito iſta dilatio, Alex. conſ. 48. lib. 1. Capyc. dec. 24. Tu conciliando teneas quod aut ſumus in fructibus mobiliũ perceptis conſtante matrimonio infra annum, & tunc facienda eſt diuiſio pro rata, prout in præcedenti articulo concluſimus: Aut in fructibus percipiendis durante dilatione anni, & Maritus integre facit ſuos, Barboſ. in d. l. diuortio §. nno ſolum; Garſia de expenſ. cap. 18.

Verũ hoc intellige ſi fructus fuerint cœpti, & percipi finiti intra annum di-
6 lationis, ſed ſi conſtante matrimonio eſſent elapſi ſex menſes, & infra alios ſex maturetur tempus colligendi fructus ouium, vel aliorum animalium, vel ſi erunt fructus ciuiles, tunc non faciet omnes ſuos Maritus, ſed fit computatio à principio temporis anni, quando fructus percipiuntur, & incipit currere nouus annus, & pro menſibus, quibus durauit matrimonium fiet repartitio pro rata anni: pro alijs autem mẽſibus incipientibus à diſſolutione matrimonij Maritus faciet ſuos, vt Barboſ. loco cit. nu. 28.

Di-

Diuerſa iuris diſpoſitio eſt facta cũ
vſufructuario,qui licèt Marito compa-
retur,dùm ambo ſint domini, & ſic ius
7 eorum morte extinguatur, tamen vſu-
fructuarius ſine diſtinctione diuiſionis
temporis anni fructus perceptos faciet
ſuos:pendentes verò ſunt proprietarij
abſque diſtinctione l.defuncta ff. de
vſufruct.& l.ſi vſufructuarius ff. quib.
mod. vſusfruc.amitt.& ratio eſt,quia
vſusfructuarius non facit fructus ſuos
ratione naturalis poſſeſſionis, ſed ra-
tione iuris,& tituli eos percipit, & fa-
cit ſuos ſi ſunt in ſui poſse, & nõ alias,
& dicuntur in ſui poſſe ſtatim quod
sũt ſeparati à ſolo,quicquid alij volue
8 runt debere eſſe ad vſufructuarij do-
mum translatos,ſic vltra DD. in d.l.ſi
vſufructuarius meſſem,Caualc. de vſu-
fruct.mul.rel.num.202.Garſia. de ex-
pen.cap.1.num.11.Carocc. de locat.
grad.3.perſ.quæſt.26. non autem ſi
de per ſe ceciderint fructus,vti oliuę,&
ſimiles,Bald. in d.l.num.4.de Pont.cõ
ſil. 100.num.5. quid verò de penſio-
nibus,& annuis redditibus vide Gut-
tier.pract.quæſt.cap.33.Caſtil.de vſu-
fruct.q.77.

In beneficiatis morientibus an eadem
obſeruatio, quæ cum vſufructuario ſit
facienda,vide gloſ.& Doct.in l.1.C.de
annon.ciuil.lib.10. Couar.var.reſolut.
9 lib.1.c.2.Guttier.quæſt.Can. c.39. de
Ponte dec.12.Seraph.dec.604.Ioſeph.
Ludouic.dec.Peruſ.33.

In poſſeſſore maioratus, herede,
ac fideicommiſſario aliud de iure ſta-
10 tutum eſt,vt per Molin.de primog.lib.
3.cap.11.Peregr.de fideic.art.49.Ca-
ſtil.de vſufr.cap. 80.Quid in emptore,
& venditore retrahente vltra citatos
in præc.tract.vide Eſcobar. de ratioc.
par.2.cap.2.Conſt.de port. rat.quæſt.
36.Gratia.dec.76.Theſſ.dec.56.& in
Feudatario moriente præter DD.in ca
pit.his conſequenter Hic fin. lex vide
11 Gizzar.dec.33.Ann.conſ.20.Capyc.
inueſt.fol.204.col.2.& in cap.Imperia
lem fol.7.de Pont.conſ.52.à num. 34.
& deciſ.12. Franch. deciſ. 19. &
572.Cumia de ſucc. feud. verſ. Anti-
quis nu.347.Brun.conſ.106.

Poſtremo declarandum putaui id
quod hic dixeram num.42.in certis ca
ſibus diem cedere in principio anni,vt
quis faciat fructus totius anni, & tunc
12 licèt quis moriatur, & eos non perce-
perit ſuis heredibus debentur,vt in ali-
mentis, & legato annuo concludit
Franch. deciſ.155. ex text. in l.à vo-
bis, & l. in ſingulos ff. de aur. le-
gat. & ſic in Officiali in principio an-
ni moriente, quod totum ſalarium ad
hæredes tranſmittat,ex vulgata l.diem
13 functo ff.de offic.aſſeſſ. quam ſic com
muniter expendunt Franc.Marc.deciſ.
798.Paris de ſind.fol.265. Viui. com.
opin.87.Surd.dec.42.cum alijs coacer
uatis. Verum enim verò de conſuetu-
dine hæc lex hodie non ſeruatur, ſed
pro rata temporis hæredibus Officia-
14 lium ſalarium ſoluitur, & non ſine ra-
tione, cum labor recipiat diuiſionem
l.ſcio ff.de ann.leg. & alias Fiſcus, vel
15 Baro ſentiret damnum,ſoluendo ſala-
rium mortuo, & ſucceſſori, & quis eo-
dem tempore duplici onere non eſt
grauandus ad tex.in l.iure ſuccurſum
16 ff.de iur. dot.& ſic Fulgoſ.in d.l. diem
functo,Maſtril.de Magiſtr. lib. 1. cap.
21.num.51.Regens de Ponte de pote-
ſtat. Proreg.tit. de Aſſenſu §. 6. num.
36.& Claper.dec.94.quæſt.vn.par.2.
& ſunt notanda,cum alij cum cõmuni
& antiqua regula pertranſeant, prout
& Regens Conſtant.in l.1.num.26.C.
de re milit.lib.10.

## ARGVMENTVM.

Officialis durante officio an poſſit inquiri,& ſuſpendi,vel ſit expectandus ſindicatus.

Baro an facultatem habeat inquirendi, ſuſpendendi,& carcerandi ſuos Officiales, vel ad Magnam Curiam Vicariæ tantùm ſpectet.

Baro

Digitized by Google

Baro quando pendente inquiſitione ſui Officialis, poſſit alium conſtituere.

Officialis quando perpetuò fiat inhabilis ob delictum commiſſum in officio, ob quod fuerit in aliquam pœnam condemnatus.

## SVMMARIVM.

1 *Officialis pendente officio non poteſt accuſari niſi pro delicto graui.*

2 *Officialis officio durante ſemper inquiri poteſt ſi venit imponenda priuatio ex delicto.*

3 *Pœna qua ſit de iure contra alapam inferentem alicui.*

4 *Officialis pro negligentia etiam officio priuari poteſt.*

5 *Suſpendi poteſt ab officio ante capturã informationis Officialis ex cauſa, ne teſtes terreantur.*

6 *Suſpenſio facta poſt captam informationem eſt præiudicialis.*

7 *Baro an habeat facultatem inquirendi ſuos Officiales in delictis grauibus, & transmittere informationem ad ſuperiores.*

8 *Ordinarij poſſunt inquirere etiam delegatos Principis, quamuis cognitio non pertineat ad eos.*

9 *Prorex non poteſt cognoſcere de delictis Officialium perpetuorũ, ſed an poſſit inquirere.*

10 *Suſpenſo Officiali, an* Baro *poſſit alium eligere.*

11 *Locumtenens non poteſt exercere vltra quindecim dies.*

12 *Limitatur ſi adeſt neceſſaria cauſa.*

13 *Officialis ſi erit condemnatus quando fiat inhabilis ad illud, & alia exercenda.*

14 *Appellatione pendente an Officialis poſſit ſuſpendi.*

## CAPVT. XXIII.

Mandat hæc Pragmatica, vt Officiales debeant eſſe annales: limitaui hanc diſpoſitionem, niſi pendente officio, ipſi accuſarentur de delicto graui, vel pro Inquiſitione pro qua veniret de iure offi-
1 cio priuandi, quia tunc etiam intra annum ſuſpendi, & remoueri poterint.

Nec refert, quòd durante adminiſtratione, quis non debeat moleſtari, cum ſpectari debeat tempus ſindicatus, l. nec magiſtratus de iniur. & ſic innuit Conſt. Regni incip. volumus: nã procedit hæc Regula, quando quæ imputantur, non important officij priua-
2 tionem, ſin ſecùs, fruſtra Doct. tractaſſent de priuatione, nam quando quis officium compleuit, quid eſt diſputandum de amiſſione ipſius? priuatio præſupponit habitum, l. decem ff. de verborum obligat. ita de Ponte dec. 26. Caball. reſ. crim. caſu 76. & ſic quãdo Officialis à ſuperioribus ſuis, eſt inquirendus, animaduertere debent, an cauſa, pro qua accuſatur ſit grauis, vltra relegationem, vt videtur innuere text. in l. iubemus C. ad legem Iul. repetũd. ac Capyc. dec. 121. Et dum caſus accidiſſet in Regia Audiẽtia Hidruntina, in qua fuit accuſatus Officialis de Alapa ſubdito illata, & petitum fuiſſet, vt Tribunal mitteret Commiſſarium ad capiendam informationem de tali delicto, ſumptu offenſi, fuit dubitatum ſi cauſa erat remittenda tempore ſindicatus, vel debuiſſet mãdari, vt caperetur informatio, Ex titulo criminis vide-
3 batur pœnam nõ poſſe eſſe capitalem, nam licèt atra ſit iniuria percuſſionis factæ in faciem, tamen illata perſonæ priuatæ, pœna eſſe poterat exiliaris, per

ea

ea, quæ latè explicauit Viu.dec.46.&
pptèrea non poſſe iurè inquiri Officiã
lẽ duratẽ officio,per ea quę ſupra dixi-
mus, Fiſcus replicabat, quod nõ ſolum
quãdo cauſa erat ſupra relegationem,
Officialis durãte adminiſtratione inqui
ri,& accuſari poterat, ſed ſẽper, quod
veniret officio priuandus , moleſtari
non erat iurè prohibitum, Menoch.de
4 arbitr.Iud.quæſt.80.num. 123. Inde,
non ſolum pro commiſſis , ſed pro om-
miſſis ob negligentiã in caſu graui Of
ficialis priuari debet,& ſic in conſequẽ
tiã inquiri,l.ſi quos C. de officio præ-
fecti prætor.Orient. Anna ſingul.255.
& 370.Gail.obſeruat.28.lib. 1. & be-
ne Afflict.in Conſt.Regni eos num. 6.
Paris in tract.ſindic. verbo durante,
Maſtrill.de Magiſtr.lib.6.cap. 5. num.
30. Eò magis quando delictum eſt fa-
ctum , intuitu officij, (vt fuerat in ca-
ſu prædicto) nam delinquens in eo, de-
bet priuari l. ſi aliquid C. de ſuſcep.
lib.11.& ſic proceſſum fuit ad Inquiſi-
tionem capiendam. Sed an in caſi-
bus,in quibus Officialis poterit inqui-
ri, poſſit ab adminiſtratione ſuſpendi,
5 breuiter,& reſolutiuè reſpõdetur:quod
duplex eſt ſuſpenſio,aut ante informa-
tionem,vel poſtea, Primo caſu, vſque-
quò in loco capiatur informatio,& du-
bitatur,ne potentia Officialis impediat
receptionem,& depoſitionem teſtium,
vel quod timore, illi ſubtrahantur,hoc
caſu, prudens Iudex poterit ſuſpende-
re Inquirendum,& mandare, vt ſe ab-
ſentet per tot miliaria, vſque ad alium
ordinem,& iſta ſuſpenſio non præiudi-
cat,Regens de Ponte dec. 25. & conſ.
133. Guttier.pract.quæſt.cap.39. lib.
1.D. Regens Tapia dec.3.nu.76.
6 Aut verò ſuſpenſio fit poſt captam
informationem,in qua cõſtitit aliquid
ſubſtantiale, tunc quouſque Officialis
purgauerit ſuam innocentiam, per ſen
tentiam abſolutiuam , ad adminiſtra-
tionem redire, ei eſt iurè prohibitum,
Giurba latè cõſ.44. quæ ſuſpenſio de-
bet fieri ante terminũ ad defendendũ,
alias non poteſt vti,Franch.deciſ. 8. &
dicam infra num.14. in fine.

Vlterius fuit dubitatum, An quan-
do Officialis,iuſtè,officio durante accu
ſari poſſit Baro et habeat facultatem
7 committendi inquiſitionem contra
ſuum Officialem , videtur dicendum
quod non , quia extat notorius Ritus,
quod de delictis Officialium ſola Mag.
Curia cognoſcit,& ſic priuati ſunt Ba-
rones Iuriſdictione inquirendi ſuos Of
ficiales,cui enim non permittitur con-
ſequens, neque antecedens,Doct. in l.
ſi cui ff.de iuriſd.omn. Iudic. alij con-
trarium reſponderunt , vt Barones ha-
bentes merum Imperium, non obſtan-
te ritu,poſſint informationem(tantum)
capere,ſuſpẽdere,& cõſtito, carcerare,
& ſuperiorem certiorare, tranſmitten-
do ad eum informationem captam ,
ſic Anton.de Ball lib.6.quæſt. crimin.
cap.8.Nam ordinarijs locorum permit
8 titur auctoritas , capiendi informatio-
nem,etiam contra Delegatos Princi-
pis delinquentes in ſuis terris , quam-
quam ij ſint à foro Baronis exem-
pti,& ſi caſus grauis exigat, carcerari
etiam poſſunt, Bart.in l. magiſtratibus,
ff.de iuriſd omnium Iud. Farin. quæſt.
27.num.5.cum mille , & ita puntuali-
ter in caſu principali firmant Maſtrill.
dec.188.num.25. Cancer.var. reſolut.
lib.2.cap.12.num.237 quæ opinio poſ
ſet ſuſtineri in delicto graui, notorio,
& quanquam videantur refragari quæ
adducit D.Regens Tapia dec. 3.in
qua,diſcutendo,qualiter Proregi inter
9 dictum ſit cognoſcere de delictis Offi-
cialium perpetuorũ à Rege electorum
infert , vt in conſequentiam cenſeatur
prohibitum,manus apponere ad inqui-
rendum, Attamen data prima opinio-
ne pro vera,vt licita ſit inquiſitio,ſub-
ſiſto,in conſentiendo, vt poſſit Officia-
lis carcerari , & ſuſpendi,nam iſti ſunt
actus iuriſdictionis , & cauſæ cognitio-
nis,qui à ſuo Iudice competenti , qui
erit Mag. Cur.ſunt exercendi,niſi ſub
eſſet maxima cauſa, quia grauiſſimum
eſſet delictum , & ſuſpitio fugæ, ſed
non alias , qu ia aperiretur via fraudi-



Digitized by Google

bus,vt Barones ad libitum ſub colorata quauis cauſa, poſſent inquirere, ſuſpendere,& carcerare, quæ nullo iure permittuntur.

Inſuper, prædictis annectitur aliud dubium,ſi Officialis Baronis ſuſpendatur à Magna Curia, ob inquiſitionem contra eum captam de aliquo crimi-
10 ne,an Baro poſſit legitimè officium conferre, & alium Officialem creare, vel teneatur expectare exitum ſententiæ inquiſiti,ſi veniat abſolutus, vel cõdẽnatus: & in facto dicebatur ex parte Baronis,quod ſubrogare Locumtenentem in locum Officialis inquiſiti, eſſet magnum grauamen Vniuerſitatis & ciuium,quorum intereſt,habere ordinarium,hinc Locumtenentem non poſ-
11 ſe adminiſtrare,& in officio ſtare vltra quindecim dies,vel menſem fuiſſe deciſum diximus in præced. Comment. prag.5.nu.16. Vnde cum abſentia ordinarij inquiſiti ſua culpa,excedat menſes,videtur,vt iurè Baro poſſit prouidere officium. Ex parte Officialis replicabatur,quod iuriſdictio ſua non erat extincta, & propterea nouus Officialis creari non poterat, ſed alios interim erat ſubrogandus,& ſic probat tex. in cap.fin.de ſtatu monac.& in l.fin.C.de officio eius,qui vicem alter. gerit,de Ponte conſ.133.num.5.& quamquam Locumtenentes non poſſint officium gerere, niſi ad modicum tempus, procedit hæc reſolutio, quando Baro dat
12 licentiam,vel officialis volũtariè abeſſet ab officio,pro aliquo negotio, ſed qñ eſt impeditus neceſſitate,& exfacto ſuperioris, tunc poteſt creari Locumtenens ad longũ tempus, vſquequo ordinarius reuertatur, vt in ſimili caſu latè cõprobauimus ſup.ca.18. Nec refert,ꝗ culpa non debet Officiali patrocinari, Nã multa apponuntur,quæ poſtea falſa reperiuntur, & ſic vſquequo exitus nõ videatur cauſæ,non poteſt quis de culpa redargui, & ita decreuimus: Limitatur talis reſolutio,ſi mora cum ſuſpenſione excederet annum,facto computo à die ingreſſus officij, quia anno expleto non tenebitur Baro amplius expectare exitum inquiſiti,ſed iurè poterit alium Officialem eliger. Conceſſit officium per annum,quo finito, Baro compleuit ſuam promiſſionem,& imputet Officialis ſuæ culpæ,caſui,vel infortunio, ſi iuſtè vel iniuſtè fuit impeditus,& ita innuit Fontanell. de pactis nupt. clauſ.4. gloſ.10. numer. 102. parte prima,& conferunt,quæ dicam in ſequenti cap.24.

Sed quid ſi durante circulo anni,
13 Officialis pro ſua inquiſitione erit cõdemnatus, & nil dictum ſit in ſentẽtia de priuatione officij,an is poſſit redire ad officium, vel facta ſententia, Baro poſſit officium prouidere.

Diſtingue, aut Officialis eſt condemnatus ad pœnam corporalem,& donec pęnæ erit ſatisfaciendum, non eſt locus adminiſtrationi officij, maximè ſi pœna infamat, nam reatus omnem excludit honorẽ,l.1.C. de reis poſtula. lib.10.aut pœna erit exiliaris & ſi ea deſcendat ex maleficio commiſſo in officio, & illius intuitu ſimiliter, tum quia ille parere debet exilio,tum quia ſẽper quòd quis in officio deliquit, eo eſt priuandus, & ad alia neque ſit habilis, l.Iudices C. de dignit. lib.10. l. ſi quid C. de ſuſcept. lib.11. Muta dec.63.& 65.Farinac. conſ.5. Tuſch. litt.E.concluſ.716. Capyc.dec. 121. & propterea neque iſto caſu, Officialis erit reintegrandus,aut erit condemnatus ad pœnam pecuniariam Fiſco, & parti reſtituendam, & tunc aut condẽnatio deſcẽdit ex crimine graui, quod ſecum infamiam portat, & ex ratione prædicta inhabilitatur, aut ex cauſa leui parti reſtitutio fit, quod ſapit potius ciuilitatem,qnam criminalitatem, & talis condemnatio non afficit, neq; refragatur,quin Officialis non ſit ad officium continuandum recipiendus, D. Regens Valenzuela conſ.44. quando vero ſententia cõtra Officialẽ, licèt pœna ordinaria ſit minorata inhabilitet

Digitized by Google

tet perſonam ad alia officia, vide Caball.reſolut.crim.121.& 172.Maſtrill. de Magiſtr.cap.9. lib.5.Muta dictis deciſ.63.& 65. qui latè tractant hunc articulum.

14 Poſtremò, an lata ſententia pœnali cõtra Officialem,à qua fuerit appellatum,Baro poſſit officium vti vacãs prouidere,dic quòd ſententia per appellationem ſuſpendatur,Rip.in l.1.ff. de re iud. alij dicunt, quod extinguitur ex l. 1.§.fin.ff.ad turpil.ſic Affl.dec.188.& Franch.dec. 370. Vnde oritur concluſio, actionem non naſci ex prima ſententia confirmata,ſed ex confirmante, quia primum decretum per appellatio ie n fuit extinctum, Cæuall. comm. opin.617.Gutt.pract.quæſt.lib.1. cap. 97.Capyc.dec. 202. & propterea Baro durante anno officij facultatem nõ habet prouidendi,etiam lata ſententia ſi fuerit appellatum. Immò ſi Officialis non fuiſſet à principio ſuſpenſus,vt ſupra explicaui,non obſtante ſententia, poſſet officium adminiſtrare,neque appellatione pendente poterit poſtea ſuſpendi, nam nil eſt innouandum cap. paſtoralis §.præterea in fine tit. de offic.deleg.Ozaſch.dec.5.num.7.Gram. conſ.66.num.35.Surd.dec.335.Anna ſing.370.& eſt communis reſolutio,vt Guttier.practic. quæſt. lib. 1. cap. 39. prout Doct.dixerunt de Notario inquiſito de falſo, quod etiam pendente proceſſu inſtrumenta conficere poſſit, & etiam ſecuta ſententia appellatione pendente,Bart.l.Barbarius num.17.ff. de offic. prætor. Giurba multa notat conſil.44. & 66. Fontan. loco. citat. num.68.

## ARGVMENTVM.

Officialis ſi fuerit inquiſitus, & inquiſitione pendente finiatur tempus Anni,vel Biennij,an ſit reſtituendus ad tantumdem temporis,ſi abſoluatur.Et an poſſit prętendere antinianitatem ad priſtinum locum,quem tunc occupaba, accuratè explicatur.

## *SVMMARIVM.*

1 *Officialis temporalis ſuſpenſus, & deinde abſolutus,ſi interim tempus officij ſit elapſum non poteſt petere reſtitutionem ad tantundem temporis.*
2 *Tempus pro tempore non datur, nec ſubrogatio ad officium finitum, ſed actio tantum competit ad intereſſe contra impedientem.*
3 *Sententia Supremi Senatus ſuſtinetur in vim gratiæ,ſi diffinitum in ea non ſit de iure.*
4 *Quod vna via non poteſt ſuſtineri,ex alia fundamentum capit,vt ſaluetur.*
5 *Officiali abſoluto, ſi deinde concedatur tantumdem temporis ad exercendum.dicitur noua conceſſio ex nunc, non prout ex tunc.*
6 *Vſusfructus præſtandus à morte teſtatoris per biennium, ſi eo elapſo non reperiatur præſtitum, non datur per aliud biennium.*
7 *Officialis temporalis reſtitutus ad officium à quo fuerat ſuſpenſus non habebit Antinianitatem, & ſic antiquã ſedem,ſed nouam vacantem, ſecus in Officiali perpetuo vt nu.8.*
9 *Lex vna per aliam declaratur.*
10 *Ex diuerſis non fit illatio.*
11 *Reſtitutio ad priſtinum locum officij non datur quando primus locus fuiſſet conceſſus perſona benemerita.*
12 *Officialis benemerita dant facultatem* Principi *ſuper præcedentia.*
13 *Ordo qualitatis eſt maioris potentię, quam ordinis temporis.*
14 *Princeps poſt ius quæſitum alteri præiudicare non poteſt.*
15 *Reſcripta obtenta inaudita parte cui prius erat iuſ quæſitum, non ſunt obſeruanda.*
16 *Cauſa conſeruandi gradum dignitatis magna extimatur.*



Digitized by Google

17 *Poſſeſſor, qui in poſſeſſione turbatur etiam armata manu poteſt ſe defendere impunè.*

## CAPVT XXIIII.

OFficialis ſi pendente officio apud Superiorem fuerit inquiſitus,& ſuper imputatione delicti ſe defenderit,ita quod venerit abſolutus. Sed interim annus officij fuit elapſus,an iurè petere poſſit reintegrari ad tantum tempus,quãtum ex cauſa indebitæ accuſationis, extitit impeditus, & ex allegatis hoc loco in præcit. tract. negatiuam partẽ firmauimus.In facto autem proprio,cũ caſus ſimilis acciderit,& in Collaterali Conſilio cauſam meam defenderẽ; ſequentes allegationes cõſcripſi, quas vti vtiles, & neceſſarias ad corroborationem eorum, quæ anteà firmaui mus,volui hic inſerere, cũ apud Doctiſſimos Senatores, viderim dubitari, & prima facie contrariũ teneri.& sũt v3.

Quod Doctor Io. Antonius Ricciardus reſtitutus ad finiendum officium Auditoratus Prouinciæ Hidruntinæ, iurè non poſſit prætendere Antinianitatem,& repoſitionem ad eandem primã ſedem,à qua fuit amotus, iuſſu Proregis,ſed vltimam vacantem occupare debeat, ex infraſcriptis lucidè cognoſcetur.

Primò,pro fundamento adducimus, communem,& receptam opinionem illius quæſtionis.Si Officialis temporalis fuerit ſuſpenſus ex cauſa inquiſi-
1 tionis,vel alterius impedimenti, & ex ſuis defenſionibus fuerit abſolutus, Inter quas moras, lapſum ſit tempus officij, an poſſit petere reſtitutionem ad tantundem temporis quantum fuit impedimentum non ſui culpa cauſatum. Et negatiuè ab omnibus Doctoribus fuit concluſum,quia lapſo termino cõceſſo ad exercendum officium, quod currit ſemper de momento ad momen
2 tum non datur aliud tempus pro tempore,nec aliqua ſubrogatio, ſed actio contra impedientem,& ſi illud fuit caſuale imputabit ſuæ fortunæ,Bartol.in l. ſi vno §.item cum quidam in fine ff. locati,& in l.ſi prius num.30.ff.de noui oper. nunt.& plenè Fontan.de pact. nupt.clauſ. 4.gloſ.10.num.102.qui eſſe communem refert,& poſt eum Maſtrill.de Magiſtr.lib. 1.cap.21.num.90. & cap.23.num.56. & hanc concluſionem paſſim in Tribunalibus eſſe receptam patet ex Valaſc.conſul.155.par. 2.Cabed.in Portug.dec.84.lib. 2. Rota Genuenſ.dec.27.Maſul. ad Capyc. dec.127.num.5. Franch.deciſ.419. & Ego ſcripſi ad prag.5.de Baron.nu.87

Stante ergo hoc firmiſſimo ſuppoſito; ſequitur, quod de iuſtitia obtinere non poterat Ricciardus reſtitutionem ad complendos ſex menſes officij,quibus non vacauit ob dictum impedimẽtum, quia non ſolum dictum tempus erat effluxum,ſed biennium,à die,quo ab officio dicti Auditoratus fuit euocatus.

Secundo eſt diſcutiendum, cum per prouiſiones Collateralis Conſilij obtinuerit iam reſtitutionem ad complendum tempus dicti officij, an poſſit prætendere Antinianitatem ad priſtinum locum,quẽ tunc occupabat. Præmicto primo,& dico,quod talis reſtitutio, dũ præfato Doctori de iure non competebat,vt probauimus in præcedenti articulo,ſententia reſtitutionis tanti Sena-
3 tus ſuſtinetur in vim gratiæ potius, quam iuſtitiç,iuxta doctrinam Bal.in l. qui ſe patris C.vnde liberi,quia quod
4 vna via ſuſtineri non poteſt,ex alia habet fundamentum accipere,vt ſaluetur Crau.conſ.241 Ozaſc.deciſ. 139 cum alijs coaceruatis.Ita ergo prætẽſio occupandi primam ſedem ex eo, quia fuit reſtitutus ad officium non habet iuris ſubſiſtentiam, nam vt diximus ſupra, non datur ſubrogatio tẽporis, ſed
5 ſi impedito cõcederetur tantundẽ temporis,quantum fuit ſuſpenſus, hoc erit no-

Digitized by Google

nouum tempus,nouaque conceſſio, ex nunc,& non prout ex tunc,tex.eſt inſi gnis ad litteram in l. ſi vſusfructus in biennium ff. de vſufr. leg. vbi teſtator
6 reliquit vſumfructum fundi per biennium, ex ſua morte præſtandũ legatario,quod culpa hæredis non fuit præſtitum,ita quod biennium fuit elapſum; dubitatum fuit ſi dictus legatarius potuiſſet obtinere aliud biennium vſusfructus.Et decidit tex. quod non,quia primum tempus biennij erat elapſum, & non debebat iure reintegrari, ſed datur actio ad intereſſe fructuum primi biennij,ſed ſi denuò concederetur,eſſet noua conceſſio ab hærede præſtita; concordat l.quæſitum, & ibi glo.ff.de vſufr.Franch.deciſ. 451. Per quæ iura ( ni fallor ) ponitur gladius
7 ad radicem,quod pręfatus Doctor ex reſtitutione ad officium,non conſequatur temporis antiquitatem, ſed accipere debeat ſedem vacantem nouam ex nunc,& non poſſit fieri retrotractio ad tũc, quando officium cum antinianitate tenebat.

Et ſi replicaretur,Doctores firmaſſe, quod quando quis reſtituitur ad officium, ſiuè ex iuſtitia, vel gratia,ille ad priſtinum locum reponi debeat.

Dico,aliquos ſic opinatos fuiſſe, ſed communis eſt in contrarium,quod non reponatur ad tollendam ſedem ab eo, qui in poſſeſſione reperitur, Doct. in l. gallus §.Et quid ſi tantùm ff. de lib. & poſth. Sfort. de reſtit. in integr. q. 96. nu. . .& Maſtrill.Authores vtriuſquè opinionis nouiſſimè cumulauit in tract.de indultu quæſt.22.nu.111.Sed circumſcripta tali diſcuſſione:aduertatur quæsò, eam quæſtionem non adaptari, niſi ad officia habentia tractũ ſuc
8 ceſſiuũ, & perpetuitatem,ſed nõ ad officia,quæ tempore circumſcribuntur,nã vt in principio fundauimus, non datur in iure temporis reſtitutio,& propterea quæſtio Doctorum,quæ ex aduerſo adducitur, non facit ad Rhombum, ſed prædicta fœderis diſtinctione conciliatur, nàm vna lex per aliam declaratur,
9 l.non eſt nouum ff. de legib. quia contrarietas in iure non datur, l.vnica C.
10 de veter.Iur.enucl.Vndè ex diuerſis nõ eſt facienda illatio, vulgata l.Papinianus ff. de minor.

Vlterius,vltra quod communis opinio eſt in contrarium,non dari reſtitutionem ad primum locum officij, tamẽ limitatio adducta etiam à Doct. tenẽtibus affirmatiuam, eſt,quod ſi ille qui fuit prouiſus in locum remoti ſit per-
11 ſona ſatis benemerita,tunc reſtitutus reintegrari non poteſt ad tollendum illi locum,Lanar.conſ.21.num.12.Paris de reintegr. feud. verſ. & quia, & alios adducit Maſtrill. loco citato nu. 122. Qualiter in locũ Ricciardi fuerit à Prorege vocatus Auditor Io. Franciſcus Capiblancus,qui primam ſedem nunc tenet,ſcit ſua Excellentia,& omnes eius Miniſtri, & qualitas benemeritorum,tot ſeruitiorum,Doctrina,Doctoratus antiquior,præſtantia in defendendis cauſis in Tribunalibus,ſunt no-
12 toria. Hæ qualitates dant facultatem Principi,ſuper præcedentia, Doct. in l. cum quid ff. ſi cert. pet. & bene ponderat Maſtrill.de Magiſtr.lib.5.cap.4.

Inde oritur alia concluſio, Proregẽ poſſe perſonam benemeritam prouide-
13 re in aliquo Tribunali cum præcedentia,ad alios Collegas,quia ordo qualitatis eſt maioris conſiderationis ordinis temporis,de Pont. de Poteſt. Proreg.tit.de prouiſ.§.2.num. 8. & latius ibi Maſtrill. num. 75. vnde etiam ex iſtis cauſis non poteſt amoueri ipſe Capiblancus à loco quem tenet.

Tertio & vltimo non officit quod fertur,per Collaterale Conſilium fuiſſe factam prouiſionem,vt reſtitutio facta ad officium præfato Ricciardo, ſit cum præcedentia,prout locum habuerat tẽpore amotionis,cum enim ſit facta, in nihilo citatis, nec auditis intereſſatis; quis neſcit ? quod non nocet,
14 iuri enim tertij,poſt ius quæſitum neque Princeps præiudicare poteſt,vt lg. l.2.§.ſi quis ff.ne quid in loco publ. &
15 talia reſcripta non ſunt obſeruanda,



Digitized by Google

ſic ſtatutum eſt in l. reſcripta C. de prec. Imp. offer. l. fi. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. nã præſumitur potius circumuentus ſuperior, quam ſit dicendum, quod alij voluerit præiudicium afferre.

Ex ſupradictis patet, qualiter Collegæ ſint (cum reuerentia) grauati. Ideo ad ius, & iuſtitiam cauſa erit remictenda, vt ipſis auditis terminetur; ſi iure poſſit dictus Ricciardus reſtitui ad ſuã primam ſedem.

Nec ambitioni talis oppoſitio erit
16 tribuẽda, cauſa enim conſeruandi gradum dignitatis magna extimatur, l. obſeruare §. antequã verſ. magni enim
17 refert ff. de offic. proconſ. & armata manu de iure licitum eſſe cauſam defendere ait Auend. de exeq. mand. Regum cap. 19. num. 15. & Gratian. diſcept. 250. num. 53. quia iniuria fit poſſidenti, quando turbatur, l. iniuriarum l. 1. §. ſi quis de honoribus ff. de iniur.

Cauſa hęc ob mortem dictę D. Ricciardi, deciſa non fuit, ſed ex prædictis veritas manifeſtè cõſpicitur.

## ARGVMENTVM.

Electio Officialis cum pertinet ad Baronem, & Acceptatio ad Vniuerſitatem, an quilibet ciuis admictatur ad opponendum, & quid ſi maior pars conſentiat, an minor poſſit impedire officij poſſeſſionem, & quando à principio non fuit contradictum, an poſtea opponi poſſit, & quæ exceptiones obſtent, recenſentur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Officialis poſſeſſio poteſt impediri non ſolum à Regimine Vniuerſitatis, ſed à quolibet ciue.*

2 *Officialis reſirmari non poteſt, vno ciue reluctante, quod ſecus eſt in aſſignanda poſſeſſione, vt nu. 5.*

3 *Popularis actio, & exceptio ab vno quoque ciue exerceri poteſt.*

4 *Maior pars ciuium attendenda eſt, & cuius expenſis ſit lis facienda, minori parte contradicente nu. 6.*

5 *Officiali conſignanda eſt poſſeſſio concurrẽte maiore parte ciuium, licèt minor pars diſſentiat.*

7 *Minor pars ciuium, ſi in lite obtineat recuperat expenſas ab Vniuerſitate.*

8 *Officiale acceptato, vllo contradicente, eum de iure acceptari non debuiſſet tenetur deſiſtere, deinde vno ciue opponente, & ita refertur iudicatum num. 12.*

9 *Multa facta tenent, quæ impediri poterant fieri.*

10 *Vniuerſitas neque tacitè, neque expreſſe poteſt tollere legem Superioris.*

11 *Iuri publico præiudicari non poteſt.*

13 *Officiali poſſeſſio multis caſibus denegari poteſt, ſed ex coniugio ſolo non impeditur, ſi ibi incolatum non fecerit.*

14 *Officialis cuius ætatis eſſe debeat, vt adminiſtrare valeat, & nu. 16.*

15 *Impubes beneficia, & dignitates conſequi poteſt.*

17 *Ætas maior in Regno decem & octo annorum intelligitur, vt ſit quis liber à tutela, & cura, non autem in cæteris, quæ de iure maiorem ætatem requirunt.*

## CAPVT XXV.

ELectionem Officialis ad Baronem pertinere, acceptationem verò ipſius, ad Vniuerſitatem loci, quę ſe opponere poteſt, & poſſeſſionem impedire, ſi quas iuſtas habeat exceptiones concluſimus. Et non ſolum Sindico, & Decurionibus nomine vniuerſali hoc ius competit, ſed cuilibet ciui datur actio

Digitized by Google

1 actio impugnandi, l. reus delatus, & ibi gloſ. in verbo appellatum, ff. de muner. & honor. Cabed. dec. 112. part. 1. & dec. 84. par. 2. Sed dubitatum fuit, quid ſi maior pars Decurionum, vel ciuium, Officialem recipiat, & minor pars contradicat, an ſuperſedendum ſit in conſignanda poſſeſſione, & ex prædictis videtur, quod cum ius oppugnandi pertineat ſingulis vt ſingulis, vno reluctante ſuperſederi debeat, vſquequò prouideretur ſuper oppoſitione, prout fuit deciſum per Franch. deciſ. 609.
2 quòd aduerſus refirmationem prætenſam ab Officiali; ſi vnus ciuis reluctet ea fieri non poſſit, quia actio, & exceptio popularis, dum omnibus compe-
3 tat, ab vnoquoque exerceri poteſt, l. 1. ff. de popul. act.

Alij dixerunt, attendendum eſſe, quod à maiori parte fuerit concluſum,
4 ex l. quod maior ff. ad municip. cap. factum à maiori de reg. iur. in 6.

Nec refert, ius pertinere ſingulis vt ſingulis, nam vera eſt propoſitio, vt ſalua ſit actio opponendi, ſed interim attendendum eſt, quod à maiori parte
5 agitur, & in plenario Iudicio coram Superiore erit diſcutiendum, ſi obiectio ſubſiſtat, vt in indiuiduo Fontan. de pact. nup. clauſ. 4. glo. 10. par. 1. nu. 90. Cabed. dec. 102. quas doctrinas nota, nam cum difficultate in facto inue-
6 ni punctualem auctoritatem, ſed cuius expenſis talis lis ſit agitanda, docet ibi Fontan. quod ſi maior pars opponat, Communitatis expenſis lis debeat
7 agitari, ſi minor pars agat, ſuis impenſis facere debet, ſed ſi obtinebit dum negotium populare eſt, & vtiliter fuit geſtum, recuperabit ab Vniuerſitate, & ſic innuit Auend. de exeq. mand. cap. 19. par. 1. num. 17. Viui. deciſ. 42.

Sed an acceptato Officiali ab Vniuerſitate, nullo contradicente, valeant poſtea aliqui ciues, vel ipſamet Vniuerſitas, exceptiones præſentare pendente officio, opponendo, vt Officialis debeat deſiſtere. In facto enim erat quidam exterus de Regno & Principi noſtro non ſubiectus, vnde officium exercere in Regno prohibetur, vt in prag. 1. tit. de Eccleſ. perſo. quod erat notum ipſi Vniuerſitati, ſed illum admiſerat, qui cautionem ſindicatus præſtiterat, poſtea aliqui procurauerunt
8 prouiſiones à Reg. Audientia Hidruntina, vt amplius non exerceret, qui comparuit dicendo, Vniuerſitatem ſibi præiudicaſſe, eum admittendo, & tacitè renunciauit huic exceptioni, quapropter non dari debebat regreſſus ad ius renunciatum, l. 1. §. qui ſemel ff. de ſucc. edict. & multa facta tenent, quæ
9 impediri poterant fieri, l. patre furioſo ff. de his qui ſunt ſui, vel ali. Iur. & diſpoſitio Pragmaticę, & aliorum iurium prædictorum, fuit facta, ne ſubditi poſtea reperirentur eluſi, ſi Officialis iter arriperet, ſed dum fuit cautum per fideiuſſores de parendo ſindicatui, erat Communitati ſatisfactum.

Replicabatur ex parte ciuiũ, Vniuerſitatem, nec tacitè, neq; expreſsè poſ-
10 ſe tollere legem Superioris, l. ius publicum ff. de pact. l. priuatorum conſenſus C. de iuriſd. omn. iud. cumque reſiſtant iura Regni, prohibitiuè, & annullatiuè ne tales perſonæ eligerentur, & prohi-
11 bitió fuit inducta tam fauore ſubditorum, quam publici, ergo præiudicari non potuit, l. nemo poteſt ff. de leg. 1, Gram. conſ. ciu. 16. ex quibus
12 cõtra Officialem iudicauimus, Cumq; poſt multos dies diſpenſationem à Prorege ꝑcuraſſet, fuit ad adminiſtrationem admiſſus, & reintegratus, ſed ſi eſſent aliæ oppoſitiones non concernentes beneficium publicum, vel non haberent iuris reſiſtentiam, aliud eſſet dicendum.

Caſus autem multi ſunt, qui de iure ſparſim poſiti fuere, qui opponi poſſunt aduerſus Officialem, antequam poſſeſſionem officij capiat, & adduxi in præced. commen. nu. 117. & 162. aliquos,
13 qui impediunt, vt Officialis exercere non debeat, & in facto, Capitanio Miſcianeæ fuit obiectũ duxiſſe ibi vxorẽ, & fuit altercatum, ſi iuſta fuiſſet exce-

ptio

ptio,& adducebatur quod dicunt Doctor.in l.fin.C.de crim. Sacril. de orto,& oriundo, vel habente maiorem partem bonorum in loco, quod prohibe ri ei debet adminiſtratio officiorum &ſic tex. in l. nullus C. de diuerſ. offic.lib.12. & Conſt.Regni incip. Iuſtitiarij per prouincias. Sed in contrariũ allegabatur Affl.in d. conſt. 2. notab. qui ait,ſolum coniugium non officere, ſi ibi non fecerit incolatum, & ita prouiſum fuit, & à M. Cur. confirmatum. Poſsunt etiã opponi defectus naturales ſenectutis,vel morbi,inhabilitatis perſonæ,nam iſti repelluntur, vt refert Fõtan. loco ſupra citato num.56.& ſic dicit,ſi erunt creati contra capitula,& priuilegia, Vniuerſitatis veluti, vt ſit Doctor,vel de non conuicinio:

14 Item ſi ſit minoris ætatis, ſed dubiũ eſt, cuius ætatis debeat eſſe Officialis, vt valeat adminiſtrare. Impuberes prohibentur, quia animi iudicium non habent,l. 2. §.fin.ff.de reg.iur. nec Princeps poteſt diſpenſare,gloſ.in l. cum prætor. §. fin.verbo impubes ff. de Iudic.Suarez alleg. 12.Nec refert,impuberem poſſe conſequi beneficia, & dignitates,nam eſt verum, ſi non requirant adminiſtrationem,quia poteſt per ſubſtitutum ſeruire, vt Dec.in d.l.2.§. impuberes ff.de reg.iur.

Adultus vero neque Magiſtratum gerere poterit, nam vſque ad vigeſimum annum abſtinere debet, l. cum lege ff.de recept. arbitr.c. cum vigeſimum de offic.deleg.niſi Princeps diſpẽſauerit, vel partes ſcienter eum minorem in ipſum conſenſerint,iuxta tex.in in l.quidam conſulebant ff.de re iudic. nam cum Adulto poteſt fieri habilitatio,non cum impubere,Cald.in l.ſi curatorem,verſ. hunc contractum C. de in integ.reſt.Blãc.de cnmprom. quæſt. 2.Viui. com.opin.179.lib.2.& Barboſ. in l.cum prætor §. fin. ff. de Iudicijs, Et licèt in Regno ętas annorum decẽ, & octo,reputetur perfecta, & quiſque maior dicatur,vt in Conſtit.Regni.Mi

17 norum iura,ea intelligitur, vt libera ſit à tutela,& cura,ſed non extenditur ad cætera, quę de iure maiorem ætatẽ requirunt. Magon deciſ.Flor.22.Barz. deciſ.Bonon.74.num.12. & Sforza de reſtitut.in integr.par.1. quæſt. 15. art. 9. qui plenè punctum diſcutit, An & quando ſtatutum circumſcribens ętatem haberi pro maiori, ad certos annos, extendatur in omnibus caſibus.

Et diebus elapſis in Regia Audientię Principatus Citra,Doctor Ioannes Salatus Aduocatus ibi primarius,& pauperum patronus dubium propoſuit, ſi ætas teſtium dicatur perfecta decem & octo annorum, dum iure communi non ſit quiſquam idoneus, niſi ſit ętatis viginti, quando deponit in cauſa criminali,l. in teſtimonium ff. de teſtibus, & Gram.dec.40. Viui. deciſ. 86. Farin.de teſt.quæſt 58.

Multa alia opponi poſſunt ad impediendum,vt iure Officiali poſſeſſio denegetur,quę poſui in præced.commẽt. ſuper hac Pragmatica, & vide tex. in l. cum prætor §. fin. ff. de Iudic. & ibi Doct.

## ARGVMENTVM.

Sequeſtrata Iuriſdictione Baroni ob delictum, vel debitum, an alius Officialis ſit conſtituendus, durante anno illius,qui in poſſeſſione reperitur.

Suſpẽſa iuriſdictione, an ſolus Prorex Officialẽ conſtituere debet, vel etiam alij Superiores Magiſtratus.

Terra locata cum iuriſdictione, an conductor teneatur ſtare Officiali.

## SVMMARIVM.

1 *Officialis infra annum amoueri non poteſt,quamuis Baro decedat, vel Terra vendatur,& nu.7.*

2 *Baroni ſequeſtratur Iuriſdictio ſuæ Terræ,ſi pro delicto ſit contumax.*

3 Iu-

Digitized by Google

3 *Iuriſdictio ob debitum Baronis, cum aſſenſu ſequeſtrari poteſt.*

4 *Baroni ſequeſtrata iuriſdictione, ad ſolum Proregem ſpectat Officialem ibi creare.*

5 *Iuriſdictionem cum mero, & mixto Imperio concedere, pertinet ad Principem, vel ad eum, cui ille conceſſit.*

6 *Sequeſtrata iuriſdictione Baroni, Officialis qui reperitur in poſſeſſione infrà annum remoueri non debet.*

8 *Multa tranſeunt parte non opponente.*

9 *Conductor iuriſdictionis alicuius feudi non poteſt amouere infrà annum Officialem, qui in poſſeſſione reperitur.*

10 *Affictator Terræ ſalarium tantùm offerre poteſt Officiali à Baronc ante conductionem electo, non data poſſeſſione.*

# CAPVT XXVI.

QValitas officij adeò circũſcripta eſt anni circulo, ſeruata forma huius pragmaticæ, quod nec morte Baronis concedentis, neque ſi Terra vendatur, Of-
1 ficialis qui in poſſeſſione reperitur, moueri poterit, vt in præc. tract. probauimus. Sed continuò vidi dubitatum, ſi ſequeſtretur iuriſdictio Baroni, quia fortè eſt contumax pro aliquo delicto, ob cuius contumaciam iuriſdictionem
2 exercere nequit, ſecundùm And. in Conſtit. Regni Clementiæ, & in cap. 1. tit. An ille qui interfe. fratr. Freccia de ſubfeud. author. 29. Ann. ſing. 52. quod etiam obſeruatur, quando fit exequu-
3 tio ſuper Terra pro debito Baronis cũ aſſenſu, nàm etiam iuriſdictio auctoritate Superioris ſuſpenditur, Ann. ſing. 180. & latiùs D. Rouit. pragm. 3. ex num. 16. de ordine Iudic. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 4. cap. 15. num. 23.

Iſtis enim caſibus, Prorex in Terris ſequeſtratis Officiales conſtituit, qui
4 nomine Regio iuriſdictionem adminiſtrent, cùm ad ipſum ſolum ſpectet illos creare, Barone ſuſpenſo, de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſu §. 1. nu. 18. Et contradixi in Regia Audientia Hydruntina, in qua effectus fuerat contumax Baro Caſtrignani pro cauſa criminali, & Præſes cum Fiſcali conſtituerant Officialem ego dicebam, quod concedere ordinariam iuriſdictionem,
5 cum mero, & mixto imperio ſpectabat ad ſolum Principem, vel ad eum, cui ſpecialiter ipſe conceſſit, tex. in cap. 1. de regalib. vbi And. & alij, Peregr. de Iure Fiſci lib. 1. tit. 1. num. 10. Couarr. pract. quæſt. cap. 1. ex nu. 9. Cumque Regia Audientia non habeat poteſtatem, & facultatem iuriſdictionem concedendi, ergò iniuſtè, & nulliter Officialis conſtituebatur, & habito recurſu ex parte Baronis ad Proregem, fuit reſcriptum, vt de cœtero abſtineremus, Officiales in ſimilibus creare.

Et redeundo ad inſtitutum, ſi Officialis Baronis reperiatur infrà annum in poſſeſſione officij, qui tempore habi-
6 li fuerat creatus, an iurè reuocari poſſit, & alius à Prorege conſtitui. Dixi obiter in præced. Commeat. hoc loco, ſuſpenſionẽ nõ reſoluere geſta, facta à Barone, & ſic iuriſdictionem conceſſam per annum non fuiſſe extinctam, Nàm ſi in caſu mortis, & reſolutionis domi-
7 nij Baronis, Officialis poterat annum officij explere, vt vltrà ea, quæ anteà dixeràm, deciſum refert Viſcont. poſteà viſus ad deciſ. Franch. 216. fortiùs ſic erat dicendum in iuriſdictione ſuſpenſa, vt innuere videtur D. Rouit. conſil. 81. Peregr. de iur. fiſc. tit. de vendit. fiſcal. nu. 33. Et ſic corroborantur ea, quæ priùs concluſeram. De facto tamen contrarium ſolet obſeruari, nàm ſtatim facta ſuſpenſione, nouus conſtituitur Officialis, ſed credo hoc euenire, quod Officialis, qui eſt in loco non repugnat, neque apud Proregem ſe defendit, & multa tranſeunt, parte nõ op-
8 ponẽte, Franch. dec. 278. n. 7. & diffuſè Marſ. in l. vnius §. cognitorũ ff. de quæſ.

In

Digitized by Google

In conductore verò Terræ, cum iuriſdictione, idem ſeruandum cenſui,
9 quod teneatur ſtare Officiali, Franch. deciſ.216.Ozaſc.deciſ.82.

Sed ſi officium ſit prouiſum, antè locationem, & expeditæ patentes, tùnc
10 conductor, ſi noluerit recipere illum, creatum à Barone, offerendo officij ſalarium, poterit alium conſtituere ad ſui electionem, Franch. ibi in fine, & Addent. neque erit obligatus dare lucra, & gagia, quæ in officio lucrari poſſet, quia illa debentur, & compenſantur cum labore. Vnde ſat erit, ſalarium offerre, Frecc. de ſubfeud. aut.3. in fine, Ann. in cap.1. nu.223. de vaſſall.decrep.ætat.

## ARGVMENTVM

Officiales diſſimulantes delicta, vel delinquentem relaxantes, qua pœna puniantur.

Baro priuilegio componendi abutens, tranſigens in cauſis exceptis, quando eo priuari poſſit.

Compoſitiones exceſſiuæ an à Superiore moderari poſſint, & ab eis appellari.

## SVMMARIVM

1 *Iudex non debet eſſe clementior lege.*
2 *Iudex iniuriam facit legi, quando ſtatutam pœnam non imponit.*
3 *Iudex doloſè pœnam remittens, eandem pœnam ipſe ſuſtinere debet.*
4 *Iudex ex cauſa pœnam minorare poteſt.*
5 *Satellites captum inquiſitum dimittendo, arbitrariè vſq; ad capitalem pœnam puniuntur.*
6 *Birrnarij debitorem captum dimittentes, puniuntur, & debitum ſoluere tenentur.*
*fficialis qualiter puniatur, delinquē- tem relaxando.*
8 *Componendi facultas non ſubintelligitur ſub conceſſione meri, & mixti imperij, & quatuor literarum arbitralium, niſi ſpecificè concedatur.*
9 *Pœnas corporales in pecuniariam commutando datur occaſio delinquendi.*
10 *Priuilegio abutens eo priuatur.*
11 Baro *fuit punitus ex compoſitionibus factis in caſibus prohibitis.*
12 *Appellari poteſt ab exceſſiua compoſitione facta à* Barone.
13 *Reſtitutio in priſtinum, quando ex vna parte actus impugnatur, quando vtrique parti ſit concedenda.*

## CAPVT XXVII.

Mandat hæc pragmatica, vt Barones, & Officiales debeant delinquentes debitis pœnis punire, & qui poteſtatem habent componendi ea vtantur, nè ex abuſu, contra eos de Iuſtitia Princeps prouidere cogatur.

Vnde primò notandum duxi, Iudicem non debere eſſe clementiorem
1 lege, vt in Auth. de Iudice §. oportet coll.9.& iniuriam legi facit Iudex, qui
2 pœnam ſtatutam non imponit, & puniri poteſt, l.ſeruos C.de vi publ. l.fin.C. de ſanct. baptiſ.iter. & And. in cap.1. tit. quæ ſint regal. verbo bona committentium, dicit, quod doloſè remittens pœnam, ipſe eandem pœnam
3 ſubſtinere debet, & ſic Paris de ſindic. verbo pœna. Ex cauſa tamen poſſe minorari pœnas, non dubitatur, l. quid ergò §. pœna grauior ff. de ijs
4 qui notant. infam. Tiraq. de pœnis temper. & infinitos caſus collegit Auend. de exequend. mand. cap.16. par.2. Farinac. quæſt.98. Indè in facto occurrit in Regia Audientia Principatus vltrà, quoſdam Milites Campaneæ cœpiſſe inquiſitum de delicto graui, & poſteà clandeſtinè illum dimiſiſ-
5 ſe,

Digitized by Google

ſe, & fuit altercatum, qua pœna eſſent puniendi, cum iam conſtaret in Inquiſitione de prædictis, & erant inditia, quod pecunia id fecerint, & adducebam Menoch. de arbitr. Iudic. cent.6. caſu 583. qui ait, eſſe arbitrariam vſq; ad capitalem pœnam, ſi capti erant perſonæ de capitali crimine conuictæ, & ſequuntur Campan. in cap. Regni 16. Boer. deciſ. 217. Farinac. quæſt. 32. à nu. 17. Viu. dec. 202. & tanquàm delinquentes in officio, poſſe eo priuari, eſt text. in l. ſi aliquid C. de ſuſcep. lib. 10. & in l. Iudices C. de dignit. lib. 12. Et exindè dictos milites officio priuauimus, & exulauimus à Prouincia per annos ſeptem, & dum eſſet appellatum, fuit confirmata noſtra ſententia in M.C. & S.C. Et non ſolùm puniendi ſunt, relaxantes crimînoſos, ſed etiam debito-
6 res ciuiles, nàm poſtquàm ſunt in manu familiæ, non poſſunt illos dimittere, & ſi illos certioraſſent, vt aufugerent, ſimiliter caſtigari poſſent, & tenentur ad debiti ſolutionem, Marſ. ſing. 17 & in rub. de fideiuſſ. nu. 16. Stracca de mercat. tit. de decoctor. in 2. p. vlt. par. §. circa propoſitam rubricam nu. 11. & nouiſſimè Giurba conſ. 76. vbi latè explicat, qua pœna puniatur Officialis,
7 qui ſine cauſa delinquentem relaxauit. Et dùm fuiſſet expoſita quærela in Sindicatu contra Officialem Gallipolis, quod reperta, cum ſcolpo paruo, de nocte quadam perſona inquiſita illum relaxauerat, condemnauimus ipſum, nè liceret exercere officia per annos, ex Farin. q. 111. nu. . . Et ſi continuò caſtigarentur Gubernatores Regij, qui habita mercede omnia delicta ſupprimunt, componunt, & diſſimulant, non committerentur tanta flagitia, ſpe ducti, quod omnia pecuniæ accomodant.

Secundò aduertendũ duxi, id quod tex. d. prag. dicit, vt Barones, qui vigore ſuorum priuilegiorum poteſtatem componendi habent ſic vtantur, nè ex
8 abuſu Princeps prouidere cogatur. Poteſtas componendi multi opinati ſunt, ſubintelligi ſub conceſſione meri, & mixti imperij, ſed falſum eſt, nàm niſi ſpecificè ſit data talis facultas, non venit, Fab. de Monteleon. tract. de liter. arbit. cap. 29. licèt ſolitum ſit in omnibus ferè inueſtituris exprimi, vt Franch. deciſ. 370.

Vlteriùs quamuis Baro habeat tale priuilegium, eo tamen vti taliter debet nè ex abuſu ipſo priuetur, & vtinam Princeps animaduerteret, & ſui Miniſtri ad talem abuſum, cum hęc facilitas commutandi pœnas corporales in pecuniarias ſit ingentiuum delinquendi,
9 cap. eſt iuſtitia 23. q. 4. Abuti .n. dicitur quis, quando doloſè, iniuſtè componit, ſunt namq; multi caſus de Iure cõmuni, & Regni, ſuper quibus non licet cõponere, vt diffusè explicaui in præc. Comm. ſuper hac prag. Si contra formam Baro componeret, vltrà quod eſſet nullius valoris compoſitio, poſſet Superior, cognito hoc abuſu, ad tẽpus, vel in perpetuum tali priuilegio eũ priuare, Nàm vera eſt concluſio, quod pri-
10 uilegio abutẽs ipſo priuatur, l. qui ſine ff. de negot. geſt. c. vt priuilegia de priuileg. Affl. in Conſtit. Regni ea quæ ad decus nu. 14. D. Reg. Tap. in l. fin. ff. de Conſt. Princ. p. 2. c. 7. Fabr. diff. vlt. C. quando lic. ſine Iud. ſe vendic. Et dùm contra Marchionem Burgentiæ eſſet à vaſſallis, inter alia porrecta capita, q
11 abſq; partis remiſſione, & in alijs caſibus prohibitis compoſitiones feciſſet, fuit prouiſum, quod deindè Sacro Concilio inconſulto non componeret, & licèt reclamaſſet, non vidi poſtea quid fuerit deciſum. Et ſic exceſſiuæ compoſitiones, multotiès à Superioribus fuerunt moderatę. Et in facto, dùm quidã inquiſitus ſe ſubmiſiſſet gratię Baronis, petendo admitti ad compoſitionem, prout ipſi Baroni videretur, ille taxauit pœnam cuiuſdam Inſultus in ducatis centum, & dum cogeret illum ad ſoluendum, Reus appellauit ad Regiam Audientiam Salerni. Aduocatus Baronis dicebat, non eſſe admittendã appellationem, cum ille conſenſerit, &

ſe

Digitized by Google

ſe remiſerit ad arbitrium Baronis, arg. ex cap. ſane de renunc. Paris de ſind. in verſ. compoſitio §. an ſi eſt num. 5. Carau. Ritu 276. num. 4. ex aduerſo fuit allegata in terminis dec. Gizzar. 57.
12 vbi deciditur, poſſe appellari, vt reducatur compoſitio ad iuſtum arbitrium, quia iudicium in eum collatum, debet eſſe diſcretum, gloſ. fi. in l. penul. ff. de recep. arb. Et licèt replicaretur, quod dum Reus nolebat ſtare arbitratæ compoſitioni, neque Baro intendebat velle componere, vt quilibet reponeretur
13 in priſtinum. Diximus, quod repoſitio in priſtinum debebatur ex capite nullitatis, l. quod ſi minor §. reſtitutio ff. de minor. ſed cum agebatur de reducendo factum ad iuſtum arbitrium, nō poterat tractari, niſi punctus Iuſtitiæ, & non ſtat in arbitrio Iudicis, ſe pęnitere, vt bene Peguer. dec. 91. & ſic fuit moderata compoſitio in ducatis quinquaginta, vtinam viſitarentur Barones, vti prius agebatur, hac enim facultate quaſi omnes Barones priuarentur, tam malè ea abutuntur, in componendo vaſſallos in cauſis iuſtis, & iniuſtis, & tàm vbi conſtat delictum, quam vbi adeſt ſuſpitio, vel leuia inditia, carcerant, tam rigidè, vt miſeri, timore cruciatus carceris, reducunrur ad compoſitionem ad votum Baronum, contra iuris debitum, quia vbi non eſt materia, non poteſt dari forma.

## ARGVMENTVM.

Mater ſi concurrat in accuſando cū vxore occiſi, quæ ipſarum præferatur in agendo, & remictendo; Gratia facta ſub conditione, vel modo, quando ipſo iure reſoluatur ſi non adimpleatur.

## SVMMARIVM.

1 *Gratia facta ſub conditione, euaneſcit ſi conditio non fuerit adimpleta.*
2 *Conditionalis actus, reducitur ad non cauſam, quando deficit conditio.*
3 *Vxor admictitur ad accuſandum de morte ſui viri.*
4 *Vxor ſecundum aliquos, præfertur cōſãguineis, & filijs in accuſãdo de morte ſui viri occiſi, ſed contrarium eſt verius vt nu. 7.*
5 *Mater ſi concurrat in accuſando, & remictendo, cum vxore filij occiſi, prę fertur mater.*
6 *Filij ſunt pars viſcerum matris.*
8 *Vxoris priuilegium in accuſando, & remictendo dicitur exorbitans, & ius ſpeciale.*
9 *Ius accidentale habens, non præfertur habenti ius naturale.*
10 *Amor potius deſcendit, quam aſcendit.*
11 *Pater magis torquetur in filium, quã in ſe ipſum.*
12 *Filij cum matre, vna, & eadem perſona cenſentur.*
13 *Vbi eſt eadem ratio, idem ius debet ſtatui.*
14 *Potior in querelando præfertur in remictendo.*
15 *Remiſſio in Regno vt fiat à proximioribus, eſt iui nouum correctorium iuris communis.*
16 *(Dummodo) hac clauſula, inducit modum, & non conditionem.*
17 *Modus potius, quam conditio in dubio præſumitur.*
18 *Modalis actus in caſu contrauentionis non irritatur ipſo iure, ſed per oppoſitionem.*
19 *Vxoris actio, in accuſando, & remictendo, extinguitur per tranſitum ad ſecunda vota.*
20 *Emphyteota non ſoluendo in tempore non incidit in commiſſum ſi faciat depoſitum antequam* Dominus *dire-*

*ctus*

*ctus opponat.*

21 *Remiſſio facta ſub conditione, an valeat, & reſoluatur.*

22 *Filia fœmina per ſtatutum, vel renunciationẽ excluſa, an iure ſanguinis ad querelandum, & remittendum admittantur.*

23 *Tutor an poſſit remittere pro pupillis abſque decreto.*

## CAPVT XXVIII.

BArones non poſſe cõponere, nec gratiare Vaſſallos, niſi prius habita remiſſione á parte offenſa, latè explicauimus in præced. comment. Nunc pulchram quæſtionem, obſeruatione dignam adnotare volui, quam in Collaterali Conſilio defendi, & facta fuit mihi) magna oppoſitio à Fiſco, & quod tunc allegaui, hic inſerere putaui, & ſunt vȝ.

Punctus de quo ſit controuerſia, quamuis nouus videatur, tamen ni fallor difficultatem habere non puto, Cornelium Pellegrinum, & Carolum Antonium Clauſum gaudere debere gratia à Prorege eis facta, & per Magnam Curiam admiſſa, de prætenſo homicidio, in perſonam Franciſci Antonij Saia.

Et licèt Fiſcus opponat, ipſos aſſerta gratia gaudere non poſſe, cum fuerit eis conceſſa ſub conditione, vt infra annum à partibus offenſis remiſſionem procurare debuiſſent, cumque accuſatio fuerit facta contra præfatos Inquiſitos à matre, & vxore occiſi, & in actis non appareat, niſi matris remiſſio, & non vxoris, & tempus à Principe præfinitum ſit elapſum, gratia euanuit
1 dum conditio in ea appoſita adimpleta non fuerit, & reducitur ad non cauſam actus, quando conditio deficit, l. 2. ff. de in diem addict. cum vulgar. &
2 quod vxor poſſit accuſare de morte viri, non dubitatur, Bart. in l. 2. ff. de ac-
3 cuſat. Decian. in ſuis tract. crim. part. 1. lib. 3. cap. 7. Carrer. in ſua pract. crim. §. homicidium num. 381. Farin. quæſt. 13. num. 14. & multi fuerunt opinionis
4 vt vxor præferatur omnibus conſanguineis, & etiam filijs, Fabr. diff. 2. C. qui accuſ. non poſſ. Boer. dec. 233. Baiard. quæſt. 58. num. 61. Flores de Mena lib. 1. var. quæſt. q. 7. Gomez. cap. 1. de lictorum num. 32. & cap. 3. nu. 65. Tartag. prag. 8. num. 30. de compoſ. & alij quos nouiter referunt Caſtil. de vſufructu cap. 40. & Giuba conſ. 61.

Verumtamen ſupradicta oppoſitione non obſtante, ex matura conſideratione eorum, quæ proponuntur, dicimus, præfatos omninò gratia debere gaudere, & pro fundamento ſupponimus, quod iſti infra terminum aſſignatum obtinuerunt pacem, & remiſſionẽ à parte offenſa, quæ erat Mater, quæ
5 eſt in potiori gradu, & omnibus præfertur, tam in accuſando, quam remittendo, tum reſpectu ſanguinis, quam vti hæres, dum mortuus ſine filijs ab inteſtato deceſſerit. Et quamquam vxor ad accuſandũ admittatur, vti propriã iniuriam proſequens ratione affectionis, & coniunctionis, tamen procedit hæc concluſio, quando concurreret cum perſonis Marito coniunctis, ſed non cum perſonis in primo gradu deſcendentium, vel aſcendentium exiſtẽtibus, nam cum vxore ſtat præſumptio affectionis, ſed cum filijs, & matre ſtat
6 veritas, cum pars viſcerum ſint, l. iſti quidem ff. quòd met. cauſ. & accuſãdi ius gradatim conceditur, ratione maioris vinculi, amoris, & doloris, Clar. quæſt. 15. nu. 6. Plaz. de delic. cap. 39. maior enim claritas nõ poteſt haberi, quam in matre, & in Sacro Conſil. concurrente vxore cum filijs ad accu-
7 ſandum, deciſum fuit, filios præferri, vt Franch. dec. 382. & poſt eum Caſtill. loco ſupracit. qui relatis omnium opinionibus hanc veram eſſe refert Gra-
8 tian. diſcept. for. cap. 518. qui ait, priuilegium conceſſum vxori ad accuſandum eſſe exorbitans, & ius ſpeciale,



Digitized by Google

vnde non debet operari, vt habens ius accidentale, præferatur habenti ius na
9 turale, l. qui habet ff. de tutel. Et ſi prædicti Doctores loquũtur in filiis, à maioritate, non ſolum à paritate rationis, idem in matre procedere erit aſſerendum, à cuius viſceribus orti ſunt filij, & amor matris ſuperat illum, quē habent filij erga parentes, cum amor, vt
10 dicunt potius deſcendat, quam aſcendit, And. in cap. 1. §. publici latrones in fine. de pace tenend. adeò affectus parentum eſt magnus, quod torquentur
11 magis in filios, quam in ſe ipſos, & tradit ibi Andr. exemplum de Patre, qui contentus fuit mortem ſubire potius quam videre filij ſupplicium, tex. eſt ſingularis in l. propter inſidias C. de ijs qui accuſ. non poſſ. in l. iſti quidem
12 ff. de eo quod met. cauſ. filij enim cum matre, vna & eadem perſona cenſentur, l. fin. C. de impub. & alijs ſubſt. Tiraq. de primog. quæſt. 40. num. 34. multa cumulat. Si ergo ius proſpexit, vt ij præferantur, cum quibus ſtat maior affectio, & ſanguinis vinculum, & ideo filij præferuntur vxori, fortius idē erit aſſerendum in matre, quæ vt dixi plus amat, cum filius ſit pars viſcerum
13 eius, & ſi vbi eadem eſt ratio idem ius ſtatui debet, l. illud ff. ad l. aquil. & quãto maior ratio ſuadetur, caſus eſt minus dubitabilis, auth. multo magis C. de Sacroſ. Sanct. Eecleſ. Euerard. loco. top. 66. propterea deciſio Sac. Conſ. ſtatuta in filijs, extendendam ad matrē, non videtur dubitandum, vt excluſa dicatur vxor, dum mater in iudicio accuſauerit, & remiſerit. Nam quæ potior de iure eſt in quærelando, ipſa prę
14 fertur in remictendo, Farin. quæſt. 13. in princ. Foller. in prag. 5. de compoſ. Plazza in epitom. delic. cap. 39. & Gratian. in terminis inter vxorem, & filios ſic reſpondit diſcep. 518. nu. 3.

Vlterius, intuendo ius Regni, ex prag. 8. tit. de compoſit. Nouum ius
15 fuit inductum correctorium iuris communis, vt aſſerit de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. §. 4. num. 19. quod remiſſio ſit obtinēda à proximioribus in gradu, quibus defertur ſucceſſio, vnde ſola prærogatiua ſanguinis nō ſufficit. Inde filię fœminæ, quæ de iure Regni parentibus non ſuccedunt, non ſunt requirendæ, dum adſunt alij hæredes maſculi, vt de Pont. loco citato. Ergo in caſu noſtro, mater ſola, quę eſt in primo gradu ſanguinis, & potior in ſucceſſione filij occiſi, cęteris omnibus eſt præferenda in accuſatione, & remiſſione, excluſa vxore, quę non habet ius ſanguinis, neque ſucceſſionis. Quibus ſic fundatis reſoluta eſt Fiſci obiectio, & pro gratia, ſi eſſet dubiũ, erit decernendum, l. interpetratione ff. de pœn. & l. fauorabiliores ff. de reg. iur.

Poſtremo ex abundanti dicimus, quod ſi de iure foret neceſſaria vxoris remiſſio, (quod negatur) adhuc Fiſcũ non poſſe obtinere demonſtratur, Gratia enim fuit perfecta, & ſimpliciter facta, & licèt in fine fuerit poſita qualitas per verba (con que dentro vn anno alcanze la remiſſion de las partes) illud verbum con que, quod latinè in-
16 terpetratur, dummodo, inducit modũ, & non conditionem, Bart. in l. quibus diebus §. termilius, ex nu. 5. ff. de cond. & demonſtr. Mantica de contr. ambig. lib. 10. tit. 5. Farin. conſ. 93. Giurba conſ. 81. num. 9. & in dubio verba potius modum, quam conditionem indu-
17 cere, eſt præſumendum, vt minùs noceant, Doct. in l. 1. C. de his quæ ſub modo, Gratian. diſcept. 136. diſpoſitio autem quę à principio fit ſub conditione, ea deficiente, reſoluitur, ſed quã-
18 do eſt facta ſub modo, non irritatur in caſu contrauentionis ipſo iure, ſed per partis oppoſitionem venit reſcindenda, Bart. in l. eius qui debitorem ff. de iure Fiſci. Ripol. de condict. 4. cap. rubr. de Pont. conſ. 81. num. 11. & ſic reſolutio fit ex nunc, & non prout ex tunc Giurba conſ. 81. At cum Fiſci oppoſitio nuper fiat, quo tempore non reperit extremum habile, quia vxoris remiſſio non eſt neceſſaria, cum iamdiù trãſierit ad ſecunda vota, vt ex fide Parochi

chi in actis præſentata conſtat, ergò gratia non fuit finito tẽpore anni, ipſo iure reſoluta, ſed veniebat infrigenda parte opponente: cumque nunc opponi non poſſit, quia actio vxoris fuit extinta, per ſecundum matrimonium, Ro
19 man. conſ. 182. Farin. quæſt. 13. num. 16. Maſtril. de Indultu cap. 24. num. 84. Igitur oppoſitio Fiſci fundatur ſuper non ente, Doct. in l. bonorum ff. rem rat. haber. quia ea debebat fieri tẽpore quo reperiebatur vbi figere poterat pedes, & non modo, quod extrema non ſunt habilia, Gail. obſer. cap. 47.

Accedat pro complemento, quod etiam ſi gratia fuiſſet facta, cum conditione reſolutiua, & irritatiua, ſi ante declarationem qualitas eſſet verificata, & adimpleta, adhuc commiſſi pœna ceſſat, vt dicitur de emphyteota, qui in tempore non ſoluendo, ipſo iure ab emphyteoſi cadit, ſecundum communem opinionem, ſed ſi antequam
20 pars declararet, emphyteota depoſitũ faceret, non poſſet dari reuocatio, licèt commiſſum ipſo facto, fuiſſet de iure inductum, ſic Mantica de contract. lib. 22. tit. 27. num. 35. eo fortius in gratioſis, & pœnis moliendis, vbi mora ſemper purgatur ante executionem, & maximè, quando ius tertij non lęditur, vt bene Guttier. conſ. 43. num. 19. & ita obtinui, & articulus fuit reputatus nouus, cum à nullo Doctore fuerit pertractatus, in ijs terminis caſus propoſiti, cum matre. Et dùm hæc Typis dare vellẽ, voluendo labores quondam Horatij Longobardi Secretarij accuratiſſimi, & probatæ vitę in Prouincijs Salerni, qui collegit omnes prouiſiones dubias Sac. Conſ. & Collateralis, inter alia in Indultu Generali, adeſt prouiſio S. Excellentiæ, & ſui Collateralis, quod non obſtante accuſatione vxoris, ſi extarent remiſſiones hæredum, Inquiſitus gaudeat indultu.

Cætera ſollẽnia, quæ requirantur, vt valeat partis remiſſio, dixi in pręc. tractat. & multa notant Vulpell. de pace quæſt. 55. Ricc. coll. 208c. & an remiſſio facta ſub conditione valeat, & re-
21 ſoluatur, vide Vrſill. dec. 350. num. 5. Maſtrill. dec. 38. Et an filiæ excluſę per renunciationem, iure ſanguinis admi-
22 ctantur, vide contrarietatem inter Regentem de Pont. loco ſupracitato, cum Frãch. dec. 611. & notata ꝑ Molfeſ. conſil. 10. & Amat. conſ. 18. & an tutor remictere poſſit, & pacem facere pro pu-
23 pillo ſine decreto, vide Vrſill. dec. 262 Guttier. part. 2. tract. de tutel. cap. 20. Marant. conſ. 74.

## ARGVMENTVM.

Compoſitio ſuper crimine lænocinij, an ſit Baronibus exceptum, & declaratur; quod propriè dicatur lęnocinium.

Barones an vti prohibentur per pragmaticam componere ſuper blaſfemia Dei, & Beatę Virginis extenſiuè, intelligantur prohibiti componere blaſfemias Sanctorum.

Latrones non poſſunt componi, ſed quando verè quis latro dicatur.

## SVMMARIVM.

1 *Lænocinij crimen ad ſolam Mag. Curiam cognitio ſpectat.*

2 *Iuriſdictio lænocinij an priuatiuè, vel cumulatiuè ad Mag. Curiam cenſeatur data.*

3 *Læno non dicitur, qui vna vice lænocicium fecit.*

4 *Lænocinium ſi non adſit pretium non eſt verum lænocinium.*

5 *Maritus conſentiens adulterio, an dicatur læno, & ſic pater, aut mater.*

6 *Componi an poſſit blaſfemia Sanctorũ, cum Pragmatica non loquatur de illis.*

7 *Exteſio poteſt fieri etiam de maiori ad maius, ex identitate rationis.*

 8 *Actua-*

Digitized by Google

8 *Actuarÿ comprehenduntur appellatione Officialium extenſiuè.*

9 *Sancti dicuntur de Curia* Dei.

10 *Latro publicus non dicitur qui ſemel in ſtrata furatus fuerit.*

11 *Pœna mortis quando imponi poteſt pro vno furto commiſſo in via.*

12 *Furtum cum comitiua quatuor armatorum in via publica dicitur latrocinium.*

13 *Furtum ſi fiat in agris, vel maſſarÿs non dicitur latrocinium.*

14 *Via publica, quæ dicatur remiſſiuè.*

15 *Refugiati in Eccleſia an gaudeant ſi commiſerint vnum latrocinium in ſtrata.*

16 *Piratæ latronibus æquiparantur in omnibus pœnis, & diſpoſitum in vno cenſetur in alio.*

## CAPVT XXIX.

EXplicaui qualiter partium remiſſio ſit neceſſaria, vt Barones poſſint Vaſſallis gratiam facere de eorum delictis, vel ea transigere, & cõponere, dixi etiam hoc loco, in præced. comment. eſſe aliqua crimina, pro quibus denegata eſt facultas Baronibus exercendi dictum priuilegium, Nunc aliqua ommiſſa declaranda putaui; Inter alia delicta, Crimen lænocinij, vti deteſtabile, non poſſe cõponi ſtatutum eſt, Immò neque cognitio huius cauſæ ad Barones pertinet, ſed ad Magnam Curiam, vt Viui. dec. 454. ex prag. 1. tit. de lænon. & Doct. ſic tranſeunt, ſed conſideranda eſt ea prag. quia non irritatiuè, & priuatiuè loquitur, auferendo cognitionẽ, & iuriſdictionẽ Baronibus tributam, vnde ſuccedit regula, quòd in dubio iuriſdi-
1 (margin)
2 tio cumulatiuè potius, quam priuatiuè dicatur Superiori tributa ad ordinarium, l. 1. C. de officio præfecti prær. Gram. dec. 3. Cabed. dec. 13. quia non præſumitur, Principem in damnum ordinariæ Iuriſdictionis, alteri conceſſæ voluiſſe auferre ius conceſſum, Menoch. de arbitr. Iud. quæſt. 40. & caſu 534. & propterea non eſſe priuatos Barones Iuriſdictione puniendi tale crimen puto, Vlterius eſt animaduertendum, quando propriè quis dicatur cõmiſiſſe crimen lænocinij, nam tunc verè lænocinij pœna quis puniri poteſt,
3 quando pluries hoc crimen commiſerit, & non qui vna vice, & ſemel, & oportet vt ſit illud factum quæſtu, & præmio, vt Socc. conſ. 54. Peguer. latiùs dec. 15. & Frãch. dec. 68. licèt Muta ſuper prag. Sicil. tit. de lænon. aliter diſtinguat, dicens, quod aut lęnociniũ
4 quis fecerit pluries, & pœna lænocinij plecti poterit, quanquam pretio hoc non commiſerit, aut ſemel, ſed mediante præmio, & tunc ordinaria pœna puniri Reus debet, vti læno, ex tex. in l. Athleta §. ait prætor ff. de iis, qui notantur infam. & firmant Farin. tract. de delicto carn. quæſt. 144. Caball. reſol. crim. 171. Sed an maritus, vel paren-
5 tes conſentientes, vel diſſimulantes, vt vxor, aut filia, in domo ſua, cognoſcatur, & particeps ipſe ſit donorum, quæ mulieri dantur, poſſint pœna lænocinij damnari, ne in hoc immorer, vide quæ latè Muta loco citato adduxit, cum ſatis benè hunc articulum reſoluat, & Farin. ibi, ac Affl. in Conſti. Regni de adult. & lænon. rubr. 47. in conſt. quãuis vxorem.

Vlterius num. 79. aduerte, quod delictum Blasfemiæ prohibitum eſt Baronibus componi, ſed dubitationem in medium attuli, & diſcuſsi. An cum pragmatica prohibeat cõponi blasfe-
6 miam Dei, & Beatæ Virginis, & nil dicat de Sanctis, poſſint Barones componere blaſphemiam Sanctorum dixi, quod cum ſtatutum ſit exorbitans, & pœnale, & potuiſſet exprimere, & non expreſſit, & maius non extenditur ad minus, & ommiſſum haberi debet, pro ommiſſo, quod poſſet attentari, vt pragmatica non extenderetur, tamen cogitan-

tandum hoc reliqui,& dixi ſub nu.83.
adeſſe Doct.qui tenent,vt de iure com
muni, interdicta etiam ſit compoſitio
in blaſphemia Sanctorum, Nunc facta
maiori conſideratione,& quia ſub hoc
clipeo,eorum quæ dixi dubitatiuè,Ba-
7 rones largam anſam capierunt in
cōponēdo,Dicoquod ęquior opinio eſt
in contrarium, vt manus auertant Ba-
rones etiam à compoſitionibus San-
ctorum. Prag. enim ex vi comprehen
ſiua potiùs, quam extenſiua debe-
comprehendere Sanctos, licèt loquat-
tur de Deo, & Beatiſſima Virgine, ad
inſtar ipſius,quod reſolutum habemus,
in Officialibus,de quibus per Ritum
ſola Magna Curia cognoſcere poteſt,
8 tamen dum eſſet dubitatum,an Actua-
rij comprehenderentur, & multi tenuiſ
ſent opinionem negatiuam, quia ij
non ſunt propriè Officiales,cum non
habeant aliquam iuriſdictionem. Atta
men ex identitate vis comprehenſiuę
ipſos complecti fuit reſolutum,Domin.
Rouit. in rubr. pragm. de Official. nu.
4. Gizzar.dec.24.& ſic licèt maius nō
comprehendat minus, tamen ex conie
cturata mente, vel ui comprehenſiua,
vnica debet fieri determinatio, vt Eue
rardus loco topico 42.

Adſtipulatur alia ratio, quod pœna
pragmaticæ de blaſphemātibus Deū,
& Sanctiſſimam Matrem, non eſt ma-
ior, & diſtincta contra illos, qui San-
ctos blaſphemant,ſed eadem,& æqua-
lis, vt in d. prag. vnde patet, quod
non fit diſtinctio gradus maioris, &
minoris,& ſic vna ratio, quæ reſpicit
plura determinabilia, æqualiter ad
omnia extendi debet,l. iam hoc iure
9 ff. de vulg. & pupill. Sancti enim ſunt
de Curia cœleſti,membra Dei,& iux-
ta dictum Euangel. qui vos ſpernit,me
ſpernit, Accedat quod pragmatica nō
eſt aliquo modo exorbitans à iure cō-
muni,ſed conformis, quia prohibetur
compoſitio, quæ etiam de iure eſt in-
terdicta cum Sanctis,vt probat tex. in
cap.1.de Maled. Auil.in cap prætorū,
cap. 25. & Campan.nouiſſimè in di-
uerſor. iuris canon.titul. 11. cap. 26.
nu.75.

Inſuper prohibitam eſſe compoſitio-
nem cum latronibus,dixi num. 89. ex
10 cap. Regni incip. Ne peruerſorum,
ſed quia multoties vidi dubitatum,
quando quis dicatur verè latrocinium
commiſiſſe,vt facultas denegetur com
ponendi,Dic ꝙ licèt quis furatus fuerit
in ſtrata publica ſemel, non per hoc
dicetur latro,niſi pluries in via graſſa-
tus fuerit cum armis, l. capitalium
§.graſſatores ff.de pœnis,ibi ( ſi ſepius
hoc admiſerit)& aduertit Frāc. Marc.
11 dec.Delfin.4 cum ſeq.parte ſecunda,
& nouiſſimè Giurba conſ. 90. quod
pro vno furto in ſtrata,ſi non erit ma-
gnum,non debet quis mori vti latro
publicus,Theſſ. quæſt.forenſ. 80.ſi ve-
ro diſrobatio eſſet facta cum comitiua
quatuor armatorum,tunc intrant prag
maticæ 89.cap.& de exul. quæ repu-
tant iſtos latrones,& vti tales habean-
tur pro foriudicatis,vt Muſcat.in praxi
crim. tit. de furt.& latroc.ex num.47.
12 Io.Grand.de Bello exulum fol.42.nu.
19. & fol. 54.num.7. Item aduerte
q̄d latrocinium non dicitur, ſi eſſet fa-
13 ctum in maſſarijs foras,& in agris,Cā
cer.lib.3.var.reſol.cap. 17.tit. de ſono
emiſſo & ita pluries vidi reſcriptum
per Collaterale Conſ.ſed oportet, vt
14 fiat in via publica, & quæ dicatur via
publica, vel priuata,vide Bart. in l. 1.
ff.de locis publ. Add. ad Franch. dec.
142.

Hæc tamen regula, an procedat cū
refugiatis in Eccleſijs, vt non debeāt
extrahi,niſi conſtiterit pluries latroci-
15 nia cōmiſiſſe,Dic quod ex diſpoſitione
iuris canonici, etiam qui ſemel furatus
fuerit in ſtrata,indignus eſt immunita-
te Eccleſiæ, ita Marius Italia defen-
dit in tract. Immun.Eccleſ.cap. 5.§.1.
num.44.& Additio ad dec.Peguer.40.
vbi latè hoc excutitur.
16 Poſtremo eſt ſciendum,ꝙ omnia quæ
ſupra diximus de latronibus extēden-
da ſunt ad Piratas Maris, qui in omni-
bus latronibus componantur Franch.



Digitized by Google

dec.142. Muta nouiſſimè ſuper prag. Siciliæ tit. de Piratis.

## ARGVMENTVM.

Sententia vt quis exulet, vel ſoluat, an in Regno fieri poſſit, & an pœnam corporalem in pecuniariã Iudex commutare valeat.

Barones, & Regiæ Curiæ, an poſt sẽtentiam exilium tranſigere, & redimere poſſint, & qua pœna corporali, non habens in ęre puniatur.

### SVMMARIVM.

1 *Sententia, vt quis exulet, vel ſoluat quamuis de iure ſuſtineatur, in Regno fieri probibetur.*

2 *Electio rei eſt eligere pœnam alternatiuam ſibi impoſitam.*

3 *Lex licèt ſit localis, extenditur tamen ex identitate rationis.*

4 *Pœna corporalis ex cauſa minorari poteſt in pecuniariam.*

5 *Cauſa excuſat à toto, & à quanto.*

6 *Sententia pecuniaria mutari poteſt, ſi Reus pecuniam ſoluere non habeat.*

7 *Sententia exilij à Reo acceptata, non valent* Barones, *& Regiæ Curiæ componere exilium datum.*

8 *Pœnam pecuniariam ſi Reus ſoluere nequeat, arbitraria pœna plecti debet.*

9 *Ceſſio bonorum non habet locum in pœna pecuniaria, vel expenſis, & intereſſe debitis ex cauſa delicti.*

10 *Pœnam ſoluendo Reus in partem, poteſt præſtita cautione liberari.*

## CAPVT XXX.

SVſtinetur de iure practica, qua vti ſolent Iudices in ſententijs criminalibus, vt quis ad tempus exulet, vel tantum pecuniæ quãtitatem ſoluat, Bartol. in l. cum duobus §. fin. ff. pro ſoc.
1 Muſcat. in ſua praxi crim. titul. de vulner. & pœn. ipſor. num. 25. de Pont. de poteſt. Proreg. §. 4. num. 5. Pœnæ enim alternatiuè imponi poſſunt, & quælibet ſtat de per ſe, & in electione Rei
2 eſt aliam ipſarum eligere, l. quicunque, vbi gloſ. verbo vel viginti C. de ſer. fugit. Attamen aduerte, quod ex banno regiſtrato in prag. 45. ſub tit. de offic. Mag. Iuſtit. eſt prohibitum, ne fiant talia decreta, quia per indirectum eſſet componere delicta, & ſic annullatur talis forma decreti, quæ antiquitus obſeruabatur. Et licèt videatur localis reſpectu Mag. Curiæ, tamen ob rationẽ quam enunciat, extenditur ex vi com-
3 prehenſiua ad omnes Curias, quamuis lex videatur reſtricta ad vnum locum DD. in l. 3. C. de legib. Felin. in cap. canonum de conſtit. Guttier. pract. queſt. lib. 1. quæſt. 89. Non tamen puto, ſententias non poſſe fieri ſimpliciter condemnatorias in pœnam pecuniariam, quando cauſa requireret talem minorationem, vt Reus corporalem pœnam
4 ſubſtinere non debeat, Campan. in cap. Regni ad peruerſorum, Affl. in Cõſtit Regni, ſi quis aliquem, Gram. conſ. 36. in fine, & dec. 8. ac 98. Cauſæ enim excuſant à toto, & à quanto, Tiraq. de pœnis minor. in princ.
5 Verum quia militare videtur eadẽ ratio pragmaticæ ad euitãdas fraudes per indirectum componendi, putarem exiſtente partis remiſſione, tunc poſſe fieri, vel ſi non adſit alicuius præiudicium: nam alias eſſet idẽ per diuerſa, cap. cum quid vna via prohibetur de

reg.

reg.iur.in 6. Sed an facta condemnatione per Iudicem de pœna pecuniaria, poſſit ea mutari, ſi Reus eam ſoluere non poſſit, quod ſic ſtante cau-
6 ſa, probat tex. in l. ad beſtias ff. de pen. & in l. quid ergo §. pœna ff. de ijs qui not. infam. Fabr. diff. 17. C. de ſatisdat. Peguer. dec. 91. Verum ſi erit facta cõpoſitio in Tribunali de voluntate partis, in caſibus vbi fieri poterit à relegatione infra, & Reus diſtulerit ſoluere, tunc elapſis quindecim diebus, compoſitio reuocari poterit, & condemnari Reus; vti ſi compoſitio non eſſet facta, vt in prag. 9. de compoſit. & conferunt notata per Peguer. loco citato, & per Theſſ. dec. 232.

Facta autem cõdemnatione in exiliũ, & à parte acceptata, an poſſit Baro,
7 vel Regia Curia poſtea componere, & redimere exilium datum, & dum eſſet in Regia Audientia Salerni data talis ſupplicatio, inclinabant Collegæ, quia erat arbitrata cauſa exiliaris, & poterant Regiæ Audientiæ componenere delicta infra relegationem, ergo inferebant, dictum exilium eſſe componibile: Replicaui eſſe Regiæ Audientiæ præcluſam hanc facultatem, quia facta ſententia, & ea approbata ſoli Principi licèt gratiare, & componere, l. relegati ff. de pœnis, Franch. dec. 370 & quamuis delicta non capitalia componi poſſint, intelligitur ante ſententiam, & non poſt, Auend. de exeq. mãd. cap. 7. num. 8. Carau. ritu 272. & dixi in præc. tract. ſuper hac prag. ex nu. 32

Vlterius, quid ſi ſtatutum imponat propter aliquod crimen pœnam pecu-
8 niariam, & Reus illam ſoluere non poſſit, qualis condemnatio fieri debeat? Regula trita eſt, quod qui non habet in ęre, luat in corpore in pœnalibus, l. 1. §. fin. ff. de pen. nec habet locum ceſſio bonorum, prout in debitoribus ciuilibus, Salyc. in l. 1. num. 7. C. qui bon.
9 ced. poſſ. Soccin. reg. 31. fall. 1. quod procedit non ſolum reſpectu pœnę, ſed etiã ſi tractaretur de expẽſis, & intereſſe parti debitis, ex occaſione delicti, Boer. dec. 349. Peguer. dec. 6. & Frãch. dec. 358. Sed quanta, & qualis erit iſta pœna, Afflict. in Conſt. Regni, Culpã, dixit eſſe pœnam triremium, & ſequitur Franch. dec. 5. citata in fine. Et videnda eſt Pragmatica 1. verſ. Item detti Maeſtri tit. de Magiſtr. artium. quæ ponit pœnam applicandam Fiſco, contra Magiſtros Fabricatores, & Artiſtas, quando fraudant, & ſtatuit, quod ſi pœnã ſoluere non poſſint, condemnentur ad triremes, in quibus morentur tamdiu, quantum ſeruire poſſint pœnam ſtatutam, pro qua facit tex. in l. omnes C. de oper. publ. Sed Caball. reſ. crim. cap. 77. num. 15. remictit hoc arbitrio Iudicis, qui valebit pœnam exiliarem, vel corporalem imponere, prout atrocitas delicti expoſcit, & ſic innuere videtur Franch. ibi, & dec. 507. num. 2. Doct. l. ſi quis id qđ ff. de iuriſd. omniũ Iud. & particulariter Iaſ. nu. 30. Inde ſi reus ſatisfeciſſet maiori quantitate, & in modico deficeret, tunc Iudicis ar-
10 bitrium eſſe deberet carcerare per aliquot menſes, vel dies, aut præſtita cautione illum relaxare, Boer. deciſ. 349. num. 9. Caball. loco citato num. 5. Fabr. diff. 17. C. de Satiſd. & licèt contrariũ tenuerit Clar. quæſt. 95. num. 6. tamen prima opinio ęquior eſt, & recepta.

## ARGVMENTVM.

Barones an & quãdo Vaſſallos ſuos delinquentes guidare poſſint.

Guidaticum factum ommiſſa clauſula, vt non accedat ad patriam, & locum partis offenſæ, an ſi ibi guidatus reperiatur, gratia priuetur.

Guidaticum ſi ſit nullum, quia conceſſum in caſu prohibito, vel ex defectu poteſtatis concedentis; aut ex ſubreptionibus delictorũ Impetrantis, an illo circumſcri-

pro-

pto Reus puniri poſſit, vel reponendus ſit in priſtinum.

Subreptiones delictorum, quæ eſse debeant, vt annullent gratiam guidatici, vel indulti, & Reus illa efficiatur indignus.

SVMMARIVM.

1 Guidare delinquentes ad Principem tantum ſpectat.

2 Barones ex cauſa poſſunt ad tempus guidare ſuos vaſſallos non foriudicatos, limita num. ſeq.

3 Prag. 1. de recep. quæ Baronibus prohibet delinquentes guidare declaratur.

4 Gratia qui abutitur, eſt illa priuandus.

5 Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt eſt ſuperfluum.

6 Guidatis tacitè intelligitur prohibitus acceſſus ad patriam, & locos partis offenſæ.

7 Guidatici materia fauorabilis eſt, & pro eius validitate in dubio eſt reſpondendum.

8 Guidaticum ſi ſit nullum ex defectu concedentis, Reus non per hoc eſt decipiendus, & nu. 28.

9 Guidaticum factum contra expreſſum caſum iuris eſt nullum.

10 Nemo ſub fide Regia eſt decipiendus.

11 Geminatus ordo enixam Superioris voluntatem demonſtrat.

12 Iuriſdictio Inferioris ſoluitur, vetante eo qui eam conceſſit.

13 Guidaticum conceſſum ab inferiori in caſu prohibito, an Superior teneatur obſeruare.

14 Delegatus à Principe eſt maior quouis ordinario.

15 Guidandi generalis poteſtas non extenditur ad caſus exceptos à Principe, & diſtinguitur nu. 37.

16 Guidari non poſſunt foriudicati à Principe, vel eius delegato, niſi ab ipſo Principe.

17 Indultus poteſt obtineri etiam per procuratorem.

18 Guidaticum ad diſcutiendum indultũ ab illo eſt tantum concedendum, à quo poteſt expediri indultus.

19 Subreptio delictorum, vel eorum qualitatum gratiam annullat.

20 Gratia ſuper expreſſis tantum porrigitur, quia intra fines ſupplicationis reſtringitur.

21 Indultus pro delictis non expreſſis arreſtari, & puniri poteſt.

22 Gratia eſt nulla ſi mentio non fiat de alia prima obtenta ex altero delicto.

23 Sacrilegium eſt delictum exceptum, & de eo inquiſitus denegatur Indultus.

24 Delictum commiſſum Neapoli dicitur exceptum ab indultis ob Principis eſſentiam in Ciuitate.

25 Proditorium delictum eſt exceptum ab Indultis, & immunitate Eccleſiæ.

26 Aſſaſſinij crimen enormiſſimum reputatur, & ab omni gratia exceptum ſubintelligitur.

27 Parricidij crimen maius eſt quolibet delicto, dicitur exceptum, & ob eius immunitatem eadem pœna etiam puniuntur conſocij, & fractores etiam extranei.

29 Guidaticum ſi ſit nullum ex defectu ſubreptionum Impetrantis, Reo poteſt denegari repoſitio in priſtinum.

30 Guidatus ſi non obſeruet conditiones appoſitas, in guidatico, vel ſub illo delinquat, illo circumſcripto arreſtari, & puniri poteſt.

31 D. Franciſcus de Ocampo Regius Conſiliarius laudatur.

32 Qualitates delictorum ſufficit, vt probentur per inditia ad torturam, etiã ad fundandam iuriſdictionem ex ijs.

33 Inditia quæ de iure leuia reputantur in caſibus occultis, & enormibus dicuntur grauiſſima.

34 Iudex etiam ex extrinſecis, & extra acta veritatem indagare poteſt.

35 Citare Reum cum qualitatibus delictorum tunc Iudex debet, quando hę quæ-

*qualitates ſunt cauſa iuriſdictionis fundandæ.*

36 *Indultandus debet exprimere omnia delicta qualitercunq; de eis ſit notatus, etiam ſi de eis non adſit informatio.*

37 *Guidari ſuper delictis exceptis quando quis poſſit diſtinguitur.*

38 *Guidaticũ ſub diſcuſſione Indultus habetur loco quaſi poſſeſſionis indultus, ideò conceditur in ampla forma, ſine conditionibus, quæ in guidaticis ordinarijs apponuntur.*

39 *Qui de proximo eſt condẽnandus, poteſt ad triremes loco depoſiti micti, prout è contra de proximo liberandus reputatur vt liberatus.*

40 *Guidaticum ſub diſcuſſione indultus tunc concedi poteſt quando delicta non ſunt excepta, adeo quod Reus ille gaudere poſſit indultu, & non alias.*

41 *Banna ſita in tit. de exul. non poſſunt pro lege allegari: nã finito officio promulgantis expirauerunt.*

42 *Correctio iuris non præſumitur, niſi expreſſè illi derogetur.*

45 *Mos Principis eſt attendendus.*

44 *Homicidij pœna non punitur vulnerãs aliquem, qui ex malo regimine poſtea decedat.*

45 *Sententia lata pro, vel contra vnum ex correis, non prodeſt, nec iuuat alijs etiam in delictis connexis.*

46 *Mortuus quis præſumitur ex vulneribus, ſi ea à principio fuerunt lethalia, & infra quadraginta dies deceſſerit.*

47 *Quæ clam fiunt, ſuſpicione non carent.*

48 *Sacrilegium committitur quouis modo Eccleſia violetur.*

49 *Delictum commiſſum in palatio Principis graue reputatur, & maiori pœna punitur.*

50 *Deliquendi incentiuum eſt facilitas obtinendi veniam.*

## CAPVT XXXI.

Barones ex iuſta cauſa poſſe vaſſallũ delinquentem guidare, dummodò crimen non ſit exceptum, vel is non ſit foriudicatus, dixi in præc. com. ſuper hac
1 prag. Nam quamquam ſoli Principi guidare liceat, & nulli Magiſtratui permictatur, Bal. in l. qui reos. C. de accuſ. Bart. in l. relegati ff. de pœn. ita quod Mag. Cur. & alia Tribunalia abſque Proregis licentia facultatem hanc non habent, Gramat. voto 25. Afflict. dec. 4. Caball. reſ. crim. caſu. 50. tamen Baronibus qui mixtum, & merum Imperium in dominium habent, hanc poteſtatem competere probauimus, & ſi D. Rouit. in prag. 1. num. 4. de Guid. dubitatiuè loquatur, ita concluſerunt Regens de Ponte de poteſt.
2 Proreg. titul. de prouiſ. §. 4. num. 33. Fabr. diff. 19. C. de diuerſ. reſcript. Cãcer. lib. 2. verſ. reſol. cap. 2. num. 291. dummodò iuxtà ſuadeat cauſa, & ad tempus fiat: nam guidaticum ob Iuſtitiæ auctoritatẽ, ſemper aliqua ratione veſtitum eſſe debet, arg. tex. in l. 4. in fine ff. de pœnis.

Limita hanc concluſionem, non licere Baroni guidare inquiſitum, qui non eſſet ſuus ſubditus ratione originis, domicilij, vel delicti, aut ſi ſuus ſubditus, cauſa tamen ſit per electionem fori, vel delegationem introducta
3 apud Superiorem, nam eſſet per indirectũ dare auxilium, protectionẽ, & receptationem, & ita eſt intelligenda prag. 1. tit. de Receptat. quæ generaliter vetando delinquentium receptationem prohibet Baronibus guidare: nam receptare eſſet, guidare eum qui ſub ſua iuriſdictione non eſt.

Et data occaſione loquendi de materia guidatici, nõ impertinenter ſubnectam

nectam

Digitized by Google

nectã aliquas quæſtiones ſatis dubias, vtiles,& neceſſarias, quæ in facto contingerũt,& in futurum prodeſſe poterint.

In Regia Audientia Principatus vltra, fuit à Præſide guidatus quidam Terræ Montis fortis, & in guidatico ommiſſa fuit clauſula ſolita apponi, ne accederet ad propriam Patriam,& locos partis offenſæ. Et dum ille fuiſſet captus in ſuo domicilio, & ductus ad carceres Tribunalis, Fiſcus inſtabat, exequi ſententiam foriudicationis cõtra ipſum Reum pro crimine de quo fuerat condemnatus, ſtante quod guidatico non poterat ſe tueri, cum non ſeruauerit conditionem guidatici, & deliquerat in accedendo ad
4 propriam patriam,vnde erat factus eo indignus: nam in tantum fides ſecuritatis eſt ſeruanda, in quantum ille fidem non frangat,nam Guidaticum eſt contractus innominatus,do vt facias, Franch. dec. 673. & ſemper, quod ex parte ſua Guidatus non ſeruat legem guidatici, reſoluitur ſaluusconductus, ex l. cum proponas C.de pact.& quod Guidatus non debeat accedere ad patriã,& locos Partis offenſæ,eſt vulgata
5 practica, orta ex iuris diſpoſitione, ne partes contriſtẽtur,Caball.reſ.crim. caſu 58. Ad inſtar exiliati, cui tacitè interdictus dicitur de iure acceſſus ad Patriam, domicilium,& locos partis offenſæ,quamquam in ſententia non ſit appoſita talis prohibitio,l.relegatorum §.interdicere,& §.conſtitutum ff. de interd.& releg. D.Rouit.in prag. 1. ex num.8.de contum.vt non acced. & ſic licèt in propoſito caſu non fuerit expreſsè appoſita dicta clauſula, cum ſit ſolita, de iure ipſa ſubintelligitur, l. fin. C.de fideiuſſ. Gabr. Rom.concluſ.
6 5 tit. de clauſ.Mantic.de contr. lib. 2. tit.9.expreſſio enim eorum, quæ tacitè inſunt,non eſſet neceſſaria l. 3. ff. de leg.1.

Ex parte Guidati reſpondebatur, quod dicta conditio cum non fuerit expreſsè poſita, non poteſt ſubintelligi,cũ in pœnalibus ommiſſum habeatur pro ommiſſo,l.comodiſſimè ff. de lib.& poſth. & negatur conſequentia, vt valeat argumentum ab exiliato ad Guidatum: cum in exiliatis ſit lex conſtituta, quæ ſemper loquitur, l. ariani C.de hæret.& nõ poteſt allegari ignorantia iuris,l.2.ff.de iur. & fact. ignor. ſed cum Guidatis non adeſt lex prohibitiua,niſi quædam obſeruantia, quã ſolent apponere ſuperiores in guidaticis ad euitanda ſcandala, Guaz. de pace, quæſt.62. Vulpel. eodem tract. quæſt. 55.num.3. Giurba conſ. 81. in princ. vnde cum in pœnalibus non detur extenſio de caſu ad caſum, etiam in ſimilibus, DD.in cap.odia de reg.iur.in 6. ideo ceſſat extenſio de exiliatis ad Guidatos,eo magis cum materia guidatici
7 ſit fauorabilis, & pro ea ſit in dubio decernendum,Menoch.cum coaceruatis caſu 336.de arb. Iud. Et ſi culpa tribui poteſt,potius Iudici, qui potuit legem apertiùs dicere, quam Reo eſt imputanda,l.veteribus,ff.de pact. & excuſari poteſt Guidatus inſcius literarum,quod clauſula ſit ſolita apponi,cũ hoc ſit facti, & ignorantia facti excuſat, & ſemper,quod guidaticum deficit culpa,vel negligentia concedentis, & non ex vera malitia,& dolo Rei impetrantis,fides Regia,eſt ſeruanda,l.1.C.
8 de ijs,qui ven.ętat. Baiard. quæſt. 32. num.33.Franch.dec.258.Caball. caſu 218.quibus diſcuſſis hanc poſteriorem opinionem ſequuti fuimus,reponendo in libertatem Guidatum carceratum.

Quid ſi fuerit guidatus quis contra expreſſum ordinem Principis,vel caſum iuris, prout in Criminibus blaſphemiæ,ſodomiæ,vel ſi delictum fuerit infra ſex menſes patratum, intra quod tempus guidare eſt prohibitum per prag.89.cap. ſi fuerit conceſſum per Præſides, vel Commiſſarium Campaneæ,quibus datur facultas guidandi, an guidaticum ſit nullum, & poſſit Reus iurè detineri, & puniri. Et quod guidaticum ſit nullum,non eſt hæſitan
9 dum,cum inferior non poſſit contra legem

gem Superioris diſponere, neque autem homicidijs Auth. de maieſt. Princ. Farin. quæſt. 29. num. 97. Tuſc. concl. 336. lit. S. & cõcl. 21. Nemo enim facere poteſt, ne leges obſeruentur, ait tex. in l. nemo poteſt ff. de leg. 1. Sed annullato guidatico, Reus reponendus ſit in priſtinum, videnda ſunt, quæ in graui cauſa allegaui pro parte Fiſci, mandante S. Eccellentia mihi, vt in Collateral. Cõſil. defendere deberem. Quare guidaticum conceſſum à Generali Commiſſario Campaneæ non deberet Reo ſuffragari, dùm illum ego carceraſſem, non obſtante Guidatico, quas allegationes volui hic inſerere, ad exornationem huius materiæ, & sũt tenoris ſequentis.

IESVS, MARIA, IOSEPH.

FVit inquiſitus Marius Buttigliero de homicidio in perſonam Ioan. Baptiſtę Galitiani, de quo conuictus fuit, & ſeruatis ſeruandis foriudicatus, & dùm menſibus præteritis Salerni fuiſſet viſus, de ordine Auditoris Capiblanci in dicta cauſa à S. Eccellentia delegati, fuit captus, & carceratus.

Ex parte dicti foriudicati fuit petitum liberari, quia ſtat aſſecuratus à Commiſſario Generali Campaneæ, & exhibuit amplum guidaticum obtentum ex cauſa, quia is obtinuerat nominationem ab eo, qui occiderat Nicolaum Vallone caput Bannitorum, qui virtute ordinis Proregis poteſtatem habet nominandi duos delinquentes ad Indultum, & propterea pendente diſcuſſione illius indultus extiterat
10 guidatus. Vnde ſeruandam eſſe ei fidẽ Regiam prætendit, ſub qua nemo decipi debet, ex vulgata l. 1. C. de ijs qui ven. ætat.

Sed facta matura conſideratione ſuper dicto guidatico ſuppono obſtare reo prohibitionem Proregis, & legis: Adeſt inquam geminatus ordo Prore-
11 gis, (vnde enixa eius voluntas arguitur, l. baliſta ff. ad trebell.) Commiſſario Campaneæ factus, vt præfatum Mariũ non guidaret, & ſi guidaſſet, ſtatim illud reuocaret. Quapropter adempta fuit poteſtas guidandi ab eo, & ſic facultatem, & Iuriſdictionem illam exercere non poterat; nam poteſtas ſol-
12 uitur, vetante eo, qui conceſſit, l. Iudicium ſoluitur ff. de Iudic. & ſi Commiſſarius non obſtante prohibitione proceſſerit, vti homo priuatus habetur, & reputatur, dum iuriſdictione careat, Afflict. & Vrſ. dec. 4. Peregr. de iure Fiſci lib. 2. tit. 5. num. 9. & proinde nulla nulliuſque momenti eſt ſecuritas.

Nec refert, quòd fides etiam hoſti eſt ſeruanda, ac etiam à priuata perſona: nam procedit reſpectu illius, qui fidem dedit, ſed ſuperior nequaquam
13 tenetur ſeruare fidem ab alio datam contra ſui voluntatem, ſed iurè poterit illum carcerare, & punire, Caball. reſ. crim. 50. Menoch. de arb. Iud. caſu 337. nu. 10. qui infert, licitè poſſe etiã offendi talem guidatum, & D. Rouit. in prag. 1. num. 55. de Guidat. declarando dictum articulum ait per dec. Peguer. 39. (qui defendit opinionem, quod ſaluuscondùctus ſi deficiat, tamen Reus eſt in priſtinum reponẽdus) procedat, quando inferior vellet infringere factũ ſuperioris, vel ipſemet Princeps, qui cõnceſſit, vellet contra id venire, ſecùs ſi inferior voluiſſet contra legem, vel mentẽ Principis expreſſam guidare, quia tunc ſi capiatur, Princeps non tenetur ſtare facto Inferioris, & innuit Farin. quæſt. 29. ſub num. 101 quia hoc caſu fides Regia non deficit: nam non eſt data, dum inferior ea vti non poterat, durum enim eſſet, vt Princeps obſeruare deberet promiſſum ab eo, qui authoritatem dandi non habet, cum defectus iuriſdictionis ſuperet omnem alium, & ſit inſanabilis, Vant. de nullit. tit. ex defectu iuriſdict. & ita refert Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 15. num. 154. Proregem Siciliæ cum Senatoribus ſuſpendiſſe Guidatũ à Generali Viſitatore, in caſu prohibito, & data relatione per Viſitatorem

no-

Digitized by Google

noſtro Sereniſſimo Regi,& eius ſupremo Conſilio, caſus non fuit improbatus.

Nec reſpondeas,quod præfatus fuit captus ab Auditore Prouinciæ, qui nõ eſt ſuperior Commiſſario Campaneæ:
14 nam replicatur, quod cum dictus Officialis ſit in hac cauſa delegatus à Principe,immediatè,S. E. perſonã repreſentat,& ſic erit maior cuilibet ordinario,ita in terminis Caball. caſu 50. num. 4. Menoch. caſu 337. num. 11. Giurba conſ.80.ſub num.15.& propterea dicitur captus à Principe.

Et ſi iterum replicaretur, quod iſtud guidaticum videtur conceſſum ex præambula mente,& ordine Principis, qui fecit bannum promittendo indultum delinquenti, qui habuiſſet nominationem ab eo, qui occidiſſet Nicolaum Vallone: cumq; iſte obtinuerit hãc nominationem, & ſpem indultus, cui concedi debet plus,poterat concedi & minus cap.cui de reg.iur. Reſpondetur, quod poteſtas guidandi generalis,quam habet Commiſſarius Campaneæ, non poteſt extendi ad perſonã
15 exceptam guidari à Principe,cum generi per ſpeciem derogetur,cap. generi de reg.iur.in 6.

Secundo dicimus, quod etiam ſi generalem,& non exceptam in hoc caſu Commiſſarius Campaneæ haberet guidandi facultatem, ea non extenditur ad Bannitos, & foriudicatos ab ipſo
16 Principe,& eius delegato,Bart.in l.nõ omnes §.fin.ff.de re milit.Blanc. in ſua praxi crim. verbo datis defenſionibus num.40.verſ. ſaluusconductus, & Gaball.d.caſu 50.nu.3.

Tertio,Bannum Proregis promittẽs Indultum,non extenditur ad guidaticum:Nam & ſi indultus eſſet concedẽdus,non eſt de eſſentia, vt interim guidetur,cum poſſit indultandus compa-
17 rere per Procuratorem ad indultum illud obtinendum,& diſcutiendum, vt Franch.dec. 314. Vndè non exiſtente neceſſitate præciſa guidandi, remanet in eſſe ordo S.E.vt non guidetur.

Quarto negatur, quod Commiſſarius Campaneæ habuiſſet poteſtatem
18 Indultandi,vt patet ex Banno, & decreto ipſius Commiſſarij, qui remittit diſcuſſionem indultus faciendam apud S.E.& ſuum Collat.Conſilium,vnde ſi ei non erat permiſſum indultare neque poterat guidaticum ad illud diſcutiendum concedere,nam guidaticum iſtud eſt præambulum, & quaſi poſſeſſio indultus,vt dicam infra,in quarta obiectione.

Secũdò principaliter dicimus,quod adeſt prohibitio legis,vt is gaudere nõ debeat indultu,& guidatico,ſed ſit indignus ex pluribus ſubreptionibus doloſè factis,decipiendo Commiſſarium: vulgati enim iuris eſt, quod ſubreptio delicti, vel qualitatis ipſius annullat
19 gratiam, quando talis eſt quod ſuperior non conceſſiſſet, vel duriùs, DD. in cap.ad audientiã de reſcript.D. Regens Valenz. conſ. 59. num. 44. Menoch.de arb.iud.caſu 202.Ann. conſ. 38.Maſcar.cõcl.896.cum coaceruatis & guidaticum nil aliud eſt, niſi gratia ſuſpẽſiua delicti ad tempus,Petr. Bell. de re milit. par. 9. tit. de ſaluoconductu num.17.Surd.deciſ.307. num.18. qui recipit interpetrationem à petitio-
20 ne,& non extenditur vltra fines, Honded.conſ.27.Ioſeph. Lud. dec.Luc.2. num.13.Farin.quæſt. 29.ex num. 41. & 57.Præmiſſa igitur dicta concluſione, eſt videndum. Quæ ſubreptiones adſint,ex quibus denegari poſſit indultus, & nulla ſit facienda conſideratio de guidatico, & ad euidentiam dicendorum,ponam formalia verba ſupplicationis dicti Marij coram Commiſſario Campaneæ, quando petijt pro ſuis delictis indulgeri.

*Compare Mario Buttigliero,& dimãda exſpedirſeli indulto in virtu della nomina,ſtante ſe ritroua inquiſito de duo delicti ſemplici, & non eccettuati, cioè d'vna riſſa hauuta di notte cõ Matteo de Fenſa,con ferite de ſpade ad inuicem,& ſe ritroua forgiudicato per homicidio commeſſo in perſona di Gio. Batti-* 

*ſta*

*ſta Galitiano,ilche quando fuſſe vero,ne hauea hauuto giuſta cauſa, per li mal trattamenti,& parole ingiurioſe,che detto Gio.Battiſta li diſſe vn giorno in publico,chiamandolo figlio di puttana*. Et ſuper hac narratione fuit facta prouiſio, quod ſtantibus delictis non exceptuatis expediatur guidaticum pendẽte diſcuſſione indultus apud S.E.

In primo aſſerto delicto adſunt ſequentes ſubreptiones: Prima, dùm dicat, habuiſſe rixam cum Matheo de Fenſa, & inuicem ſe vulneraſſe, Falſa enim eſt hæc aſſertio, cum ex proceſſu conſtet,dictum Marium,cum alijs aſſociatũ appenſatè illũ Matheum inſiluiſſe,& vulneraſſe,& ex dictis vulneribus fuiſſe illi mortem ſecutam, vndè cum ſupprimat etiam crimen homicidij cõmiſſi,illud remanet in ſuo eſſe,non eli-
21 ſum,nec comprehenſum in guidatico, & ideò pro hoc delicto remanet ſine ſecuritate, cum gratia reſtringatur infra ſupplicata, & non vltra, & poteſt quis pro vno delicto conſequi indultũ, & gratiam,& pro alio non,Boſſ. tit. de remed.ex clem.num.41. Franch. dec. 330.Caball.caſu 56.num.18. & tanto magis nocet,dùm commiſerit aliud ſequens homicidium, de quo petijt indultum, cum de iure ſit receptum, vt ſignificari debeat,ſi plura homicidia
22 quis patrauerit, etiam ſi de vno fuiſſet gratiatus.DD.per illum tex.in l. 3. C.de Epiſc.aud.Marſil.ſing.3.Cœpol. conſ.3.Boer.dec.217.nu.22.

Secunda ſubreptio eſt maior,dum non ſolum tacuerit homicidium, ſed qualitatem ſacrilegij, cum dictus Marius auſus fuerit inſequi dictum Matthæum etiam intus Eccleſiam Diui Au-
23 guſtini, & ſupra altare vbi reſidebat Sanctiſſimum Sacramentum vulneradare,ex quibus obijt,vnde fuit commiſſum ſacrilegium ad tex. in l. aut facta §. locus ff. de pœn.quod crimen ſacrilegij,inter excepta reputatur de iure, vt Præſid.de Franch.dec.402.& 499. Caball.caſu 149. à num. 5. ſi delicta facta Neapolim ſunt excepta., quia adeſt Prorex in Ciuitate, vt conſiderãt Bart.in l.fin.C.de agric.& cẽſ. lib. 11.& Franch.d.deciſ.499.num. 6.quã-
24 to magis, vbi adeſt per eſſentiã,& realem præſentiã Dominus Dominantiũ.

In ſecundo homicidio præfatus Marius aſſerit ſe cõmiſiſſe ſimplex homicidium in perſonam Io.Baptiſtæ Galitiani, quia ab eo iniurias acceperat, in hoc crimine tres ſunt ſubreptiones.

Primo tacet homicidium fuiſſe proditoriũ,dũ conſtet,quod ipſe erat familiaris occiſi, & mane amicabiliter tractauerãt,crimẽ proditorium eſt de iure
25 exceptũ ab indultu,& immunitate Eccleſiæ, Baiard. q.59.num.99. Gomeſ. tit. de delict,c.13. nu.38. & deciſionẽ Sac.Conſ.iunctis aulis adducit Thor. in ſuo comp. tom. 2. verbo Indulgentia,ita quod nec clauſula,non obſtante appoſita operatur, Maſtrill. de indult, c.29.Laratha conſ. 106. Et proditorium dicitur crimen, quod ab amico cõmictitur, Franch.dec. 713. Decian. tit.de pœn.prodit.c. 31. lib. 7.vol.2.

Secunda ſubreptio eſt,dum ſupprimat qualitatem aſſaſſinij, quod deli-
26 ctum inter enormiſſima reputatur, & de iure intelligitur excluſum ab Indultu,Farin.quæſt. 6. num. 53. & quæſt. 123.num.72.Decian.de crim.cap.30. lib.9.vol.2.num. 28. Baiar. d. quæſt. 59.num.104.Maſtrill. loco citato nu. 8.& benè Giurba conſ. 22.& ita Regia Pragmatica 5. de Abolit. diſponit adeo quod leſæ Maieſtatis delicto cõparatur,Carrer.in ſua praxi crimin. §. circa num.21.Eugen.conſ.21.nu. 12. Immunitate Eccleſiæ non gaudet, & Clericus de clericatu ſit indignus,cap. 1.de homicid.in 6.

Tertia ſubreptio eſt maxima, quia adeſt qualitas nefandi criminis parricidij, dùm de mandato Filię occiderit dictũ Io.Baptiſtam,& licèt hoc crimen ſolum à filijs commicti videatur, tamẽ
27 quia mandãtis, & mandatarij vnicum eſt delictum,pœna impoſita vni extenditur ad aliud,DD.in l.non ſolum §. ſi
27 mandato ff.de iniur. Carrer.in ſua pra



Digitized by Google

xi §.circa tertium,ex nu. 163. Cæual. com. opin. 166. & quod occidens de mandato filij teneatur eadem pœna parricidij criminis,probat ad litteram tex.notabilis in l.vtrum ff. ad l. Iul. de Parricid. quem extollit Gomeſ. tit. de homicid num.3.& quod tale crimen ſit de exceptis,firmant Ioan.Petr.de monte ſperell. conſ. 10. Montell. in ſua praxi part.4.num. 693. Franc. Marc. dec.162.par.1.

Supradictæ ſubreptiones,& ſingulæ earum tam graues ſunt,quod ſi fuiſsēt expreſsæ,Commiſſarius Campaneæ cognoſcens,quod is gaudere non poterat indultu,neque ob cauſam indultus guidaſſet, quia præſumitur pro Iudice, vt non admiſiſſet non admictenda, & concedere,quæ non poterat, l. hærennius ff.de euict.tanto magis, quod expreſsè liquet ex prouiſione facta in expeditione guidatici, dum enunciat, ſtante,quod non reperitur inquiſitus de delictis exceptis.guidetur, ceſſante ergo cauſa culpa ſupplicantis, ceſſat guidaticum.

Reſtat ſatisfaciēdum obiectionibus, quæ ex aduerſo fieri intelliguntur, & primo ſupponunt, quod & ſi indultus nō eſſet concedendus, & guidaticum eſſet nullum,ex defectu ſollemnitatis poteſtatis vel iuris reſiſtentis,non debet nocere Reo,vt ſaltim in priſtinū reponatur,nè ſub authoritate officij,& fide Regia deceptus remaneat, quia præponderat magis culpa, vel incuria concedentis,quam recipientis, qui eſt in bona fide credendi ſuo ſuperiori.

Reſpondetur,quod aut nullitas procedit ex parte concedentis, & tunc
28 Reus deluſus remanere non debet,ſed in priſtinum reponi,iuxta d. deciſ. Peguer.39.Bellug.in ſpec.Princ.rubr.23. num.73.par.2.Paſcal.de patr. poteſt. par.4.cap.3. num. 37. cum alijs ſupra num. 8. coaceruatis. Si vero nullitas oriatur ex dolo,& malitia partis, quia tacuit aliquod delictum, vel qualitatē neceſſariam,intendens ſic clandeſtinè gratiam conſequi, Principem, ſeu eius Miniſtros decipiendo,prout in facto noſtro,& iſto caſu detecta fraude ſubreptionum,dolus ei patrocinari non debet,l.itaquè fullo ff.de furt. nam mali-
29 tijs hominum non eſt indulgendum, l. in fundo ff.de rei vend. Et vti quando guidaticum culpa Superioris eſt nullū, ne remaneat Reus deceptus,lex prouidit, vt is in libertatem ponatur. ſimiliter quando ille decepit ſuperiorem, libertate eſt priuandus: nam contrariorum eadem debet eſſe diſciplina,l.1.ff. quod quiſque iur. & regula ſtat, quod frangenti fidem,fides frangatur eidem, l.cum proponas C.de pact. & non poteſt iurè cōquæri, cum damnum,quod quis ſua culpa ſenſit, ſibi imputare debeat,cap.damnum, de reg.iur. in 6. & ſic probat Nellus in tract. de Bannit. par.2. temp.2.quæſt. 16. Blanc. pract. crim.verſ. datis defenſionibus num. 54 Farin.quæſt.29. ex num. 55.& conſil. 53.Burſat.cōſ.345.nu.25.Crauet. cōſ. 572.vol. 4.Giurba conſ.22.

Indè orta eſt reſolutio, quod quando guidatus ſua culpa non ſeruat conditiones appoſitas, accedendo ad propriam Patriam,vel locum partis offenſæ, aut delinquat ſub guidatico,capi,& puniri poterit,nec ei ſuffragatur excep-
30 tio, vt in priſtinam libertatem ponatur,quia præſumitur doloſè illam ſecuritatem impetraſſe, & propterea ſibi prodeſſe non debet, vt vltra infinitos, Paſcal.de patr. poteſt. par.4.cap.3. ex num.25.Frāch.dec.258.Caball.reſol. crim.caſ.118.num 9.

Et per iſtos terminos fuit anno præterito defenſa cauſa pro D. Iulia Gonzaga vxore D.Franciſci de Ocampo in Collater.Conſilio,referente D.Conſiliario Marciano cauſæ Commiſſario, contra Marchionem Rapollæ,qui dum fuiſſet carceratus ad inſtantiam dictæ Dominæ vti creditricis vigore literarum executorialium, ille excarcerari prætendebat virtute ſecuritatis ei conceſſæ per Proregem,ne de perſona moleſtari potuiſſet, vel ſaltim in priſtinam libertatem poni,ne ſub Regio reſcripto

to deceptus remaneret. Ex parte D. Iuliæ fuerunt oppoſitæ multæ ſubreptiones aduerſus ſaluaguardiam à Marchione impetratam, quas doctiſſimè vidi fundatas in allegationibus pro creditrice ſcriptis ab eruditiſſimo D. Franciſco ſuo viro omni virtutũ genere ornatiſſimo, qui fuit meus collega in Regia Audientia Calabriæ, deinde grada
31 tim Iudex Mag. Cur. Generalis Cõmiſſarius Campaneæ, & nunc Conſiliarius merítiſſimus, ac ad maiora expectamus. Quæ ſubreptiones cum in facto, & in Iure ſubſiſterent fuit pro creditrice deciſum, vt non excarceretur Marchio, niſi ſoluto debito prædicto. Et ſimiliter accepi à dicto D. Franciſco fuiſſe deciſum per idemmet Collat. Cõſiliũ, contra Andream Bammace captũ infra tempus guidatici, ab ipſo conceſſi, dum eſſet Commiſſarius Campaneæ, ex eo quia vltra adducta per Paſcal. loco ſupra citato fuit ponderatum quod ille non expoſuit homicidium de quo erat inquiſitus, Neapolim fuiſſe patratum, ob quam ſubreptionem ſententia forindicationis fuit executioni demandata, circumſcripto guidatico, vt benè recordari poterint ipſimet oculatiſſimi DD. Regentes, qui ea deciderunt.

Secundo obijcitur, quod qualitates prædictę, quæ contra Reum adducuntur, non plenè conſtent, & qualitas eſt plenè, & non per præſũptiones probãda, ex Attend. de exeq. mand. cap. 22. num. 4. Gayl. de pace publ. cap. 13. num. 12.

Replicatur, antiquam fuiſſe hãc cõtrouerſiam, ſed in iſtis delictis exceptis fuit reſolutum, ſufficere inditia grauia actingentia ad torturam, etiam quoad
32 fundandam iuriſdictionem, & immunitate, quem priuandum, Bellug. in ſpec. Princ. rub. 11. §. videndum ex nu. 10. Gamma dec. 179. & 281. Caſtil. dec. 56. Couar. var. reſolut. cap. 2. num. 10. lib. 2. Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 10. num. 118. & diximus in prag. 8. parte 3. num. 49. in 2. impreſſione. Cumq; ex informatione appareat, grauia eſſe contra prædictum inditia ſuper dictas qualitates, ergo obiectio non officit.

Nec omictam, quod vbi regulariter in-
33 ditia reputantur leuia in caſibus enormibus, & occultis, dicuntur grauiſſima, vt probat tex. in cap. pro humani de homic. in 6. Guttier. pract. quæſt. libro 3. cap. 3. Monticell. pract. crim. reg. 8. à num. 23. Fœlic. alleg. 3. num. 43. Et conferunt quæ extra acta ſcimus de veritate: nam licèt Iudex teneatur iudicare ſecundum allegata, & probata, tamen etiam ex extrinſecis moueri debet ad veritatem indagandam, Afflict.
34 dec. 28. Marant. conſ. 34. Ozzaſc. deciſ. 1. num. 30. Homo iſte pauper, & nudus eſt, emit hanc nominationem capitis Nicolai Vallone quatuorcencentum aureis, aliaſque multas expenſas fecit ſuper hac petitione, ex cuius ſubſtantia peruenerit hæc pecunia, & an pretium ſanguinis ſit fama? volat, & ipſi circumſpectiſſimi Domini Iudicantes conſiderare poterint.

Tertio dicunt, non poſſe Reum inculpari de ſubreptionibus qualitatum exceptarum, cum non fuerint appoſitæ in citationibus ad informandum, ſed citatus ſimpliciter ſuper homicidijs, vndè cum non potuerit habere notitiam proceſſus informatiui, & facta non præſumũtur, ergo exſcuſat eum ignorantia.

Reſpondetur primo, quod dictæ qualitates fuerunt verificatæ poſt citationem, ſed dato quod adeſſent, tunc temporis in proceſſu, non eſt obligatus Iu-
35 dex qualitates delicti apponere, niſi quando illæ ſunt cauſæ Iuriſdictionis fundandæ, vti ſi vellet citare clericum aſſaſſinum, vel procedere extraordinariè, ex vi qualitatis, Iſtis, & ſimilibus caſibus tenetur qualitatem in citatione inſerere, alias ſufficeret citare ſuper delicto principali, Imò eſt cautela non apponendi qualitatem ad euitandam diſceptationem, ſi qualitas non eſt plenè probata, citatio corruat, vt latè per Farinac. quæſtio. 1. Gizzarel. deciſ. 16.



Digitized by Google

Item non reperitur iure cautum, vt neceſſaria ſit iudicialis notificatio ad finem, vt ſit obligatus Reus exprimere delicta de quibus intendit indultari, ſed omnia crimina referre tenetur, qualitercumque de illis ſit notatus, vel ſit præſumptio, quod conſcius ſit, eo magis, quando eſt capta ſuper delicto in-
36 formatio, & vrgent inditia, tunc ſtat iuris præſumptio de ſcientia delicti, & proindè tenetur ea exprimere, Boſſ.tit. de remed.ex clem.num.41.Maſtrill.de indul. quæſt. 20. num. 20. adeo quod etiam ſi detegatur poſt indultum conceſſum Reus poteſt carcerari, & puniri, Auen. deciſ.42.D.Rouit.titul.de exul. num.20. Et quod Reus teneatur exprimere omnia delicta cum ſingulis eorũ qualitatibus, & ſit vnum ex neceſſarijs requiſitis, vt Indultus ſubſiſtat, & non ſufficiat generalis expreſſio, ſic Ioan. Gran. de Bello exul. titul. de quant. quæſt.3.req. 25. & exhibetur punctuales prouiſiones ipſiuſmet Collat. Conſil.aliàs ad hanc Regiam Audientiam Salerni expeditæ in anno 1584. vt gratiam Indultus prætendens debeat exprimere omnia, & ſingula delicta cũ qualitatibus, ſaltim (ne ſibi præiudicet) dicendo, prout prętenditur.

Quarto opponitur, quod omnia ſupradicta ex parte Fiſci poſſunt adaptari ſuper prætenſione indultus, ſed non in guidatico, cũ non adſit bannum, nec lex excipiens guidare dicta crimina, Imò videmus etiã ſuper exceptis dari
37 ſecuritatẽ, vt innuunt Cępol.caut.91. Farin.quæſt.29.num.10. cui enim non conceditur quod eſt plus, poteſt facere quod eſt minus.

Replicatur, quod & ſi poſſent caſus excepti guidari, intelligitur ſi contrarium Princeps non diſpoſuerit, nam cuius eſt condere eius eſt declarare, & abrogare, l.ſi Imperialis C.de legib. Cũque in caſu noſtro Princeps exceperit guidari, bis hoc prohibendo, tum Cõmiſſario Campaneæ, quam Pręſidi huius Prouincię, ergo habemus legem animatam Principis, qui habendo huius Rei delicta pro enormiſſimis, excepit, non poſſe guidari.

Secundo aduertatur, quod guidaticum aliud eſt ordinarium, quod conceditur ob ſeruitium faciendum, & ideo dicitur contractus correſpectiuus, do, vt facias, Franch.dec. 673. & iſtud ſolet regulariter concedi à Pręſidibus, & Commiſſario Campanęę quibus datur hæc poteſtas; ſine ſignificatione delictorum; nam talia poſſent facere ſeruitia guidandi, quod inducere poſſent Principem, ratione publicæ vtilitatis, ad eos indultandũ, etiã ſuper exceptis.

Aliud verò eſt guidaticum, quod fit ſub diſcuſſione indultus, & iſtud eſt ſpecies pręambulæ liberationis, adeo q̃
38 conceditur, vti indultus, vt poſſit Reus accedere Neapolim, ad propriam Patriam, & locos partis offenſæ, quę permiſſio non ſolet fieri, neque fit in guidaticis ordinarijs, Caball.caſu 58. cum coaceruatis ſuprà in princ. nã nõ exiſtẽte remiſſione, pars non eſt cõtriſtanda, maximè in Foriudicatis, qui amiſerunt iura Ciuitatis, & ſolus Princeps poteſt comeatum remeatum dare ad Patriã, l. relegatorum. §. fin. ff. de pœnis. Et ratione tantum publicę vtilitatis ad extirpationem Bãnitorum fuit, introductũ, indultum concedi non obſtante partis remiſſione; & in conſequentiam guidaticum ad illud diſcutiendum poſt factum ſeruitium: Quæ practica taliter guidandi ſumitur ex originaria doctrina Bal. in l.ſi non ſortem §. adeo ff. de cond. indeb. quod ſtatim rebandien-
39 dus, pro iam rebandito habetur, & ex tex.in l.qui ſe dicit ff.de iudic. vbi pro libero habetur, qui ſtatim à ſeruitute liberandus eſt, & qui de proximo eſt condemnandus, depoſiti cauſa ſolet mitti ad triremes ante ſententiam, vt latè per Tiraquell.de ll. connub. fol. 163. verſ.facit.

Et tale guidaticum in tantum poteſt concedi, in quantum, vltra ſeruitiũ factum, ſub quo promiſſus eſt per Principem

Digitized by Google

cipem indultus,appareat ex narratione
40 deliſtorum,quod Reus non ſit inquiſitus de deliſtis exceptis, ſed quando indultu Reus frui non poſſet, ob deliſta excepta, tunc nec guidaticum ad illud diſcutiendum poſſet concedi: nã vbi non adeſt materia: non poteſt dari forma, l.eius qui in prouincia ſi cert. pet.

Vnde concludẽdum eſt, quod cum guidaticum iſtud fieri non poſſit,quando indultus nõ habet locum, ergo lex, vel ſtatutum prohibens indultari ſuper deliſtis exceptis, in conſequentiam ex vi comprehenſiua intelligitur acceſſoriè prohibitum guidari. Et ſi tacita veritate deliſtorum exceptorum fuerit diſtum guidaticum conceſſum, deteſta poſtea ſubreptione corruit guidaticum, vti ceſſante cauſa,ob quam fuit conceſſum, Tiraq.Regula ceſſante, verbo Gratiæ cauſa ceſſante, & procedit tunc concluſio, quod ob ſubreptionem doloſam priuatur gratia,& illa circumſcripta punitur,vt diximus ſupra in prima obieſtione: nam infeſta primatiua, deficit & deriuatiua, l. cum principalis ff.de reg.iur.

Quinto motiuãt,quod Banna ſituata in prag.de exul. non exceptuãt deliſta proditoria,aſſaſſinij, & parricidij, ſed alia,vnde exceptio in non exceptis firmat regulam, l.quæſitum §. deniq; ff.de fund.inſtr. l. nam quod liquidè ff. de pen.leg.

Reſpondetur,quod Banna non poſſunt pro lege allegari,ideo Prorex nomine Banni poſuit, quia non intendebat ea facere perpetua, & proinde ban
41 na expirant,quando non habent cauſam ſucceſſiuam, maximè finito officio promulgantis, vt diffusè fundauimus infra cap.88.& probat prag.fin.eod. titul.de exul.& in faſto noſtro probatur aſſumptum,nam non virtute pragmaticę, iſte petit indultũ,ſed banni Proregis nuper editi inſerti in expeditione guidatici,& fruſtra eſſet bannum,ſi ſic lex eſſet ſtatuta.

Item nos ſcimus,quod Prorex quando vult vti hoc remedio indultus, vt vnus occidendo alium bannitum gaudeat,ſemper renouat,& ordinem Præſidibus mittit,vnde apparet, quod ea banna non poſſunt pro lege citari. Eo magis,quod vnus Prorex exceptuauerit certa deliſta,Alius alia, & ſic & perſonas, & non dicitur lex quæ non habet perpetuam firmitatem. Vndè ceſſat obieſtio, & excepta ea deliſta intelliguntur, quæ de iure communi excepta reputantur, vti ſunt omnia crimina commiſſa à Reo iſto,vt ſupra deduximus,& correſtio iuris nunquam præ-
42 ſumi debet,niſi expreſsè ſit derogatũ, l.præcipimus C.de appell.quod autem non fuit immutatum,quare ſtare prohibetur?

Accedat,quod in omnibus indultis generalibus hucuſque à Sereniſſimis Regibus conceſſis in eorum feliciſſimis ſucceſſibus, prædiſta crimina proditionis, aſſaſſinij, & parricidij ſunt excepta,vt in prag.ſitis ſub tit.de Abolit.Vnde mos, & conſuetudo Principis
43 eſt attendendus,Franch.dec.330.in princ.Farin.quæſt.29.num.45.

Inſuper Prorex habuit hæc pro exceptis,dum denegauerit guidari quod eſt minus,fortius & indultari,Et quod pro exceptis habuerit qualitates concurrẽtes in ſecundo homicidio commiſſo in perſonam Io. Baptiſtæ Galitiani legantur litteræ tranſmiſſæ à S. E. Præſidi Prouinciæ Salerni, in quibus apparet, quod ex circumſtantijs,& qualitatibus concurrentibus,in diſto deliſto,prohibet guidare.

Sexto aduerſus primum deliſtum commiſſum in perſonam Matthei de Fenſa ſupponitur,non adeſſe ſubreptionem aliquam,nam negant diſtum Mattheum mortuum fuiſſe ex vulneribus il
44 latis ab ipſo Mario,ſed ex alia cauſa infirmitatis,quæ ſuperuenit ex ſua culpa,& mali regiminis,vnde non tenetur de occiſo,gloſ.in l. ſi ab hoſtibus §.fin. ff.ſol.matrim.Probare intendunt aſſũptum hoc ex aſtis,& ſententia obtenta à ſocio criminis,qui dum in Curia



Digitized by Google

Straticoti fuiſſet remiſſus ; probauit qualiter ex vulneribus ſanus euasit, & ex febre poſtea deceſſerit, vnde fuit condemnatus in exilium, & non pœna homicidij punitus, Hæc equidem cauſa vti correſpectiua demoſtrat veritatem facti, quæ iuuat ipſi Mario, vt de homicidio nõ imputetur, l. denunciaſſe §. ſi. ff. de adult.

Replicatur, ſtandum eſſe informationi Regiæ Audientiæ, in qua conſtat, quod vulnera fuerũt lethalia, mors ex eis ſecuta infra dies decem, & ſeptem, fuit citatus, & effectus contumax ſuper homicidio, Nec eſt facienda conſideratio de actis factis à conſocio in cauſa, quia cum ſint inter perſonas diuerſas non probant, Franch. dec. 426. in fine, adeo quod etiam in delictis connexis, vti
45 inceſtu, & ſtupru, acta, & ſententia lata pro vno, alteri non proſunt, Bart. in d. l. denunciaſſe, & latiùs Gomez. var. reſol. tit. de delict. num. 88. vltra quod non eſt par ratio Marij cum ſocio Nicolao della Calce, nam ipſe Marius fuit author criminis, & ipſe percuſſit.

Item non releuant probationes prædictæ, nam notum eſt, qualiter fiant defenſiones in iſtis Curijs demanialibus. Et quod ſint euidenter falſæ, legantur, nam teſtes vnico præmeditato ſermone deponunt inueriſimilia, dum dicũt quodpoſt quã conualuit, Matheus viderunt eum multis diebus ſanum deãbulaſſe per Ciuitatem Salerni, deinde multis alijs diebus Sarni, & demum Neapolim, & poſtmodum reuerſus iterum ſe infirmauit, ex qua noua infirmitate deceſſit, & vltra quod non redunt cauſam ſcientiæ qualiter, & quãdo ipſi viderunt in dictis locis, vnde non probant, l. ſolum C. de teſt. conſiderent queſò tot interualla quantum tempus neceſſe fuit, vt concurreret, per neceſſe eſt dicere pluſquam dierum ſexaginta: dùm ergo pleniſſimè conſtet infra decem & ſeptem dies poſt vulnera præfatum Mattheum deceſſiſſe, quomodò poſſunt concordari, vt non dicãtur falſi. Et proinde firma remanet iuris, & facti præſumptio, quod mortuus
46 fuerit infra tam breue tempus ex vulneribus, maximè in capite illatis, vt probat tex. in l. ita vulneratus ff. ad l. aquil. & Clar. §. homicidium num. 30, ait, ſemper, quod vulneratus infra quadraginta dies decedat, præſumitur mortuus omnino ex vulneribus.

Acccedat nullitas euidenter, quę cõtracauam demonſtrat, dùm Curia Straticoti contra ordinem datum à Regia Audientia, quando cauſam præfati Nicolai remiſit, & mandauerat, vt non procederet ad ſententiam, niſi conſulta Regia Audientia, Illa Curia clandeſtinè cauſam expediuit, non ſeruato dicto ordine, ex quo arguitur, vltra nullitatem colluſio, & notoria iniuſtitia,
47 quæ enim clam fiunt, & contra tramites iuris, ſuſpicione non carẽt, cap. qui contra de reg. iur. in 6. l. non extimo ff. de adm. tutor.

Inſuper etiam ſi mors non fuiſſet ſecuta ex dictis vulneribus, & ceſſaret homicidium, vnde Reus vellet fundare quod ceſſante homicidio, non daretur ſacrilegium, licèt vulnera eſſent illata in Eccleſia, cum Franch. d. dec. 499. loquatur de homicidio facto in Eccleſia, propter quod fuit ille priuatus indultu: Nam replicatur, quod etiam ſi vulnera tantum eſſent illata in Eccleſia, & ea aſperſa eſſet ſanguine adhuc ſacrilegium dicitur commiſſum, dum violata,
48 & polluta, fuerit, Peguer. deciſ. 24. à num. 2.

Si enim commictitur ſacrilegium, dum aliquid ſurripitur ab Eccleſia, quod non per hoc violatur, & polluitur, quanto fortius, vbi inhonoratur locus ille ſacer, & maximè, ſi adſit præſentia Dei per Sanctiſſimum Sacramẽtum. Si exceptum eſt quodlibet delictũ licèt non capitale factum Neapoli, quanto magis, quando delictum eſt cõmiſſum in domo Dei, & ante ſuos pedes. Si delictum quodlibet in palatio Principis quamuis leue reputatur ca-
49 pitale, & ſatis graue, vt Muta ſuper prag. Sicil. tit. 42. à num. 10. ex Bart. & Bal.

Digitized by Google

Bal.in l.non dubium C.de legib.quanto fortius illud, quod commictitur in palatio Dei, vbi offenditur ſua Maieſtas Diuina, paruifaciendo ſuam realẽ præſentiam, & ſic ſine dubio eſt ſacrilegium, prout in terminis probat notabilis tex.in l.ſi quis in hoc genus, C.de Epiſc. & Cler. & in l.reſpiciendum §.locus. ff.de pœnis.

Quibus ſic fundatis ſperat Fiſcus eſſe decernendum, vt Delegatus ad incũbentia procedat circumſcripto guidatico, & indultus prætenſione, vt tam atrociſſima delicta non remaneant impunita, & pecunia redempta, ſub prætextu aſſertę nominationis capitis Nicolai Vallone, quem ſi iſte occidiſſet, poſſet vtiq. colorari, ſed quod pretio tam nefanda crimina aboleantur ponderẽt ipſi Domini Iudicantes: Reipublicæ
50 enim intereſt videre vindictam atrociſſimorum criminum, vt alijs ſit exemplum, cum ingentiuum delinquendo ſit facilitas obtinendi veniam, Luc. de Penna in l.1.C.de publ.lect.lib.11.

Cauſa hæc adhuc pendet indeciſa in Collaterali Conſilio.

## ARGVMENTVM.

Princeps qua ratione contra ius Diuinum mandare potuit, vt foriudicati, & adulteri occidantur, & meretrices permictere, ac cõtra iuramentum veniri.

An Princeps libertatem reſtringere valeat, circa normam viuendi, & luxum fugiendum.

Pragmatica de tenentibus domos ad ludendum prohibitoria, an contraria conſuetudine abrogari potuerit.

Sportulæ an conſuetudine Officiali iure addi poſſint, vel vti noua impoſitio reuocari debeant.

## SVMMARIVM.

1 *Princeps pro bono publico, & commoditate hominum libertatem, & modum viuendi reſtringere poterit.*

2 *Veſtes pompoſæ prohiberi poſſunt, & vſus carrotiarum reſtringi.*

3 *Vitium commictit, qui terminos excedit.*

4 *Exceſſus omnes Princeps moderare poteſt.*

5 *Conſuetudo vincit legem.*

6 *Lex in tantum ligat, quatenus recipiatur.*

7 *Legis ſubſtantialia, quæ ſint narrantur.*

8 *Meretrices, & alia multa iuri contraria permictuntur, ad euitandum maius malum.*

9 *Mutanda non ſunt, quæ antiquam habuerunt obſeruantiam aliquam.*

10 *Proœmium deſignat cauſam finalem intentionis.*

11 *Quæ palam fiunt, carent ſuſpictione mali.*

12 *Sportula noua Populo indici non poſſunt.*

13 *Sportulas, & gagia, ſi tacito conſenſu Populi, & palam Officialis accipiat licitè retinet.*

14 *Conſuetudo in exigendis emolumentis attenditur.*

15 *Officiali tale ſalarium conſtituendum eſt, vt cũ honore, & decore iuxta qualitatem officij viuere poſſit, ac vt ſubſtantiam aliquam quærat pro ſuis poſteris.*

## CAPVT XXXII.

PVlcram, & curioſam quæſtionem in præcit. tract. ſuper hac prag. propoſui, quomodo ex cauſa publicæ vtilitatis, & commoditatis, à Principe mandari poſſit, & conſuetudine etiam induci aliquod, licèt

Digitized by Google

cèt aduerſetur diſpoſitioni iuris communis,& explicaui, qua ratione ſuſtineantur Indultus,& Guidatica, q̃ ſine partis remiſſione fiunt,& cur diſpenſetur,contra ius Diuinum,mandando,vt foriudicati,& in adulterio reperti,occidi poſſint,contra legem Decalogi(non occides) & auctoritates adduxi; quod ratione publicę vtilitatis, & ad tollenda maiora ſcandala,& inconuenientia Principi liceat: & qualiter per contrarium vſum,& conſuetudinem,data aliqua cauſa,multę leges,& ordinationes abrogari potuerint. Super qua concluſione fundaui allegationes, quas pro Regente Magnę Curiæ. Io. Thoma Scorriola ſcripſi, quod Pragmatica pęnalis prohibitoria contra tenentes domos in Ciuitate ad ludendum, cum Aleis ſita in tit.de Aleator: ex cauſa publicæ commoditatis, & recreationis potuit contraria conſuetudine tolli, & licito iure ille licẽtias dare,eas tenẽdi, ac ſolita gagia exigere, iuxta antiquũ ſolitum,& Prorex de facto iurè non valuerit,iterum prohibere, vt Domus ad ludendum non teneantur, & remiſſa cauſa in Collaterali, per infraſcritta obtinuit, quæ ſunt tenoris ſequentis.

Ad elucidationem huius caſus,antequam ad illius explicationem deueniã præmicto,quod multa iura, & prouiſiones ſtatutæ fuerunt, vt ſubditorum facultates non labantur, & luxui occurratur, ac delictorum occaſio tollatur: nam & ſi voluntas Hominum libera eſſe debeat, quam neque Deus reſtringere voluit, ſed quemquam in manu conſilij ſui poſuit, vt quilibet rei ſuæ ſit moderator,& arbiter,iuxta tex. in l.
1 in re mandata C.mand. Attamen pro bono publico,& etiam vtilitate priuata, Princeps reſtringere poterit,vt moderatè quiſque viuat,arg.ex l. cum ſupra C.de re milit.lib.11.& meliùs probat tex. in l.1. C. de veſtib. holober. lib. 12. vbi prouidetur, ne quis veſtibus auro,& gemmis contextis, induat & ſic in Regno,annis præteritis fuit ordinatus modus,circa veſtes,põpoſas,vt
2 in prag. ſitis ſub tit.de veſt.moderãd. Inſuper in l.vnica C. de Honorat. Vehic.lib.11. prohibitum erat, ne quælibet perſona Carrotijs vti potuiſſet,niſi honorati,& ſpectabiles viri: & ex ijs iuribus,DD.dixerunt poſſe etiam Principem omnem luxum refrenare,taxando competentem numerum ſeruientium ſecundum perſonarum qualitates.

Principis enim eſt,& ad eũ pertinet, vt iuris pręcepta ſeruentur, l. leges C. legibus. Præcepta à iure ſtatuta, tria ſunt. Honeſtè viuere, alterum non lędere, & ius ſuum cuiuq; tribuere,§. iuris pręcepta.inſtit.de iuſt.& iure.Hone
3 ſtè inquam viuere non dicitur, qui re ſua abutitur, cum excedendo,vitium committat,vt notatur in l. 2. ff. de ijs, qui ſunt ſui,vel al.iur. & tex.eſt ſollemnis in l.& mulieri ff.de cur. furios. cuius intellectum, & correlaria notauerũt Gomeſ. var.reſ.tit. de contra: cap. 14.num.33.& Auend.de exeq.mand. Reg.cap.14.par. 2. qui triginta caſus diuerſos adducit,in quibus ſtatũ viuẽ
4 di Princeps moderare,ac taxare poterit,& exceſſum tollere:nam circumſcripto exceſſu,nõ iure libertatem arctare poſſet,Vaſq;contr. illuſ. cap. 17.Muta ſuper prag. Sicil. titul. de fauſtu, & pompa.

Prædicta ęquidem cum vigilantia, & prudentia à legislatoribus ſancita fuerunt,tamen contrario vſu, in deſuetudinem abierunt:veſtes enim ad libitum cum ſumptu exceſſiuo conficiũtur,Carrotias quiſque tenet, quamuis vilis ſit,Immoderatæ exſpenſæ, ſollemnia feſtina continuò fiunt,& ab omnibus cognoſcitur,hanc eſſe cauſam diminutionis omnium ſubſtantiarum,ita quod Regnum ad nihil redactum eſt, præualuit igitur cauſa libertatis, vt quiſq,re ſua vtatur,& abutatur: præualuit inquam,letitia videndi tantas põpas,& luxus,vt DD.in l.vn.C.de publ. let.& in rubr. C. de expenſ. lud. & C. de ſpectacul.lib.11.& ſic contraria cõſuetudine dictæ ordinationes non ſunt

in

5 in vſu,& quod conſuetudo legem vin-
cat,& ei derogare poſſit, non dubita-
tur,ex l.de quibus ff. de leg. nam per
non vſum, vel contrarium vſum abro-
gatur,DD.in cap.lex de treg. & pace,
Surd.conſ.460.Ioſeph.Lud.dec. 98. &
Verall.dec. 203. ait,quod licèt lex ſit
6 recepta,ſi continuus vſus eam non ap-
probet,non ligat, & ſi mores vtentium
ſint contrarij, tollitur lex, & ſequitur
Rolã.à Valle conſ.99 lib.1.quia ad eſ-
7 ſe legis tria requiruntur:quod inſtitua-
tur,quod promulgetur,& tertiò,vt mo-
ribus vtentium approbetur,ſunt verba
tex. in c.in Iſtis. 4. diſt. Luc.de Pen.in
l.euidenter C. de excuſ.mun. lib. 10.
Alex.conſ.6.1.volum.Perez.in proem.
ord. reg.quæſt.12.Montal. in l.10. tit.
11. par... gloſ.magna ad finem,Vaſq.
contr.illus.cap.30.

Neque hoc repugnat obedientiæ,
quia Principis intentio eſt,vt ſuæ ordi-
nationes,ſi non recipiantur,non obſer-
uentur, Felicia. de cenſib. par. 1. c. 8.
Item multæ prouiſiones excogitantur,
& promulgantur, vti pro publica vti-
litate, & commoditati conſona, ſed
tractu temporis in actu concreto,illum
effectum habere non ſolent vti excogi-
tatum erat: Non immeritò Princeps
permittit contrarium vſum,ad euitan-
8 dum maius malum, vel ſcandala.Non-
nè Meretrices non prohibentur de iu-
re ciuili, & de iure diuino ſcriptum eſt
(Non fornicaberis) Nonnè, ſub graui
pœna interdicta ſunt cum infidelibus
commercia,vt in l. vnica C.de litto: &
itin.cuſt.lib.12.tamen ob Hominum
commoditates, in multis locis permi
ttuntur,cum iſtis mercari, contrahere,
& ſub vſuris accipere,& ob aliquas cau
ſas Princeps tolerat, vt defendunt
Theſſ.dec.57.cum ſeq.Boer dec. 173.
& propterea concludimus,obſeruantiã
eſſe animam legis,qua ceſsãte,ceſſat le
gis diſpoſitio.

Exinde,veniendo ad caſum noſtrum,
dicimus,quod etſi per Pragmaticam
prohibitum fuerit, ne publicè domus
teneantur, in quibus cum Aleis ad lu-
dendum gentes congregentur.Tamen
iamdiù eſt, quod ea non fuit obſeruata
& contrario vſu abrogata, vltra annos
viginti,ſcientibus, & patientibus Pro-
regibus alijſq;Principis Miniſtris,ita &
taliter,quod permiſsũ fuit Regentibus
Mag.Curiæ,pro tempore,licentias in
ſcriptis concedere perſonis,vt ſine me-
tu dictas domos luſoribus exhibere po
tuiſſent: Cumq, minimè mutanda ſunt
ea quæ antiquam habuerunt obſeruan
9 tiam, vt dicit tex.in l.minimè ff. de le-
gib.ergo videtur,de facto Proregem
iure non potuiſſe dicto Regenti prohi-
bere facultatem dandi licentias, cum
iuri quæſito,& officij prærogatiuis præ-
iudicari nequeat,l. 2.§. ſi quis à Prin-
cipe ff.ne quid in loco publ. Gabriel.
Rom.concl. 1. tit. de iure quæſ. non
toll.

Et ad defendendum contrarium
vſum,inductum aduerſus dictã prag-
maticam reſpondemus, Quanquam
intentionem illius diſpoſitionis fuiſſe,
(vt ex prohemio illius legitur, quod
10 deſignat cauſam eſſentialem, vt in l.
fin.ff. de hęred. inſt.) tollendi occaſio-
nem luxus,& delictorum, quæ euenire
ſolent. Hæc æquidem cauſa, contrariũ
effectum parturiebat,quia perſonæ pri-
uatim poſtea ludebant,cum maiori of-
fenſione Dei,& publici:nam in ſecretis
ſinguli ludebant in ludis prohibitis,
& nemo eos videbat, vndè ſine timore
cum maiori luxu,quantitates pecunia-
rum diſſipabantur,blaſphemiæ, & ma-
ledicentiæ, cum libertate dicebantur,
quia non timebant alias perſonas cir-
cumſtantes,extra eorum cœtum, qui
eos accuſarent.

Hæc omnia ceſſant in domibus pu
blicis,vbi diuerſæ perſonæ congregan-
tur,& quilibet accedere poteſt, & ne-
11 mo prohiberi, & propterea vtiliùs eſt,
actiones palam fieri, quam clandeſti-
nè,l.non extimo ff. de adm. tutor. ex
iſtis cauſis iuſtis, eſt præſumendum, ſu-
periores toleraſſe inobſeruantiam, &
ideò in ea eſt perſiſtendum à ratione
legis ceſſante,l. adigere §. quamuis ff.
de iurepatron. Re-

Digitized by Google

Reſtat ſecundo ſatisfacere aliæ obie ctioni:dum dicitur,quod ſi ludus decla rari debeat liber, & quiſque pro tali miniſterio domos publicè tenere poſ ſit: Regens M.Curiæ non debet licen tias impartiri,& pro illis gagia,& mer cedem accipere. Sed generalis licen tia promulganda erat, & abroganda
12 hæc exactio,cum nouę ſportulæ Popu pulis non ſint indicendæ,§.1.Auth.de ſportul.Specul.tit. de ſalario §.1.verſ. in præmiſſis.

Replicatur, quod dum per præfa tam pragmaticam prohibita eſſet fa cultas tenendi publicè domus ad lu dendum, & contrario vſu ea cœperat inobſeruari, ad euitandum timorē pę næ,cœperūt perſonæ,quæ locos præpa ratos ad ludendum tenere intendebāt, licentias petere à Regente, ordinario Officiali Ciuitatis, repreſentante offi cium M.Iuſtitiarij, & ſic fuit introdu ctum aliquid ad beneficium Regentis exigi,& publicè,ac palam diurno tem pore dictæ ſportulæ fuerunt ſolutæ, & exactę, ac Populus tacitè conſenſijt, nec quiſquam conqueſtus fuit. Vn de hæc exactio continuanda eſt: Nam
13 quamquam de iure nouę ſportulę exi gi nequeant,quando tamen expreſsè, vel tacitè fuerunt introductę,& per lō gum tempus continuatę,& à Iudicibus publicè, & non clam exactę populo ſciente,vt in caſu noſtro, in hoc ſolito Iudex conſeruandus eſt,& manutenen dus,Anchar.cōſ.218.Rebuff.tit.de ſa lar.taxa,pro victu proc.& de commu ni teſtatur Add.ſing.Roman.183.nam conſuetudo in ijs eſt attendenda, quę Iudicum ſportulas augere, & minuere poteſt,Bart.in l.1.C.de auro coron.lib. 10.Paris.conſ.25. num.54.Gratian.di ſcep.cap.561.ex nu.15.

Indè videmus pro deferendis armis licitis in Ciuitate,D. Regentem licen tias impartiri,& pro illis gagia percipe re:ſportulę enim quando legitimè, vt diximus, exiguntur, Officialis pro emolumento laboris,pro conſeruatio
14 ne decoris,& auctoritate officij eas licitè recipere poteſt.Et licèt ſalarium à Principe ſolui tantum debeat Officialibus,& ſubditi ad nihilum de iure obligati ſint,tamen introductum fuit, vt etiam ij partem ſalarij prę ſtent, ſol uendo ſportulas,& exactiones pro ali quibus actis, iuxta conſuetudinē,vt ha betur in Conſt.Regni. Cum iuxta, & ibi Afflict. Cumq;maxima habēda ſit ratio de hoc ſupremo officio, ad deco rem ipſius decet prouiſionem iuxta qualitatem tanti Regiminis habere, & quia ſalariū,quod Rex concedit nō eſt tanti ſtipendij, permittendum eſt, vt
15 functo officio quæſierit aliquam ſub ſtantiam, vt honeſtè cum filijs viuat, vt ait notabilis tex.in l. iure prouiſum C.de fabricenſ. lib. 10.& in l. hanc §. ſexcenti,C.de admin.diuerſ. offic. lib. 12.propterea nil contra ſolitum eſſe innouandum conſulo.

## ARGVMENTVM

Condemnati ad tempus in triremibus,an dicantur ciuiliter mortui, vt amittant, quæ ſunt iuris ciuilis. Et quid de foriudicatis.Pœna triremium, quando dicatur capitalis.

Exiliati non ſeruantes confinia qualiter de iure communi, & Regni puniantur.

### SVMMARIVM.

1 *Condemnati ad triremes ad tempus non dicuntur ciuiliter mortui.*

2 *Exiliū ad tempus non comparatur morti ciuili, ſecus ſi ſit perpetuum.*

3 *Foriudicati perdunt ea quæ iuriſgentium,& ciuilis ſunt infra iuriſdictionem Bannientis,& non extra.*

4 *Foriudicatus gratiatus, ad quæ intelligatur reſtitutus remiſſiuè.*

5 *Exiliatus ad tempus,vel perpetuò ſi fines exilij non ſeruauerit, qualiter punia-*

Digitized by Google

*niatur diſtinguitur.*

6 *Pœna mortis pro fractione exilij, vel relegationis nunquam eſt danda, niſi ſit cominata in ſententia.*

7 *Pœna cominata in ſententia eſt ſeruanda, licèt de iure aliàs eſſet minor, vel arbitraria.*

8 *Nobilis exiliatus ſi pœnam triremiũ iurauerit, an ea ſit puniendus in caſu contrauentionis.*

9 *Nobilitatis priuilegio quis renunciare non valet, quia reſpicit totum ordinem.*

10 *Milites non poſſunt renunciare priuilegio militiæ, vt pro debito carcerari poſſint.*

11 *Nobiles condemnari poſſunt ad ſeruiendum in Caſtro, vel militia.*

## CAPVT XXXIII.

Condemnatio ad triremes temporalis, an æquiperetur morti ciuili quoad amiſſionem eorum, quæ ſunt iuris ciuilis, quæ regulariter damnati ad capitales pœnas amictunt, & ſub dubio fui opinionis in præc.tract.ſuper hac prag.ſeptima quod talis condemnatio reputari non
1 debeat vti eſt deportatio, & in metallũ damnatio, vidi poſt hæc Fontan. de pact.nup.clauſ.4.gloſ. 14. & num. 50. qui ſimiliter hanc difficultatem excitauit, & refert, Senatum illum amplexum fuiſſe noſtram ſententiam, licèt antea contrarium ſentijſſet ſuper cauſa deuoluta, contra quemdam Baronem, qui non habendo iuriſdictionem in cauſis capitalibus, condẽnauerat Vaſſallũ ad remigandũ ad tempus, & Iudex fuerat punitus, habẽdo pro abſoluto pœnam triremiũ temporalem eſſe capitalẽ, ſed negotio rectiùs diſcuſſo fuit habita verior noſtra opinio: & propterea Illos non perdere, quæ ſunt iuris ciuilis, circa teſtamenti factionem, & contractus, nec filios effici ſui iuris, neque amictere bona Ciuitatis. Ex qua reſolutione reprehenderentur Belluga in ſpec.Princ. rubr.24.verſ.& primo, Maſtrill. dec.38.num.10.& alij ab ijs cita
2 ti, tenentes, exilium cõparari morti ciuili, ſed poſſunt ſaluari, vt eorum dicta locum habeant in exilio perpetuo, non autem in temporali, Guid. Pap. deciſ. 422.cum ſeq.Clar.quæſt.67. num. 8. Fontan.loco citato num.66.D.Rou. in prag. 2. ex num. 39. de iuriſd. non turb.

Quid dicendum de foriudicatis, qui ciuiliter mortui de iure dicuntur, an habeãt teſtamenti factionem actiuè, & paſſiuè, & an amictant patriam poteſtatem, ita quod legitimè tutor filijs dari poſſit, ſi erint impuberes; Et reiecta longa diſcuſſione, & DD.varietate, Farin.quæſt. 102. inſpect. prima dicit Iſtos non perdere ea quæ ſunt iuriſgentium, neque ciuilis, extra territorium bannientis, ſed ſolum amictunt ciuilia iura in illa iuriſdictione in qua affecti ſunt, ex ſententia foriudicationis, & quod non amictant patriam poteſtatẽ, & alimenta, Bal.Alex.& alij in l. ſi cũ dotem §. ſi Patri.ff.ſol.matrim.Peregr. de iure Fiſci lib.3.tit 7.num. 23. Gratian. cap.462. qui infert, in facti con-
3 tingentia, Matrem non fuiſſe priuatam filij ſucceſſione, ex eo quia non petierit impuberi tutorem, dum habebat patrem, licet foriudicatum, & in occurrenti vide latè per Peregr. & Farin. locis ſupra citatis, Socc.Iun. conſ.54. lib. 3. Corn. conſ.55.lib.2.Vulpel.conſil.20. Surd.de alim.tit. 4.quæſt. 18. Boſſ. tit. de bon.publ. nu. 69. Et ſi reſtituatur
4 foriudicatus, ad quæ intelligatur reſtitutus, vide DD. in l. fin. C. de ſent. paſſ. Franch.dec.213. Staiban. conſil. 9. & 63. Gail. de pace publ. lib. 2. lim.3.

Vlterius ſumpta occaſione tex.pragmaticæ, quæ mandat, vt condemnati ad vitam, & ad tẽpus, debeant condemnari in locis Principi ſubiectis, dixi aliqua de pęnis non ſeruantium fines ſententiæ, & non diuertendo à quæſtione

in

Digitized by Google

in principio hic poſita,eſt ſciendum,
Quid de exiliatis,vel relegatis erit agē
dum,ſi fines non ſeruauerint,& ex mē
te omnium ſedere diſtinctionis conci-
liari poſſunt:Aut quis exulatus eſt à Ci
uitate ad tempus minus decennio, &
defecerit, tunc ad quod ſupereſt dupli
5 cabitur. tex. in l. aut damnum §. quis
quis ff.de pœnis,Clar.quæſt. 71. Me-
noch.de arb.caſu 530.num.28.Secun-
do ſi Reus exulatus fuerit per ſex, vel
ſeptem annos,& nō obſeruauerit, quia
ſi duplicaretur, pœna eſſet vltra decē-
nium,& hoc caſu condemnari debet in
exilium perpetuum,vt probat tex. in
d. §.quisquis, Peguer.dec.41.Clar.lo-
co citato,Aut tertio quis in exilium
perpetuum condemnatus fuerit,& tūc
ſi exceſſerit,pœna mortis puniri pote-
rit, vt Caball.reſ.crim.caſu 8.num.47
Clar.ibi num. 13. Sed hæc opinio ni-
mis dura viſa fuit,vt Franch.dec. 140.
num.9.cum ſeq. quod niſi cominata
6 ſit pœna mortis in ſententia,nō ſit dan
da,ſed cōmutanda in deportationē,vel
remigationē, & remigatio illa non po-
teſt excedere in hoc caſu decennium,
vt habuimus p prouiſiones Collat. Cō
ſilij in Regia Audientia Salerni. Imò
neque pro exilio perpetuo in practica
cominatur pœna mortis,ſed pœna re-
migationis arbitrio Proregis declaran
da. Inde in inquiſitis de crimine falſæ
monetæ, quamuis illi liberentur in for-
ma,tamen ex prag.9.ſub tit.de monet.
fuit prouiſum, vt ij à Regno perpetuò
exulent,ſub pœna in caſu contrauen-
tionis decennij in Regijs triremibus,
& ſic non eſt pœna mortis, ſed alia
pœna cominata eſt ſeruanda,Menoch.
caſu 530.num.28.Peguer.dec.41. ne-
que erit poſtea amplius locus arbitran
7 di,Honded conſil.100.num. 59. Barz.
dec.77. D. Regens Valenz. conſ. 92.
num.89.Marta voto 161.

Et ex ijs reſoluta eſt quæſtio,attenta
diſpoſitione iuris communis, ſed in Re
gno ex prag.2.tit. de Releg. eſt aliter
prouiſum,quod tunc pœna exilij,& re-
legationis duplicatur,quādo Reus de-
derit etiam cautionem de ſeruandis fi-
nibus,ſed ſi eam non potuerit, vel no-
luerit præſtare, iurare debet pœnā re-
migationis, in caſu contrauentionis,
quæ pœna danda eſt, vt finiat tempus
præfixum in ſententia in Regijs trire-
mibus, abſque alia duplicatione, ex
gratia facta ad petitionem Regni,vt in
alia prag.5.eod.tit.

Sed quid ſi Reus exiliatus erit nobi
lis,& non habendo cautionē de ſeruan
dis finibus pœnam remigationis iura-
uerit, ſeruata forma Pragmaticæ, fuit
8 dubitatum in Regia Audientia Saler-
ni,cum Marcello Nigro terræ Crachi,
qui fregerat fines relegationis,& iura-
uerat remigationē,an ſtāte dicta acce-
ptatione cum Iuramento facta, trire-
mium,deberet ad eas tranſmicti,vel ad
deportationem, quæ Nobilibus datur;
dicebat Fiſcus,pœnam cominatam, &
acceptatam eſſe exequutioni deman-
dandam,non obſtante allegata nobili-
tate,quia quilibet ſuo fauori renuncia
re poterat,l.fin.C.de pact. & multoties
in practica legimus obſeruatum, Nobi
les fuiſſe tranſmiſſos ad inſeruiendum
in Regijs triremibus, vt refert D. Re-
gens Tapia ſuper conſtit.Regni incip.
Non ſine grandi tit.de offic. num. 14.
fol.102.

Attamen circumſcripta diſcuſſione,
recepta eſt opinio, quod nobilitatis pri
uilegium reſpicit totum ordinem, &
præiudicari non poſſit per quamlibet
renunciationem,quam de ea faciat no
9 bilis, Cęual. com. contra com. quæſt.
688.Barboſ.in l.alia §.eleganter num.
2.ff.ſolut.matr.Font.de pact.nup.lib. 1
clauſ.3.gloſ.3.num. 14. qui idem fir-
mat in militibus,vt renuntiare non va-
10 leant fauoribus,& priuilegijs militari-
bus reſpicientibus ordinem militiæ, &
D.Rouit.prag.15.nu.40.de milit.Mu-
ta deciſ.63. Peguer.dec. 222. vnde
cum nobiles non poſſint ad triremes
condemnari neque renūciationes ſub-
ſiſtent, ad deportandum fuit condem-
natus prædictus de Nigro. Nec practi-
ca de inſeruiendo in Regijs triremibus
ho-

Digitized by Google

hodie ſeruatur, cum ex pragm. 10. tit. de condemnat. fuerit abrogata, vt nõ fiant ſimiles condẽnationes cõtra nobiles ad nobiliter ſeruiendum in Regijs Triremibus; ſed ſeruanda ſit diſpoſitio iuris, eos deportando, vel ad ſeruiendũ
11 arbitrio Proregis in aliquo caſtro, vel in occurrenti militia, vt fuit obſeruatũ anno præcedenti, cum multis inquiſitis, & condemnatis, qui fuerunt tranſmiſſi ad inſeruiendum in militia, in Caſtris Ianuæ, & Milani, prout & aduertit Giurba conſil. 34. ſed debent hæ condemnationes fieri facta prius relatione Proregi, non quod Inferiores poſſint eas practicare ſic ſimpliciter condemnando ad ſeruiendum in caſtro, vel militia.

## ARGVMENTVM.

Exiliatus ſi non fuerit captus in loco prohibito, ſed conuictus, quod non obſeruauerit, an pœna fractionis exilij puniri poſſit.

Exiliatus ſi ſteterit in Eccleſia ſuæ Patriæ, an intelligatur exilium fregiſſe,

### *SVMMARIVM.*

1 *Exiliatus licèt non fuerit captus in loco prohibito, ſi tamen conuincatur fines exilij fregiſſe condemnatur.*
2 *Inuentus quis non dicitur quando non eſt apprehenſus.*
3 *Exiliatus cõmorari non debet in Eccleſijs ſitis in locis prohibitis.*
4 *Eccleſia an dicatur extra territorium Iudicis ſæcularis.*
5 *Officialis loci cognoſcit de delictis factis in Eccleſia.*
6 *Guidatus dicitur contraueniſſe guidatico dum ſtat in Eccleſia ſita in ſua Patria.*
7 *Exiliatus acceptata ſententia illi ſtatim parere debet.*
8 *Exiliatus an poſſit infra tempus datũ ad colligendum ſarcinulas cõmorari in propria patria.*
9 *Exiliatus, qui habuit dilationem cum conditione dummodo non exeat de domo, ſi contraueniat, qualiter puniatur.*

## CAPVT XXXIV.

Licèt quis non fuerit captus in fragranti intra loca prohibita, à quibus fuit exiliatus, vel relegatus, ſi fuerit conuictus fines ſententiæ fregiſſe, quod poſſit ad pœnam contrauentionis condẽnari reſoluimus in præc. tract. num. 42.
1 & ita Peguer. poſtea viſus deciſ. 90. quicquid alij contrarium ſenſierint, nã loquuntur ſuper articulo, quando imponitur per ſtatutum pœna contra illum, qui fuerit inuentus, vel repertus in maleficio, tunc requiritur fragrantia, vt Cęual. com. opin. quæſt. 651. quia dicta verba important, vt quis deprehẽdatur, ſecùs ſi verba proſpiciant inobſeruantiam facti, nam tunc ſufficit con
2 ſtare contrauentionem, vt quis condẽnari poſſit, Ripa de peſte tit. de remed. ad conſeru. vber. q. 9. verſ. nono quæro ex nu. 103. vt eſt in caſu noſtro: nã ſententia exilij, quando à parte acceptatur ille cum iuramento ſe obligat ſeruare fines exilij, iuxta ſentẽtiam; vnde ſemper quod non paruiſſe conſtet, exequi poteſt pœna à ſententia indicta, & à parte acceptata.

Accidit tamen pluries in Regia Audiencia Hidruntina diſceptare ſuper exiliatis, qui moram trahebant in Monaſterijs, & Eccleſijs ſitis in locis prohi
3 bitis habitari, & finito tempore dicebant, non poſſe inquietari, tum quia nõ fuerint capti in fragranti, tum quia nõ poſſunt dici ſtetiſſe in loco prohibito, nã Eccleſia dicitur locus exemptus, & extra iuriſdictionem, & territorium Bannientis, cum paria ſint eſſe extra-

territoriũ,vel in loco exẽpto,c. cũ Epiſcopus,& ibi gloſ. & DD de offic. ord. in 6.& quod Eccleſia ſit extra territorium Iudicis ſæcularis tenent Cyn.in l.
4 præſenti C. de ijs qui ad Eccl. conf. Ang. in tractat. de Malef. verſ.in ſchalis num. 2. Bald. in l. cunctos populos num. 25. C. de ſumma trin. Et quamuis Eccleſiæ ſint intra circuitum territorij prohibiti,tamẽ quia poteſtas ſęcularis nõ habet ius in eis, videtur quod non ſint de diſtrictu, Bal. & Felyn. in cap. licet cauſam de probat. eo maximè in pœnalibus, Caſtr.in l. ſi quis in hoc genus, C.de Epiſc. & cler. & propterea ſententiæ non contraueniſſe Inquiſiti prætendebant,& Eccleſia dicitur de territorio,& iuriſdictione Iudicis Eccleſiaſtici, Carol.de Graſſ.de effect.cleric. effectu primo nu.617.

In contrarium tamen reſponſum fuit,quod licèt Eccleſiæ ſint exemptæ à iuriſdictione temporali,& ſubiaceant Eccleſiaſticis, tamen ſtãt in territorio Principis ſæcularis, in quo fundatæ ſunt, Inde eſt quod DD.aiunt,Epiſcopum non habere territorium, Barboſ. in l.1.art.5.& l. qui prior num. 93.ff. de Iudic.Palac.in cap.per veſtras de donat. fol.396. Couar.practic.quæſt. cap.10. num 2. Propterea de delictis factis intra Monaſteria, & Eccleſias
5 Officialis ſęcularis inquirit, & caſtigat vti Iudex loci delicti, Bartol.in l.ſi cui §. fin. ff.de accuſ, Guttier.lib.3. pract. quæſt.cap. 1. Caball. reſ. crim. caſu 194. dùm ergo locus ſtat in territorio, vbi exiliatus commorari non debet. Ideo videtur inquiri, & puniri poſſe de ſententiæ inobſeruantia: & conferunt notata per Paſcal. de patr. poteſt.par. 4.cap. 3. ex numer. 25. quod guidatus dicitur contraueniſſe guidatico,
6 dum ſteterit in Eccleſia ſita in ſua patria, & ſic refert iudicatum in Magna Curia, & Collaterali Conſilio, & faciunt etiam adducta per Peguer. deciſ.260.qui diſcutit,an Regij Miniſtri valeant extrahere arma, & bona furtiua repoſita in Eccleſijs.

Poſtremo notatur, quod acceptata ſententia, Reus debet eam obſeruare
7 & ſtatim accedere, & eo finito recedere, ſic text. in l. relegati vbi gloſ. verbo exceſſerit ff. de pœnis, Bald.conſil.271.Caball. reſol. crimin. cap... verũ datur menſis ad colligendas ſarcinulas, ſed ſi non petierit, et reperiatur in Patria, an gaudeat, vide Franch.deciſ. 487. & elapſo tempore menſis, alia dilatio non eſt concedenda, niſi ex cauſa infirmitatis, vel à Principe, vt ibi Franch. Sed an pendente tempore menſis poſſit exiliatus vagari in propria patria, & in loco, vbi
8 ſunt partes offenſæ, de iure non reperitur talis reſtrictio, Lanar. conſil. 38. ſolent tamen cauti Iudices vbi adeſt inimicita concedere dictam dilationem, cum clauſula, ne exeant à domo, & tanta poteſt eſſe ſuſpictio, ne ſcandala veniant, quod licebit denegari iſta dilatio introducta miſerationis cauſa, Fabr. diff. 6. C. de ſatisd. Quid ſi contra formam conditionis appoſitæ in dilatione fuerit repertus extra domum, an poſſit puniri tamquam fractor exilij, & videbatur dicendum, quod ſic, ne cominatio
9 ſit fruſtatoria, l. ſi quando ff. de leg. 1. tamen de ęquitate vidi pluries prouiſum, vt exiliatus redeat in cauſam ſuam, niſi ex dicta inobſeruantia eueniſſet aliquod ſcandalum, vel inconueniens cum partibus offenſis.

## ARGVMENTVM.

Dominium,& poſſeſſio, an ipſo iure tranſeant, facta conceſſione per Principem.

Vaſſalli an poſſint renuere dare poſſeſſionem nouo Baroni, ſi ille deneget obſeruare capitula, & priuilegia;quæ tenent,& quid importet confirmatio Priuilegiorũ.

SVM-

Digitized by Google

*SVMMARIVM.*

1 *Dominium, & poſſeſſio non transfertur ex conceſſione Principis abſque rei traditione, contra num. 3. ſed diſtinguitur num. 5.*

2 *Princeps contrahens in caſibus prohibitis, cenſetur diſpenſare iuribus aduerſantibus.*

4 *L. traditionibus C. de Pact. an habeat locum in contractibus Principis.*

6 *Iuramentum aſſecurationis ſi non petatur infra annum datur locus iuri reuocandi contractum feudalem.*

7 *Iuramentum aſſecurationis præſtitum à Sindico, & alijs de regimine Vniuerſitatis obligat omnes Ciues.*

8 *Baro dicitur Officialis perpetuus, & vti talis tenetur iurare obſeruantiam priuilegiorum, in ingreſſu, alias poſſeſſio ei denegari poteſt, ſed diſtinguitur num. 11.*

9 *In correſpectiuis alter alteri pares vices reddere debet.*

10 *Exceptio adimplementi ex vna parte impedit nè alter ad obſeruantiam teneatur, ſed intelligitur in correſpectiuis, non in ſeparatis.*

12 *Priuilegia anteceſſorum quando nouus Baro confirmare teneatur.*

13 *Confirmatio priuilegiorum validorum nil noui tribuit.*

14 *Priuilegia nulla non conualidãtur ex confirmatione ſimplici.*

15 *Confirmatio in forma ſpecifica habet vim noua diſpoſitionis.*

16 *Confirmatio quando dicatur in forma communi, vel ſpecifica remiſſiuè.*

## CAPVT XXXV.

IN hac 8. prag. materiam ad authoritatem, & iuriſdictionem Baronum pertinentem ex profeſſo in præc. tract. tractauimus, & primo obitèr dixi, An facta inueſtitura conceſſionis Terræ à Principe, ſtatim abſque reali traditione cenſeatur
1 translatum dominium, & poſſeſſio, & negatiuam opinionem tenuit Andr. in cap. 1. à num. 3. Quid ſit inueſtit. quẽ ſequitur Affl. & cæteri ibi, Iacob. in inueſt. verſ. Princeps, Curt. in ſuo diuerſ. feud. fol. 30. nu. 14 Capyc. in inueſtit. fol. 249 Bammacar. in cap. ſi fata ſi de feud. def. contr. Nam licèt Principis contractus vicem legis obtineat, vt in l. pœn. C. de donat. inter vir. & vxor. tamen intelligitur, quando contrahit aduerſus diſpoſita per ius commune, (vt erat in d. l. pœn.) cum videatur tũc tollere iura aduerſantia, vt contractus ſubſtineatur, ſecus quando contrahit
2 ſecũdum ius commune, nam tunc in dubio intelligitur contrahere tanquam quilibet priuatus, cum ſub lege viuat, vt quilibet alius, l. digna vox. C. de legib. Surd. dec. 1. & ſeq. Vndè ſi ex verbis conceſſionis aliter mens Principis non appareat, vel cõiectureturˌ vendicaret ſibi locum diſpoſitio tex. in l. traditionibus, C. de pact. vt abſq; traditone non transferatur dominium, & poſſeſſio, ex ſola Principis inueſtitura.

Alij contrariam opinionem ſectando indiſtintè tenuerunt, quod dominiũ
3 ſtatim transfertur ex conceſſione, & contractu Principis, abſque traditione ex eo, quod ſi per legem, conſuetudinẽ & ſtatutum poteſt transferri dominiũ, ac poſſeſſio ſine traditione, vt Bal. in l. 1. C. de legib. & in l. fi. C. de Sacroſan. Eccleſ. idem eſſe debet in conceſſionibus, & contractibus Principis, ſic Bal. in d. l. pœnul. Alexan. conſil. 3. lib. 5. Abb. conſ. 94. lib. 2. Dec. conſil. 341.



Digitized by Google

nu.14.Natta conſ.398.à nu. 21. Caſſan in Catal.glor.mund.par.5. conſid. 24.priuil.140. & alios coaceruat Gratian.diſcep.forenſ.cap.310.ex num.5.
4 qui omnes concurrunt, d. l.traditionibus C.de pact. non ſibi vendicare locũ in Principis actibus.

Pro conciliatione diſtinguendum eſt,quod aut ſumus in contractu, & procedit prima opinio,vt in dubio dominium non transferatur, quia in eo præſumitur Principem vti iure cõmu-
5 ni; Aut verò in Priuilegio, & adhærere poſſumus ſecundæ opinioni, quia non agit tũc vti priuatus, ſed vti Princeps, cui ſoli competit priuilegia concedere, & propterea cum vti præſumitur tunc plenitudine poteſtatis,dominium transfertur abſque traditione, & eius geſta pro lege habẽtur,iuxta d.l. pœn. C.de donat.inter vir.& vxorẽ,ſic Iaſõ in l.quoties nu.10. C. de rei vẽd.& in d.l. traditionibus nu.6.Caſſan. in conſuet.Burg.rubr.7.§. 1. in tex.ibi Saiſit verſ. ꝑ decimo quarto,Bellug.in ſpec. Princ.tit.de iuriſd ex n.7.Boer.dec.42 nu.28.Couar.lib.2.var.reſ.c.19.nu.3. Magon.dec.Luc.38.D. Tapp. in rubr. ff.de Conſt.Princ.f.9 Staiban.conſ.15 à nu.5. Quæſtio hæc deſeruit in multis, & præcipuè in articulo, ſi duobus reperiatur facta conceſſio, quis præferendus eſſet, de quo tractaui in ſing. meo 132.

Inueſtitus verò antequã feudi qua-
6 ternati poſſeſſionem capiat, ſaltim infra annum á Prorege procurare debet literas directas vaſſallis, vt ipſi Baroni aſſecurationem,& fidelitatem iurare debeant,vt in prag.19. de feud. aliàs iſta negligentia daret cauſam reuocandi contractum feudalem, vt deciſum refert D.Rouit.in prag.26.nu. 27. de feud.& quare ſit neceſſarium præſtari dictum iuramentum explicat Kirco.cõmun.opin.tom.2. tit.1.c.14.Roſental. de feud.cap. 6.concl.85.num. 10. qui etiã docent, qualiter differat à iuramẽto homagij, quod iurant Feudatarij Principi,& Iacob.in ſua inueſ.tit.de Homag.Menoch.de arb.Iud.caſu 577 Bertrand. conſ. 219. & iuramentum prædictũ, quod præſtare debẽt Vaſſalli burgenſes an ſufficiat adimpleri ſi Sindicus, & alij de regimine nomine vni-
7 uerſali iurẽt,quod ſic reſolutum, refert Affl.in c.1.qual.vaſſ.iur.deb.fidel.Rol. à Valle cõſ.52.vol.3.Cũq;materia hæc vulgaris ſit ſufficit terminos adnotaſſe.

Super iſta enim materia ingreſſus Baronis ad capiendam poſſeſſionem multoties cõtrouerſum vidi, An ſicuti Vaſſalli Domino iurare obnoxij ſunt, vt ſupra diximus, ſimiliter Baro iurare teneatur obſeruantiam priuilegiorum, & conſuetudinum ipſorum vaſſallorũ, & ſi deneget, poſſit iuſtè ei denegari poſſeſſio, vſquequò Baro ex ſui parte adimpleat. Reſpondendum eſt, Barones eſſe Officiales perpetuos, & ſic à DD.nominari,vt Abb. & Inn. in cap. cæterum de re iud.Surd.conſ. 162.vo-
8 lum.2.Theſſ.dec. 268.Et ſic Officiales temporales in ingreſſu officij iurare tenentur ſtatuta,conſuetudines, & ritus illius loci ſeruare, §. iuſiurandum Auth.de defenſ.Ciuit.Doct.in cap. veniẽtes de iure iuran. alias Vniuerſitates renuere poſſent Officialem acceptare, vt ibi,& Burſat.conſ.235.vol.3.quia vti illa prompta eſt adimplere,quæ ad ſe pertinent, ſic pares vices alter re-
9 dere tenetur,l.Iulianus §.offerri ff.de act.emp. & idem ius obſeruandum videtur inter Baronem, & Vaſſallos, inter quos parilitas eſſe debet,Capyc.in inueſt.verſ. Parilitas,Afflict.deciſ.265 & in indiuiduo, quod Baro iurare teneatur,alias reſiſti poſſit in conſignanda poſſeſſione, & obedientia præſtanda,reſpondet Cancer. lib.3.variar. reſolution.cap.13.num.333. Imò etiam Regem teneri ad præſtandum hoc iuramentum in ſua coronatione, maximè in Cathalonia dicit Fontan. de pact. nuptial.clauſ.4.gloſ.10. parte 1. numer. 35. & ante eum Bald. conſil. 112. volum. 1. & propterea idem ius debet procedere de toto quoad totum, quod de parte quoad par-

partem,l.quæ de tota ff.de rei vend.& ſi de quo magis,quanto de quo minus auth.multo magis,C.de Sacroſ. Eccleſ. c.cum in cunctis, & ibi gloſ. de elect.

Sed quid ſi Baro ex aliqua cauſa non eſſe obligatum illorum priuilegia obſeruare prætendat, & eius exceptiones altiorem indaginem requirant, an interim licitè à Vaſſallis poſſeſſio denegari poſſit: videtur quod exceptio non adimpleméti impediat,vt alter ex parte ſua neque teneatur l. cum fidē,C.de tranſact. Gail obſer.17.lib.2.Maſcard.

10 de probat.concluſ.1388. Carol. de Graſſ.de except.cap. 13. num. 54. & perbellè Ioſephus Ludouic.dec.Luc.2. articulum examinat, fundando hanc concluſionem in quocumq; actu procedere.

In contrarium ex parte Baronis replicari poteſt,dictam exceptionem nō adimplementi, & parilitatis procedere in negotijs indiuiduis, ſecus in ſeparatis,vti ſi quis petierit vnum,& aduerſarius eum reconueniat de alio,equidem inter eos exceptio non adimplementi opponi non poteſt, cum vnum non dependeat ab alio,vnde ceſſat talis exceptio,vt Muſcat.loco citato num.12.Ludou in ſuis com.concluſ.tit. de probat. c.1.lim. 1.Et propterea dùm Baronis exceptiones ſint ſeparatæ à materia poſſeſſionis feudi,reſeruari debent ad Iudicium Superiorum.

Verum enim vero,cum iudicare an liquida,& iuſta ſit prætenſio Baronis, vel Vaſſallorum, non poſſit remiſſi partibus contendentibus,puto, Vaſſallos habere iuris aſſiſtentiam in ſe defendendo,vt Fontan.de pact.nup. clau. 4. gloſ.10.num.38.ſed partes Superioris eſſe debent in conſiderando, ſi iuſtè ſe

11 opponat Baro, & exceptiones ſint liquidæ,quia tunc poteſt mandari Vaſſallis,vt omninò Baroni poſſeſſionem dare debeant, ſi verò exceptio requirat altiorem indaginem poſſet ſimiliter mandari,vt citra præiudicium Vaſſalli recipere debeant Baronem in eorum vtilem Dominum,ſi autem in promptu exhiberent corā Superiore eorum priuilegia ſollēnia liquida,aſſenſu roborata,& exceptionē Baronis appareat eſſe calumnioſam, tunc cogendus eſt Baro ad obſeruantiam,& iurandum,& vnico contextu vaſſalli ei poſſeſſionem,& obedientiam dare debent.

Oppoſitio,inquam,legitima Baronis reputatur, inter alia, vt non teneatur confirmare capitulationes,& priuilegia conceſſa à prædeceſſoribus,ſi ille

12 non habeat cauſam ab eis; nam ſi eſſet hęres,ſeù legitimus ſucceſſor, teneretur, D.Rouit.in prag. 1.de priu. vniuerſ.& dixi in præc.comment. prag. 8. par. 3. limita tamen ſi conceſſio eſſet nulla, vel multum feudo præiudicialis quia tunc neque ſucceſſor tenetur eam approbare,Palac.in cap.per veſtras fol. 295.num.9.§. 81.de donat. Peralta in l.3.§.qui fideicōmiſſariam ff.de hęred. inſtit.ex nu.131.Cancer.var. reſol.lib. 3.cap.1.nu.142.cum ſeq.

Poſtremò eſt pro complemento inueſtigandum,quid releuet Vaſſallis talis confirmatio:nam aut priuilegia, & capitulationes ſunt validæ,& tunc ſine Baronis confirmatione ſubſtinētur,Cra

13 uet.conſ.4.num.66.Viu.deciſ. 206.& Cin.Caſtr. & Alber. in l. priuilegia C. de Sacroſanct.Eccleſ.dicunt, confirmationem priuilegiorum validorum eſſe abundantem cautelam, ſed non neceſſariam.Conſeruatur ſolum ex ea ius antea quæſitum,vt gloſ.in cap.fin. de confirm.vtil.vel inut. Oldrad. conſ. 164.Aut verò ſunt nullæ,& licèt Baro, vel etiam Princeps eas confirmauerit, non conualidantur,nec aliquod ius eis tribuere videtur, cum tacitam habeat

14 confirmatio in ſe conditionem, ſi iuſta ſint,DD.in Rubr.de confirm.vtil. Boſſ. titul.de Principe,& eius priu.nu. 356. Anchar.conſil.382.Niſi cōfirmatio fieret,non in forma communi, ſed in for-

15 ma ſpecifica, & diſpoſitiua, nempe ſi adſit clauſula,confirmamus, & quatenus opus eſt de nouo concedimus:nam tunc nouum ius tribueret,& actus præcedentes nulli ex nunc robur recipe-

 rent

Digitized by Google

rent, & ſi Vaſſalli non eſſent in poſſeſſione, poſſent ſe ingerere, Dec. in rubr. extra de Confir. Baro. cõſ. 181. Amad.
16 de Pont. de Laudem. q. 12. & hoc caſu procedit regula, qui confirmat dare videtur ex vulg. l. obuenire ff. de verb. ſignif. Quando autem confirmatio dicatur ſimplex in forma communi, & quando in forma ſpecifica, vide Camerar. in cap. Imperialem fol. 90. ex lit. K. Capic. in inueſt. fol. 98. & 137. de Pŏt. conſil. 70. ex num. 63. Ann. conſ. 51. ex num. 7. D. Rouit. in prag. 4. ex num. 16. de poſſ. non turb. Suarez alleg. 14. ſed hanc confirmationem in forma ſpecifica Baro facere non tenetur, quia eſſet de nouo dare, & quilibet eſt arbiter, & moderator rei ſuę, l. in re mandata C. mand.

## ARGVMENTVM.

Quid importet merum Imperium, & quid mixtum, & quas pœnas contineat vnum, & quas alterum explicatur, pro diſtinctione iuriſdictionum diuiſè conceſſarum.

## SVMMARIVM.

1 *Conceſſo feudo, quæ iuriſdictio cenſeatur data.*
2 *Merum Imperium qualiter in praxi verè diffiniri poſſit.*
3 *Mixtum Imperium, quid ſit.*
4 *Iuriſdictio dupliciter conſideratur, vt genus, vel ſpecies.*
5 *Caſus pœna infra relegationem mixti ſunt Imperij*
6 Prag. *2. de iurisſd. inu. non turb. qualiter intelligatur.*
7 *Priuilegium nunquam præſumitur diminutum, niſi per ſpecialem derogationem.*
8 *Pœnæ capitales tantum ſunt de mero Imperio.*
9 *Pœna triremium quando dicatur capitalis, & num. 11. declaratur.*
10 *Tortura quando ſit de mero, vel mixto Imperio diſtinguitur.*
11 *Remigationis pœna licèt temporalis eſt de mero Imperio.*
12 *Exilium perpetuum, eſt de mero imperio.*
13 *Pœna abſciſſionis membri quando ſit de mixto Imperio, & nu. 15.*
14 *Fuſtigationis pœna eſt de mixto Imperio.*
16 *Conſuetudo in pœnis eſt attendenda.*
17 *Pœna vltra relegationẽ quando dicitur pro percuſſione facta in facie cum cicatrice diſtinguitur.*

## CAPVT XXXVI.

Conceſſa, aut vendita Ciuitate, Caſtro, terra, vel oppido, dixi in præced. tract. quòd in dubio præter burgenſatica, omnia ſolita, ac de iure, vel cõſuetudine ad feudi vſum deſtinata, data cenſentur, & ſic
1 omnis Iuriſdictio criminalis, ciuilis, & mixta, ſi conſueta ſit, in loco concedi, & ita Menoch. de præſumpt. lib. 3. cap. 97. cum ſeq. Giurba conſ. 24. & plenè Bammacar. in cap. in generali ſi de feud. def. milit. cum alijs ab eis coaceruatis. ijs circumſcriptis à præfatis DD. diffusè tractatis vtiliter eſt inueſtigandum, quid cenſeatur conceſſum, ſi Terra ſit iuriſdictione diſtincta, & vni Baroni ciuilis, alteri criminalis ſit conceſſa, vel ſi vni merum Imperium tantum ſit tributum, & alij iuriſdictio ciuilis, & mixta.

Sed prius eſſe ſciendũ putaui, quid
2 ſit merum Imperium, & licèt diffinitio hæc vulgaris videatur, vti tractata in lecturis in l. Imperium ff. de iuriſd. omn. iud. tamen videbis, quòd in praxi Doct. dixerunt, in facto difficiliter applicatur: Bart. enim in d. l. Imperium ait, merum imperium eſſe habere gladij poteſtatem animaduertendi in facinoroſos: mixtum vero imperium eſſe, cui iuriſdictio ineſt: ex qua demonſtratione nil certum poſſumus deſumere:

Alij voluerunt diſtinguere, vti Bald. Caſtr. & Iaſ. quod merum imperium, ſit iuriſdictio, quæ Iudicis officio nobili expeditur, publicam reſpiciens vtilitatem: mixtum verò imperium ſit iu-
3 riſdictio reſpiciens priuatam vtilitatẽ, & ita Facch. contr. iur. lib. 9. c. 95. Conſidera quæſò, ſi hæc alia diſtinctio poterit animum cuiuſq; acquieſcere, vt indagare valeat, qui ſint caſus pertinẽtes ad merum, & qui ad mixtum imperium, Vaſq. contr. illuſt. lib. 1. quæſt. 1. & Decian. tract. crim. to. 1. lib. 4. cap. 2. melius accommodant diffinitionem, dicentes, merum imperium eſſe ſummã poteſtatem vitæ, & necis: mixtum autem dicatur, quod habet mixturam quandam pertinentem vſq; ad mortẽ reſpiciens etiam priuatum intereſſe ex delicto dependens. Et differt à ſimpli-
4 ci iuriſdictione, nam ſi iuriſdictionis nomen, conſideremus vti genus, comprehendit merum, & mixtum imperium ac ciuilem poteſtatem: ſi verò illud intueamur, vti ſpeciem, dicitur, quæ reſpicit priuatam tantum vtilitatem: Neq; ad practicam, magis approbata eſt opinio, ſed deueniendo ad exempla, elucidabimus materiam.

Fuit lis inter Monaſterium Sãcti Benedicti Ciuitatis Cauæ, cum Barone Terræ Roccæ in Regia Audiẽtia Principatus Citra, ſuper hac materia iuriſdictionis; tenet enim dictum Monaſterium priuilegium iuriſdictionis cum mixto imperio in eo loco, Baro verò habet merum imperium, & præſupponit caſus infra relegationem dici mixti
5 imperij, & ita declaraſſe prag. 2. de iuriſd. inuic. non turb. quæ videtur diffiniſſe, quæ cauſæ ad ciuilem, & quæ ad criminalem pertineant, ſub lata diſpoſitione iuris communis, quo inſpecto, omne crimen ſpectabat ad cognitionẽ criminalẽ, ſiue pœna eſſet magna, aut media, vel minima. Farin. quæſt. 100. Marant. in ſua praxi ibi iudic. ciuile, vel crim. ſed per dictam prag. ad ciuilem iuriſdictionem ſpectant non ſolum cauſæ ſimplicis iuriſdictionis, ſed etiam criminales infra relegationem. Cumq; cauſa de qua agebatur erat ſupra relegationem, ergo ad Monaſterium non erat remittenda, ſupponebat Baro. Replicabatur ex parte Monaſterij, q. d. pragmatica adducta, erat quædam de-
6 cretatio inter Monaſterium Sancti Petri in Galatina, cui non erat conceſſum mixtum imperium, ſed triplex iuriſdictio, & eo caſu obſeruanda eſſet illius diſpoſitio, ſed quãdo antè dictam pragmaticam reperitur quis de mixto imperio inueſtitus, tunc attendendum eſt priuilegium: nam ad Principem ſpectat plus, & minus concedere, & non ſunt terminatæ inueſtituræ, vt abundè explicaui in præc. tract. par. 2. 8. prag. & propterea circumſcripta pragmatica, eſſe recurrendum ad Ius commune dicebatur, conſiderando caſus, qui ad mixtum imperium pertineant, & ego re vera in ſimilibus, diuerſimodè vidi iudicatũ in Sac. Conſ. & præcipuè in inter Archiepiſcopum Tarẽtinum, vtilẽ dominum iuriſdictionis ciuilis terræ Griptaliarum, & Baronem criminalem: nam in nihilo quaſi diſpoſitio dictæ pragmaticæ erat conformis cum ipſis decretis, & erat ratio, quia attenditur natura conceſſionis, quę minui non po-
7 terat per pragmaticam, quæ expreſsè priuilegijs ſpecialiter conceſſis nõ derogauit, Andr. in cap. 1. num. 4. de eo qui ſibi, & hęr. iuris.

Qua reſolutione ſic ſtante, fuit dubitatum, an pœna remigationis ad tempus ſit capitalis, & de mero imperio, vel de mixto: hunc articulum ad aliũ
8 finem diſputaui in prag. 7. ex num. 10. & ſupra c. 33. & probaui, talem pœnã non eſſe vltra relegationem, & ideò nõ poſſe dici capitalem, vnde inferendo ad caſum noſtrum, videtur dicendum eſſe
9 mixti imperij, prout ex profeſſo ſic concludit Fontan. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 14. Et hac opinione attenta, eſſet etiam aſſerendum, torturam eſſe de mixto imperio, cum enim continuò ob-
10 ſeruamus torquere in delictis vb venit imponenda pœna triremium ergo

ſi

ſi pœna prædicta temporalis eſt de mixto imperio, in conſequentia venit authoritas facultatis torquendi, quod eſt contra communem ſententiam Doctorum, qui dicunt, torturam eſſe de mero imperio, vt Marſ. in l. 1. num. 9. ff. de quæſt. Brun. de indic. & tortur. quæſt. 7. par. 2. Gail. de pace publ. lib. 2. cap. 2. ſed huic opinioni replicat Font. torturam eſſe de mero imperio ex diſpoſitione Regni Neapolitani, dum per capit. Regni, tormenta fuerit diſpoſitum, torturam non poſſe irrogari, niſi in delictis ſupra relegationem, At de iure cõmuni, tortura non eſt de mero imperio, cum etiam in delictis infra relegationẽ inferri potuerit, vt probat ibi, à nu. 105 Verũ enim verò, quicquid doctè, & ſubtiliter ille ſcripſerit, nõ puto ſuſtineri poſſe, vt remigatio ad tẽpus ſit de mixto imperio: nam & ſi verum

11 ſit, quod condemnatus ad remigandũ ad tempus, non efficiatur ſeruus pœnę attamen durante tempore, ea gradui deportationis aſſimilatur, vt fundaui in citata prag. 7. & propterea non poſſe has pœnas ad mixtũ imperium ſpectare dico, quicquid Fontan. tenuerit, & in facto prædicto contra eius opinionem decreuimus, vt ſit hęc pœna de mero imperio, & non de mixto.

An autem exilium perpetuum dicatur de mero imperio, articulum hunc latè diſcuſſit D. Rouit. in d. pragmatica 2. de iuriſd. inu. non turb. accumu-

12 lando etiam allegationes aliorum, qui ſuper hoc puncto ſcripſerunt, & conclu dit, ſpectare ad merum imperium exilium perpetuum, temporale ad mixtum & ita poſt eos Fontan. loco citato nu.

13 66. ſic & pœna abſciſſionis membri: nã de mero imperio reputatur, Peguer. de ciſ. 16. Clar. quæſt. 69. Farin. quæſt. 19.

14 Fuſtigationis pœna licèt ſit corporis afflictiua, eſt de mixto imperio, cum ſit pœna momentanea, vt Peguer. d. deciſ. 16. Et ex ijs habes intellectum ad Regiam prag. qualiter ſit obſeruanda, ſed antequam abſoluam hanc materiam, eſt aduertendum, quod quamuis ſupra dixerim, pœnam membri abſciſſionis eſſe de mero imperio, cum repu-

15 tetur vltra relegationem ex cap. Regni incip. Ab illo inchoandum, tamen ſi ea pœna ex communi obſeruantia fuerit in aliquibus caſibus temperata, tunc eſſet de mixto imperio: per Conſt. Regni impoſita eſt pœna manus contra percutientem cum gladio, vt in conſt. ſi quis aliquem, & ſic pro periurio, vt in conſt. eos qui ſcienter, tamen nunquam hæ pœnæ fuerunt in obſeruantia, ſed impoſita pœna pecuniaria, vel exiliaris ad tempus, Ann. in d. conſtit. ſi quis aliquem, & eſt notorium: ijs, & ſimilibus caſibus, cauſæ pertinere debent ad iuriſdictionem ciuilem, quia

16 attenditur conſuetudo in pœnis Ioan. Gran. de bello exul. fol. 129. Franch. de ciſ. 533. num. 12.

Si verò eſſet percuſſio mortalis, vel eſſet facta in facie, & remaneret cicatrix, tunc eſſet pœna vltra relegationem, & ſic obſeruatur, vt Gramat. cõſ. 43. Carau. in Ritu 68. Theſſ. dec. 35. ſed intellige, ſi percuſſio fuerit appenſatè,

17 cum armis, ſecùs ſi caſualis cum lapide, vel baculo, nam eſſet pœna exiliaris, licèt remaneat cicatrix, vt benè Giurba conſ. 73. & iuxta hanc diſtinctionem ſunt intelligenda dicta per Farin. quæſt. 18. num. 98. titul. de delict. & Thor. in ſuo compendio, verbo tortura, qui aſſerunt eſſe locum torturæ in hoc caſu. Quid autem, ſi ex percuſſione eſſet membrum abſciſſum, vel debilitatum, vide Clar. & Baiar. quæſt. 69. & latiùs Maſtril. dec. 168.

## ARGVMENTVM.

Iuriſdictio in dubio cenſetur cumulatiuè conceſſa ad Iudices ordinarios, & proindè datur præuẽtio, & prorogatio, limitatur notabiliter, quando alteri iuriſdictio priuatiuè eſt conceſſa.

iu-

Digitized by Google

Iuriſdictio priuatiuè conceſſa, an extendatur ad caſus priuilegiatos in corpore iuris clauſos, ſi non ſit facta ſpecialis derogatio, & ſit facienda remiſſio, etiam in caſu l.nullum C.de teſtib.

Iudex delicti eſt potentior, & in pari cauſa præualet Iudici originis ſi non prçuenerit, ſed quid ſi Iudex originis habeat clauſulam abdicatiuam ab omnibus, an ipſi debeat cauſa remicti, nouè explicatur.

Iuriſdictio per quæ verba dicatur priuatiuè, & inhibitiuè tributa.

## SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio præſumitur cumulatiuè conceſſa ad ordinarios Iudices.*

2 *Iuriſdictio quando eſt cumulatiua, potior eſt cauſa præuenientis.*

3 *Prorogari poteſt à partibus iuriſdictio, quando cumulatiuè, eſt conceſſa:*

4 *Magna Curia, & Regia Audientia sũt Iudices ordinarij in Regno.*

5 *Iuriſdictio ſi priuatiuè eſt conceſſa Baroni, ceſſat prauentio, & prorogatio.*

6 *Iuriſdictio tacitè priuatiuè data præſumitur, quando in feudum, & in dominium conceditur.*

7 *Iuriſdictio quando in feudum eſt conceſſa, cauſa inueſtito remicti debent.*

8 *Iuriſdictione priuatiuè conceſſa, ſunt inhabilitati alij, qui de iure poterunt de cauſis cognoſcere.*

9 *L.nullum C.de teſtib. eſt adeo priuilegiata, quod offendens aures Iudicis licet ſit particulari fora priuilegiatus, non debetur ei remiſſio.*

10 *Derogatio expreſſa requiritur, aduerſus priuilegia in corpore iuris clauſa.*

11 *L. nullum C. de teſtib. non vindicat ſibi locum, ſi Baroni eſt conceſſa iuriſdictio abdicatiua.*

12 *L. vnica C. quãdo Imper. derogata cenſetur, dum iuriſdictio priuatiuè ſit conceſſa.*

13 *Forus delicti præualet foro originis in concurſu, ſecus ſi alter præueniat.*

14 *Forus originis ſuperat forum delicti ſi iuriſdictio abdicatiuè fuerit tributa Baroni originis.*

15 *Abdicatio, & priuatio ad alios, diuidit iuriſdictiones.*

16 *Prærogatiua conceſſa, vt Baro cognoſcat de delictis commiſſis extra territorium, declaratur qualiter ſit intelligenda.*

17 *Barones ſi ambo æquale priuilegium obtinuerint, quis debeat præferri.*

18 *Princeps poteſt diſpenſare, & abrogare priuilegia inſerta in corpore iuris.*

19 *Vtilis Dominus præfertur directo in exercitio iuriſdictionis.*

20 *Altum dominium Principis conſiſtit, vt in aliquibus caſibus diſponere poſſit ſuper conceſſa iuriſdictione.*

21 *Princeps auocare poteſt aliquam cauſam à Barone, & gratiam facere Vaſſallo inueſtiti.*

22 *Iuriſdictio priuatiua cenſetur data ſi Princeps per verba taxatiua, & abdicatiua eam tribuat.*

23 *Verbum, nullus, adiuncto verbo, poſſit, neceſſitatem importat.*

24 *Iuriſdictio in dubio cenſetur data priuatiuè ad Principem, & non ad alios Barones.*

25 *Iuriſdictio ſi non ſolum priuatiuè, ſed irritatiuè concedatur, tanto fortius operatur.*

CA-

## CAPVT XXXVII.

IN præcedentibus cap. explicauimus, quid importent conceſſiones meri, mixti imperij, aut ſimplicis iuriſdictionis, quæ Baroni-
bus conferuntur, neceſſarium putaui
elucidare, quantum referat, ſi iuriſdi-
ctio à Principe tribuatur priuatiuè, &
abdicatiuè ad omnes alios Iudices,
vt in cauſis ſuorum Vaſſallorum
ex quacunque cauſa ſe intromictere,
& cognoſcere non poſſint, ſed iurisdi-
ctionem ſolus Baro inueſtitus exercere
debeat, Cumq; articulus vtiliſſimus ſit,
& non ſic exactè ab alijs declaratus,
altius diſcutiendum duxi.

Et ad perfectam ſcientiam huius
materiæ præmicto, de iure receptam
eſſe cõcluſionem, vt omnis iurisdictio,
quæ alicui à Principe conceditur, præ-
1 ſumi debeat cumulatiuè, & non priua-
tiuè ad ordinarios Iudices data, ex tex.
in l. 1. C. de offic. præf. vrb. l. fin. C. de
iuriſd. omn. iud. Menoch. de præſumpt.
lib. 2. cap. 18. Gratian. diſcep. cap. 154
& 270. Quapropter ſemper quod Prin
ceps, & alij ordinarij concurrere volue
rint, & cauſas præoccupauerint, ſuam
iuriſdictionem exercere non prohiben-
2 tur, Gram. voto 28. num. 6. & conſ. cri-
min. 6. in fine, Surd. conſ. 152. lib. 2. dũ
enim cumulatiuè poteſtas conceditur,
generi per ſpeciem non fit derogatio
in iuriſdictionalibus, Din. in cap. gene-
ri, de reg. iur. in 6. & ideò præuentioni
locus eſt, DD. omnes in cap. prudentiã
de offic. deleg. Ruin. conſ. 7. lib. 3. & no
uè Giurba conſ. 59. & ordinarij iuriſdi-
3 ctionem Vaſſalli prorogare poterint, &
auocatio dari non poteſt, & peti remiſ-
ſio, Menoch. d. præſump. 18. in fine, la-
tiùs Barboſ. in l. 1. art. 4. ff. de iudic. cũ
4 ab eo caceruatis. Indè cum Mag. Cur.
Vicariæ ſit Iudex ordinarius in toto
Regno, & ſic Regiæ Audientiæ in ſuis
Prouincijs, vt Frecc. de ſubfeud. tit. de
4 offic. Magiſtri Iuſtit. & Carau. ritu 62.
Iſta Tribunalia, quia habent iuris aſſi-
ſtentiam ordinariæ iuriſdictionis, con-
currunt in inquirendo, & puniendo
delicta Prouincialium, licèt ſubditi
ſint Baronibus, Ex eo quia cumulati
ua ijs præſumitur data iuriſdictio, & nõ
priuatiua, vt minus lædatur authoritas
Principis, l. ſæpè ff. de offic. proconſ.

Prædictam autem concluſionem li-
mita, ſi Princeps Baronem inueſtiuerit
de iuriſdictione priuatiuè, & abdicati-
uè ad omnes alios (& ſic ingredior ar
ticulum præmiſſum) Hoc quidem ca-
5 ſu deficit diſpoſitio legis, vt non detur
iuriſdictio cumulatiua, & proinde ceſ-
ſat præuentio, & occupatio, neq; ſubſi-
ſtit ſubditorum prorogatio, ſed Baroni
tàm in cauſis criminalibus, quàm ciui-
libus eſt omninò facienda remiſſio, ex-
hibito priuilegio, Capyc. dec. 9. Gram.
dec. 30. Petra de poteſt Princ. cap. 8.
Gutt. pract quæſt. cap. 24 lib. 3.

Iuriſdictio verò, quando abdicatiuè
6 dicatur conceſſa, eſt videndum: dic ta-
citè, & expreſsè cognoſci, tacitè præſu-
mitur iuriſdictio priuatiuè data, quan-
do in feudum & in vtile dominium tri-
buitur, tunc videtur, Principem ſe ſpo
liare cognitione iuriſdictionis in prima
inſtantia, & ſic directus non concurrit
cum vtili, niſi in caſu negligentiæ, & re-
curſus appellationis, & cæterum, quæ
ſemper ſubintelliguntur excepta, vti de
alto dominio, ſic Menoch. loco citato
num. 5. & Guttier. ibi, & licet alij con-
trarium ſentiant, nunquam cenſeri da-
tam iurisdictionem priuatiuã, niſi ex-
preſsè, procedunt eorum dicta, quando
Princeps tribuerit iuriſdictionem in of
ficium. Hæ enim conceſſiones in offi-
cium debiliores ſunt ijs, quæ in domi-
nium dantur, Eugen. conſ. 30. Curt. in
7 ſuo diuerſ. feud. fol. 28. & ideo dum in
feudum iuriſdictio datur, cauſæ Inueſti-
to remicti debet, & ceſſat cumulatiua,
quamquam expreſsè non ſit iuriſdi
ctio abdicatiuè data, Laudenſ. in tract.
de Principe quæſt. 138. & dixi in præc.
com-

Digitized by Google

comment. hac prag. par. 1. ex num. 168. cum ſeq. & ita continuò practicatur.

Quando verò expreſsè priuatiuè, & abdicatiuè eſt authoritas conceſſa, plus ea operatur quam tacita, Ceſſat cumulatiua, & concurſus: Imò efficiuntur incompetentes omnes qui de iure
8 præuentionem habere poterant cum inueſtito, & cenſentur inhabilitati ad cognoſcendum. Nec ſubditorum conſenſus in prorogando iuriſdictionem in alios operatur, quia priuatorum conſenſus iurisdictionem dare non poteſt, non habenti, l. priuatorum, C. de iuriſd. omn. iud. & ita Barz. dec. Bonon. 15. Vant. de nullit. tit. ex defectu iuriſdictionis, nu. 51. Surd. conſil. 56.

Dubiū oritur ex prædictis, an per tale priuilegiū expreſsè abdicatiuè conceſſum, cenſeatur etiam derogatum priuilegijs ſpecialiter in corpore iuris clauſis, fauore perſonarum, vel cauſarum, vt ijs non obſtantibus, Baro cauſarum remiſſionem iure prętendere poſſit. Et ponam exempla, ac ſuper vnoquoq; ipſorum verba faciemus, vt hunc ambiguū articulum reſoluamus.

Reperitur inquam de iure diſpoſitum, vt ſi quis falſos teſtes, aut ſcripturas produxerit coram aliquo Iudice, licèt is eo foro non ſit ſubiectus, vbi litigat, offendendo aures illius Iudicis, ratione delicti ab eo puniri poterit, l. nullum C. de teſtib. quæ lex adeò eſt
9 priuilegiata, vt quamuis Reus eſset quouis priuilegio alterius fori munitus, tamen diſpoſitio dictæ legis eſt priuatiua ad omnes, Couar. pract. quęſtion. cap. 18. Theſſ. deciſ. 266. & latius Peguer. dec. 60. Et eſt hæc legis diſpoſitio ampliata etiam non ſolum in producente falſos teſtes, vt tex. loquitur, ſed extenſa vt quoquo modo iurisdictio alterius lędatur, vti offendendo Miniſtros, vel eximendo carceratos, & ſimilia, Franch. dec. 370. & 722. in fine. Et propterea videtur negatiuè reſpondendum, quia per quācumq; generalem conceſſionem, quando expreſsè non ſit derogatio ad caſus in cor-
10 pore iuris clauſos, nunquam cenſentur excluſi, Natta conſ. 576. & decidit Franch. in ſimili dec. 192. & ita in indiuiduo reſpondit Maſtrill. deciſ. 147. num. 16. dicens, non eſſe aperiendam viam ad beneficium Baronum, quādo offenduntur aures alicuius Iudicis, & maximè Superioris. indè cum in facto eſſet hæc controuerſia, Sac. Conſ. videtur inclinaſſe in hanc opinionem, vt Franch. refert dec. 679.

Attamen hæc antiqua quæſtio, dum alius caſus accidiſſet poſtea inter Magnā Curiā Vic. & Admiratum fuit determinata, cum enim quidam ſubditus dicti Admirati offendiſſet Seruientes Magnæ Curię intuitu exercitij officij, & fuiſſet captus, Admiratus petietat remiſſionem, quę ei fuit per Magn. Cur. denegata, Cumq; fuiſſet appellatum ad Sacr. Conſil. in diuerſas opiniones Senatus pertranſiuit: Verumtamen magna pars votorum pro Admirato deciderunt, ex cauſa priuilegij abdicatiuè illi conceſſi, & quamquam dictus Admiratus haberet officium in adminiſtrationem, quod eſt debile, vt ſupradiximus, ex cauſa tamen abdicationis expreſsè ei conceſſi, non obſtare
11 diſpoſitionē d. l. fuit iudicatū, vt explicat Franch. dec. 722. & cū eſſet reclamatū ab hac ſententia propter diuerſa vota, quę fuerunt in cauſa, & diceretur ex parte Fiſci, quod hęc deciſio erat magni exempli in damnum Fiſci, quia habebant multi Barones hanc prerogatiuam iunctis aulis iterum diſcuſſo articulo fuit confirmata ſententia Sac. Conſil. de qua reclamatione non fecit mentionē ibi de Franch. ſed formalia verba ſentētię reclamationis, & rationes adducit Ann. conſ. 107. omnino videndus. Cumq, dictæ deciſiones legem faciant, nō videtur in hoc amplius hęſitandū, qđ abdicatiua iuriſdictio deroget priuilegijs inſertis in corpore iuris.

Indè ratione huius deciſionis dixi infra c. 43. quod quanquam per inueſtiturā pleniſſimè factam Baroni, non cēſeatur facta derogatio l. vnic. C. quan-

do

Digitized by Google

do Imper. cum ſit priuilegium inſertũ
in corpore iuris, & introductum fauore
12 miſerabilium perſonarum, cui nec par
tes renunciare poſſunt, quia miſeratio-
nis cauſa eſt introductum, vt Felin. in
cap. ſi diligenti de foro compet. tamen
quando abdicatiua data eſt iuriſdictio,
tacita videtur facta derogatio, vt in-
nuere videtur Theſ. deciſ. 177. num. 10
& magis punctualiter Gratian. diſcep.
cap. 182. quod eſt notatu dignum.

Vlterius in ſimili facto valdè fuit du
bitatum in Regia Audientia Salerni,
inter Baronem Sancti Angeli Faſanel-
lę, & Ducem Eboli: Commiſerat homi-
cidium in Territorio Eboli quidam
Vaſſallus dicti Baronis, & fuit captus
per Curiam Ebolitanam, comparuit
in Reg. Audientia præfatus Baro, poſt-
quam fuerat excluſus à remiſſione pe-
tita in dicta Curia, & petijt prouideri,
vt ad eum remicti deberet dictus Vaſ-
ſallus ibi carceratus, virtute ſuorum
ampliſſimorum priuilegiorum.

Ex parte Ducis dicebatur, vanam
eſſe talem Baronis prætenſionem, cum
reſolutum ſit in Regno, quod quando
concurrit Iudex originis, & Iudex deli
cti, præferri debeat forus delicti, vti po-
têtior, Io. Andr. in c. 2. de cõſtit. Frãch.
13 dec. 37. Caball. reſ. crim. 162. ex num.
8. Et hoc in concurſu, carcerato exi-
ſtente pœnes extraneum Iudicem, ſed
quando præueniſſet Iudex delicti in
inquirendo, & capiendo, tunc fortior
eſt cauſa, vt non teneatur remictere
Franch. deciſ. 505. *Keppen.* German.
quęſt. 43.

Replicatum fuit, Baronem illum ha-
bere priuilegium priuatiuè, & abdica-
tiuè, cum omni plenitudine Regalium,
vndè enixa voluntas Principis legitur,
tur, quod mentem habuerit, vt ipſe ſo-
14 lus inhibitiuè ad alios cognoſcat de
ſuis Vaſſallis, in ciuilibus, & criminali-
bus, in omni loco. Quapropter licèt
ſecundum allegata in contrarium Iu-
dex delicti videatur de iure habere
potiorem cauſam ad Iudicem originis,
limitantur dictæ deciſiones, quando
Iudex habeat iuriſdictionem expreſsè
ſibi abdicatiuè cõceſſam, ad omnes Iu-
dices, quia effectus iſtius poteſtatis eſt
diuidere iuriſdictionem, quæ taliter pri
uilegiato accedit, vt quiuis alius non
ſolum dicatur incompetens, ſed inca-
15 pax cognoſcendi ſubditos illius: Ad
inſtar diſtinctionis Eccleſiaſticæ cum
Regia, quod ſi Clericus deliquerit, Iu-
dex ſæcularis nullo modo conſtito de
clericatu poterit de eo cognoſcere, ita
in noſtris terminis loquendo de effectu
iuriſdictionis abdicatiuæ argumẽtant
Capyc. deciſ. 122. num. 7. Franch. dec.
426. num 4 Anna conſ. 107. num. 4.
Giurba conſ. 59. num. 110. & 123. &
conſil. 80. num. 35. notat, aliud eſſe
competentiam, aliud incapacitatem.
Nec obſtat ſpeciali iure diſpoſitum
eſſe, vt Iudex vbi commiſſum eſt deli-
ctum, is iuriſdictionem in Reos exerce-
re debeat, ſupra enim diximus in for-
tioribus caſibus, quod ceſſant priuile-
gia in iure clauſa, quando particulari-
ter Princeps voluerit illis derogare, cõ
cedendo priuatiuam iuriſdictionem,
& ex ijs cauſam Baroni eſſe remicten-
dam ſupponebatur.

Fuit excitatum ex aduerſo, quod
prædicta videbantur pugnare, cum
ijs, quæ adducit D. Rouit. in pragm. 1.
ex num. 8. Vbi de delicto, qui ponit
caſũ, quaſi in terminis noſtris de Iudi-
ce originis, qui habebat clauſulam
ſpecialem cognoſcendi de delictis ex-
tra territorium commiſſis per ſuos Vaſ
ſallos, & petierat remiſſionem à Iudice
delicti, qui præuenerat in cauſa, & car-
16 ceratione, & diſputando articulum
pro Iudice delicti concludit, & in Sac.
Conſ. ita iudicatum refert, non obſtan-
te dicta clauſula, quam habebat Iudex
originis, quæ abdicationem ad alios
importare videbatur, quia magna, &
fortis eſt iuriſdictio Iudicis delicti, vt
DD. in auth. qua in prouincia, C. vbi
de crim. eo magis dicit D. Rouit. quod
ſecundum iuris terminos Princeps non
præſumitur, nec ſine cauſa poteſt de
poteſtate ordinaria, & abſoluta præiu-
dicare

Digitized by Google

dicare iuri tertij ex vulg.l.3. §. ſi quis a Principe,& ibi DD.ff.ne quid in loco publ.& ſic per clauſulam conceſſam Iudici originis cognoſcendi de delictis extra territorium, non potuit præiudicari Iudici delicti,cui ius erat quæſitũ de iure.

Sed facta matura diſcuſſione ſuper hoc ambiguo articulo,reſpondi, caſum poſitum à D.Rouito multum diſtare à noſtro,& ex diuerſo facto diuerſum ius oriri,l.ſi ex plagiarijs §. in cliuo ff. ad l. Aquil. Nam aduertendum eſt, quod Iudex originis fundabat ibi ſuã prætẽſionem ſub dicta clauſula,(vt potuiſſet cognoſcere de delictis ſuorum Vaſſallorum delinquentium etiam extra territorium) & quod ea clauſula non nocebat Iudici delicti, ex pluribus,quæ non adaptantur ad caſum noſtrum. Ponitur enim ibi aſſumptum, illam clauſulam nil tribuiſſe Iudici originis,priuatiuè ad alios, quia antiquitus altercabatur,ſi Iudex originis potuerat inquirere de delictis extra territorium, & negatiuè reſponderunt Theſſ.dec.90. Gram.dec. 26. Per talẽ ergo clauſulam dicit fuiſſe habilitatum ad cognoſcendum de delictis extra territorium.Cumq; hodie de iure cumulatiuè concurrat Iudex originis cum Iudice delicti,& is præfertur qui præuenit,Afflict.in Conſtit. Regni lib. 3. rub.55.de periur.num.21.Franch.dec. 37.66.& 505. ergo caſus poſitus à D. Rouito erat indubitabilis, ſtante,quod ibi præuenerat Iudex delicti,vnde merito pro eo iudicatum fuiſſe dicit, dùm defendit,clauſulam illam nil noui tribuiſſe. Neq; ad caſum noſtrum obſtat aliud fundamentum,quod Princeps nõ poterat pręiudicare tertio,nam ſupponitur ibi,quod ambo Barones originis, & delicti habebant in priuilegio poteſtatem cognoſcendi de exteris,& hęſi-
17 tabatur de anterioritate priuilegij, & ſupponebatur,Iudicem delicti eſſe anteriorem,& propterea priuilegium ſequens non poterat pręiudicare illi cui ius fuerat quæſitum, ſaltim, vt cumulatiuè concurrat, iuxta ea quæ in ſua praxi notauit Foller. verbo Audiantur excuſatores à num. 66. Caſus autem noſter differt,nam non diſputatur inter duos priuilegiatos à Rege,ſoli enim Baroni Sãcti Angeli tributa eſt per inueſtituram iuriſdictio priuatiua, & abdicatiua ad omnes,& Iudex Ebuli non habet niſi diſpoſitionem iuris,vt ratione delicti cognoſcere poſſit:Cũq; vt dixi Princeps ſuper ijs,quæ ſunt iuris poſitiui ad libitum diſpenſare po-
18 teſt,licèt alteri noceat,vt DD. in l. 1. C.ſi contra ius, vel vtil. publ. & latè explicaui in præc. comment in prag.1. ex num..... ergò nil ad caſum noſtrũ officit obiectio, nam vt diximus ſupra in exemplis,l.nullũ C.de teſt.& l.vnic. C.quando Imper. quamuis iſta priuilegia ſint de iure communi, licètq; pręiudicent tertijs,& etiam miſerabilibus perſonis,ac Eccleſijs, quæ habent fori electionem , tamen poſſe fieri derogationem non ambigitur,vt Franch.dec. 192.Natta conſil.576. Si ergo tale priuilegium miſerationis cauſa introductum Princeps auocare poteſt, fortius diſpoſitio iuris, vt Iudex delicti conquieſcat , dum Baroni voluerit priuilegium conferre abdicatiuè ad alios.

Inſuper adducitur, quod quamquã poſt conceſſam iuriſdictionem in feudũ vtilis præferatur directo , & proinde Princeps non debeat minuere conceſſam iuriſdictionẽ in illius detrimentũ,
19 cum deceat Principis priuilegium eſſe firmum,iuxta verba tex. in cap. decet de reg.iur.in 6.Hoc ſanè eſt intelligendum: Nam directum dominiũ Principis,& altum Imperium non cenſentur reſtricta,vt non poſſit Rex ſua poteſtate vti in aliquibus caſibus in
20 ſubditos Baronum , etiam in aliquod damnum inueſtitorum : Indè eſt,quod ratione militię,magiſterij artis,vel alia cauſa immunes à foro Baronali facit aliquos , licèt Vaſſalli alterius ſint: Hinc oritur,vt aliquando auocet ab illis cauſas per viam delegationis, vt de

Põte de poteſt Proreg. tit. de delegat.
21 cauſ. Itẽ gratias aliquãdo, & in ſultum concedit etiã ſubditis Baronũ, vt plene dixi ſupra cap. 12. Ijs, & ſimilibus caſibus dici non poteſt, Principem non potuiſſe in pręiudicium tertij diſpenſare: Nam facultatem habet minuere iura vtilis Domini in aliquibus caſibus, in ſui, vel alterius beneficium, Innoc. in cap. olim de verb. ſign. ſemper enim quod Princeps aliquem de iuriſdictione inueſtit, tacitè cum hac conditione ea data, & conceſſa præſumitur, vt poſſit eam limitare, & in aliquibus cauſis ſibi viſis diſponere, & ſuum altum dominium exercere, vt pũctualiter reſpõdit Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 3. ex num. 318. Giurba conſ. 66. num. 3. & probat dec. Franch. 723. in beneficium Nationis Raguſeorum in damnum iuriſdictionis Magni Admirati. Et in ſumma ſiuè Princeps diſpoſuerit ſuper iure communi, ſuper quo, vt dixi, largas habet habenas relaxandi, & diſpenſandi, ſiuè in præiudicium Inueſtiti, poteſt priuilegium ſingulare concedere, licèt Baroni aliquid pręiudicet, Et coniũgendo vltima primis, reſolutis obiectionibus, inconcuſſa videbatur prætenſio Baronis, quod ſtante iuriſdictione ſua priuatiuè, & abdicatiuè ad omnes Iudices, ac conſtito de voluntate Principis, qui maiora expreſſis conceſſit, cauſa ad ipſum, vna cum carcerato remitti deberet. Fuimus cum collegis, in votando concordes, pro Barone eſſe iuſtitiam, virtute priuilegiorum Principis Biſiniani ſui prædeceſſoris, ſed quia in venditione dictæ terræ non apparebat aſſenſus expeditus cum eiſdem prærogatiuis, ex hac ratione cauſa fuit ad Ducem remiſſa.

Poſtremò pro perfecta cognitione eorũ, quæ dicta ſunt, quæ vti notabilia menti ſunt tenẽda, remanet declarandum, per quæ verba iuriſdictio dicatur expreſsè conceſſa priuatiuè, & quæſtio eſt non minus inuoluta, quam præcedens, Angel. enim in l. 1. C. vbi, & apud quem dicit, quod ſemper quando taxatiua, & inhibitiua ſunt verba
22 conceſſionis ad alios Iudices, cenſetur priuatiuè data; exemplum ponit, ſi dicat, vt tu ſolus de omnibus cauſis cognoſcas, vel nullus alius niſi tu, vel taxatiuè tantum, ijs & ſimilibus verbis inhibita dicetur poteſtas alijs, Felyn. & cæteri in cap. paſtoralis de offic. ordin. Bald. in l. vnica §. vbi autem C. de caduc. toll. Menoch. præſumpt. 18. nu. 13 lib. 2. Alij fuerunt opinionis, quod prædicta verba quamuis ſint limitatiua, interpetrari debent, vt ſint abdicatiua ad alios Iudices, ſed non ad ordinarios à lege, vel á Principe ordinatos, ſic Iaſ. in l. Titiæ textores num. 29. ff. de leg. 1. Bal. conſ. 253. lib. 2. Gram. poſt deciſ. conſ. 2. Garzia de expenſ. cap. 20. & gloſ. in l. fin. C. vbi cauſæ Fiſci. Prima tamen opinio eſt magis recepta, & maximè ſi vltra dicta verba, vel ſimilia appareret, inueſtituram eſſe plenam alijs pręrogatiuis, & regalijs maioribus, ita quod arguatur, enixam Principis voluntatem eſſe concedendi talem authoritatem, ſic Barbos. in l. 1. art. 4. ff. de iudic. & poſt eum Giurba conſil. 59. nu. 7. & 24. & probat Frãch. in d. dec. 722. num. 1. qui ponens caſũ iuriſdictionis Admirati qualiter ſit priuatiuè ſcribit formalia verba Priuilegij, quæ ſunt (Ita quod ſubditi ſint exempti, & immunes ab omni alia Curia, & cum vocati fuerint coram quocunque Officiali ex quauis cauſa ciuili, vel criminali debeant remitti ad Curiam Admiratiæ) & ſi conſiderentur hæc verba æquipollent ſupradictis verbis taxatiuis, & nihilominus fuit deciſum pro M. Admirato, contra Magn. Curiam Vic. quia iuriſdictio erat abdicatiuè conceſſa: Similiter idem Franch. in alia ſequenti deciſ. 723. tractando ſimilem cauſam priuilegij abdicatiui, & priuatiui Nationis Raguſeorum, contra Admiratũ, ſupponit, vt priuilegiũ dictę Nationis ita loquatur (vt nullus poſſit cognoſcere de cauſis Raguſeorũ ꝓ quauis cauſa niſi Conſul Nationis) & proinde dicta ver-

verba priuationē inducant, & iuncto
23 verbo ſequēti (poſſit) neceſſitas impoſita dicitur, vt nemo ſe intromictat, DD. in l. nemo poteſt ff. de leg. 1. & benè Guttier. in repet. illius tex. & facit tex. in l. conſulta diualia C. de teſtam. & ſic opinio iſta in iure, & in praxi recepta eſt.

Aduerte tamen, quod oportet, verba priuatiua referri ad omnes Iudices, nam ſi relatio abdicatiua haberet relationē ſolum ad Tribunalia ipſius Prin
24 cipis, vt vidi in multis inueſtituris, taxando, & limitando, vt Magnus Iuſtitiarius Regni, nec Præſides, alijque noſtri Magiſtratus debeant cognoſcere de tuis cauſis Vaſſallorum: Hæc equidem abdicatio cenſetur data reſpectu concedentis priuatiuè ad Principem, & non ad alios, vt conſiderat D. Rouit. in d. Prag. 1. ex num. 16. vbi de delict. quia in dubio ſtrictè facienda eſt interpetratio reſpectu tertij, DD. in l. fi. ff. de conſt. Princ. & ſic Petra ad Gram. dec. 26. nu. 19. in finè.

Si autem iuriſdictio non ſolum priuatiuè, & inhibitiuè concedatur, ſed etiam irritatiuè, ita quod omnia in contrarium geſta ſint nulla, nulliuſq; roboris, ſed habeantur pro caſſis, tunc tanto
25 fortius procedunt omnia deſuper dicta, Grammat. voto 28. Rolan. conſil. 80. lib. 1. D. Regens Tappia dec. 3. vbi diſceptat de inquiſitionibus factis cōtra Officiales perpetuos à Prorege, cui inhibitum eſt, vt nil agere poſſit, abſq; Regis licentia, & ego alias authoritates adduxi in hac prag. in præc. Comment. vbi ſimiliter, & incidenter de hoc articulo verba fe. i, ex num. 107. cum ſeq.

## ARGVMENTVM

Barones an habent fiſcum, & an Curiæ coadiutor aſſiſtere poſſit, poſt quam cauſa eſt deuoluta ad Regium Superiorem.

Fiſcus an interuenire poſſit in cauſis criminalibus agitatis in Curijs Terrarum demanialium.

Pœnę pecuniariæ, quando parti, vel fiſco applicari debeant.

Fiſcus an habeat ius in pœnis antè ſententiam.

## SVMMARIVM.

1 *Barones non habēt fiſcum, nec fiſcalia, & proinde creare non poſſunt Aduocatum, vel Procuratorem fiſcalem, ſed tantum Curiæ coadiutorem.*

2 *Baro non poteſt apud Superiorē, coadiutorem tenere, cauſa appellata, pro defendenda ſententia, & remiſſione habenda ad ſuos Iudices.*

3 *Aduocatus fiſcalis poteſt interuenire in grauibus cauſis agitandis in Curijs demanialibus, quando ibi reperitur,*

4 *Qualibet pœna magna, vel parua regulariter ſpectat ad Fiſcum.*

5 *Pœnæ conuentionales pertinent ad partes.*

6 *Pœnæ dupli, & tripli, quando debeantur parti.*

7 *Pœnæ impoſitæ ad inſtantiā partis, in bannis, an ipſi debeantur.*

8 *Pars pœnæ ciuilis, ſemper ſolet applicari Curiæ illius loci.*

9 *Pœnæ impropriæ fructus dicuntur, & proinde non ponuntur in corpore introituum feudalium, nec in releuio, quando venduntur.*

10 *Pœnæ poſtquam ſunt incorporatæ fiſco: ſunt de Regis patrimonio effectæ, & non ſolet de eis fieri gratia.*

11 *Pœnæ incorporatæ non veniunt reſtituendæ in generali indultu.*

12 *Fiſco non dicitur ius quæſitum in pœnis, niſi poſt ſententiam.*

13 *Fiſcus in pœnis eſt poſterior creditor omnibus tractantibus de damno.*



Digitized by Google

## CAPVT XXXVIII.

BAronés non habent Fiſcum, neque fiſcalia, & proinde tenere, ſeù creare non poſſunt Aduocatũ, aut Procuratorem, qui nomen Fiſcalis habere poſſit, vti sũt
1 in Regijs Tribunalibus, cum ſolus Princeps Superiorem non recognoſcens tales Officiales habere debeat. Verùm ex conſuetudine aliquam perſonam cõſtituunt, quæ in cauſis criminalibus inſiſtendi curam tenet, & Curiæ coadiutorem appellant, vt dixi in præc. comment. num. 240. & Auend. de exeq. mand. Regum cap. 7. num. 7. part. 1. ac nuper D. Coſtant. in l. 1. Cod. pœn. fiſc. num. 8. qui hac noſtra authoritate vtitur.

Finita verò prima, vel ſecunda inſtãtia, in Curijs Baronalibus, & deuoluta cauſa per appellationẽ ad Regios Superiores, dubitatum fuit, an valeat Baro tenere dictum coadiutorem, vel per-
2 ſonam aliam aſſiſtentem pro cauſa deuoluta, ad effectum defendendi ſentẽtiam iudicatam, pro ea confirmanda, ſeù remittenda ad ſuam Curiam, & videtur non eſſe prohibitum, vt quis pro ſuo intereſſe in cauſis aſſiſtere nõ poſſit, etiã ſi habeat intereſſe ſecundariũ l. ſi per luſorio ff. de appell. l. is à quo ff. de rei vend. & deciſum refert Fontan. de pact. nup. clauſ. 3. gloſ. 3. num. 49. Contrarium tamen in hoc Regno obſeruatur, nam cum in omni Tribunali reſidat Fiſcus Regius, deuoluta cauſa per appellationem, ceſſant partes primi Iudicis, & ſic Baronis, vt innuit D. Rouit. in rubr. de ſent. foriudic. num. 24. Imò in Regijs Audientijs vbi reſident Aduocatus, & Procurator Fiſcales, ſi ea terra ſit demanialis, coadiutorem Officialis tenere non poteſt, quia Fiſcus qui adeſt, poteſt pro inte-
3 reſſe Fiſci, quando cauſæ ſunt graues, petere, vt audiatur. Et in facto dũ in Curia Straticoti Ciuitatis Salerni cõqueretur, quod in graui cauſa, quam remiſimus illi, decreuiſſemus, vt in ea nõ procederet, niſi audito Fiſco, dictus Straticotus, & Sindicus, dicebant fuiſſe grauatos, Replicabam ita eſſe de iure, prout ſic tenet Franch. deciſ. 721. num. 17. vt poſſit, & valeat adeſſe in omnibus vbi Fiſcus habet intereſſe, & ſic interuenire apud Curiam Magiſtri Admirati, Artis Lanæ, & ſimilium, & data relatione per Reg. Aud. Proregi, mandauit Curiæ Straticoti, vt in cauſis capitalibus non procederet, niſi Fiſco audito. Et deberent hoc obſeruare Fiſcales, qui ad euitandos labores prætermictunt tam laudabilem diſpoſitionem, & non committerentur à Regijs Gubernatoribus, (ſalua pace bonorũ) tantæ extorſiones, colluſiones, & cauſarum ſuffocationes: & in ſumma vbi adeſt Fiſcus, ceſſant alij.

Vlterius dùm locuti ſumus de pœnis Fiſcalibus: aliquas breues annotationes ponam, quando debeant, vel nõ poſſint illæ pertinere ad Fiſcum, ſed ad Barones in terris inueſtitis, & regulariter omnis pœna pecuniaria magna,
4 vel parua, de iure ad Fiſcum ſpectat, l. agraria, vbi Bartol. & cæteri ff. de termino moto, & in l. ſepulcri C. de ſepulcr. violat. ſi vero pœnæ erint conuentionales, (quæ iurè peti poſſunt, vt latè in præc. tract. prag. 4. proba-
5 ui) parti applicari debent, & non Fiſco, Bartol. in l. ſi quis maior, C. de tranſact. Baiard. ad Clar. quæſtio. 80. num. 6. Farin. plenè tit. de var. & diu. crimin. quæſt. 107. artic. 8. num. 93. Similiter pœnæ dupli, & tripli, quæ de iure imponuntur, iuxta §. tripli, & §. quadrupli inſt. de Action. ſi ex contra-
6 ctu, & non ex delicto veniant, parti debentur, ſi habeat intereſſe: nam ſi ei debetur ſimplum, in conſequentiam debetur duplum, & triplum, ſic Felyn. & Ripa in rubr. de iudic. Aret. in §. fin. inſtit. eodem.

Idemq;

Digitized by Google

Idemq; obſeruandum, ſi de iure,
7 vel banno, ad inſtantiam alicuius pœna imponatur, vt animalia non intrent in pratis, vineis, & defenſis, & paſcua non ſumant: nam pœna ratione contẽptus perſonæ, ac incertitudinis damni, parti applicanda erit, & non Baroni Doct. per illum tex. in l. pœn. ff. de in ius voc. in l. reſcriptum ff. de pact. & in l. poſt legatum §. ammictere ff. de in ijs quib. vt indign. Guttier. pract. qq. canon. c. 5. lib. 2. Et licèt de diametro aduerſari videatur tex. in l. Papinianus §. meminiſſe ff. de inoff. teſt. tamen DD. Et præcipuè Caſtr. ibi conciliant hæc iura, iſtum tex. procedere, quando pœna reſpicit principaliter, vel acceſſoriè aliquod delictum, tunc pœna
8 oriẽs, Fiſco debetur, aliàs, parti eſſet applicanda, vt ſupra probauimus, Verũ enim verò, vidi generalem obſeruantiam, quod in omnibus capitulationibus Vniuerſitatum ſuper contrauentionibus, & bannis pœnalibus, ſemper conuenitur, & aſſeritur, vt certa pars detur Curiæ, & altera parti, ad tollendas differentias.

Item pœnæ Fiſcales, licèt ſint in fructu, vt Doct. in l. fin. ff. ſol. matr. impropriè tamen tales dicuntur, indè introitus feudales non conſiderantur, nequè in Releuijs ponuntur, nam erogantur in impenſis iuſtitiæ, vt latè probaui in prag. 6. num. 19. præc. tract. poſtquam verò ſunt incorporatæ dicuntur in fructu, & de patrimonio, ſed an-
10 tea non dicitur Fiſco ius aliquod quęſitum: Inde oritur, quòd Prorex, et alij Superiores, quibus licitum eſt facere aliquas gratias, vti Regentibus, qui partem pœnarum, ad quas quis fuit condemnatus remittunt, ſemper dicunt, dummodo, non ſit executa pœna, vel
11 incorporata, & ſic fit in indultis generalibus, arg. ex gloſ. in l. 1. §. ſi quis propter ff. de itin. act. priu. DD. in l. non amplius ff. de leg. 1.

Ex hoc fonte deriuat concluſio illa, quòd non dicitur Fiſco ius quæſitum in pœnis ante ſententiam in rem iudi-
12 catam tranſactam, tam in foro fori, quam poli, quamuis pœna ipſo iure ſit impoſita, Molin. de iuſt. & iure quæſt. 95. Guttier. pract. quæſt. canon. lib. 2. cap. 5. Ideoquè cum ſit ius lucratiuum, & non quæratur actio, niſi vt ſupra, Fi-
13 ſcus dicitur poſterior omnibus creditoribus in pœnis, etiam creditoribus habentibus perſonalem actionem, quia Fiſcus de lucro, creditor de damno tractant, & diſpar eſt ratio iſtorũ, l. proculus ff. de damn. infect. l. fin. ff. ex quib. cauſ. maior. Dec. & Cagnol. in l. non debet §. in re obſcura ff. de reg. iur.

## ARGVMENTVM.

Appellatio à cauſis definitis in Curia Nundinarum, an ſit facienda ad Iudicem appellationis Baronis loci, vel ad Regia Tribunalia.

### SVMMARIVM.

1 *Princeps poſtquam feudum conceſſit, in eo ſe intromictere, vel in iuriſdictione concurrere non poteſt.*

2 *Nundinæ abſque Principis permiſſu, à Baronibus conferri non poſſunt.*

3 *Appellandum eſt ad Regios Superiores, & non ad Officiales Baronis à decretis latis à Sindicatoribus, & grauaminibus Graſſeriorum, & nu. 7.*

4 *Cauſa immediata, & originaria eſt attendenda.*

5 *Princeps nequit ſine conſenſu Baronis tempore nundinarũ in terra Baronis Iuriſdictionem alteri concedere.*

6 *Subfeudum à Barone cum Regio aſſenſu conceſſum, ſi ob culpas, vel generationem finitam, deuoluatur; ad Baronem, & non ad Regem reuertitur.*

8 *Appellandum eſt ad Regios Superiores, & non ad Officiales Baronis, à decretis Magiſtri Nundinarum, ſi il-*



Digitized by Google

*larum priuilegium immediatè à Rege dependeat.*

9 *Actus attribuitur cauſa proxima.*

10 *Regula, qui confirmat dare videtur qualiter intelligatur.*

11 *Aſſenſum Princeps concedendo ſuper feudi alienationes, non dicitur nouumius tribuere, & reijcere nullitates.*

12 *Aſſenſum Princeps concedere tenetur ſi iuſtam non habeat cauſam denegandi.*

13 *Cauſæ non expeditæ in Curia Nundinarum, remanēt pœnes Baronem, & non tranſmictuntur ad Regios Superiores.*

## CAPVT XXXIX.

EXplicatum fuit in præc.tract.nu.187 qualiter Princeps poſtquam feudum cum iuriſdictione contulit, ſe intromictere nequeat, in primis nec ſecū dis cauſis Baroni-
1 bus conceſſis, neque Vaſſalli Superiores adire, vel cuiuſquam Iudicis, iuriſdictionem, in præiudicium Dominorū prorogare valeant.

Accidit poſtea in facto, pluribus vicibus hæſitari, & præcipuè ab Vniuerſitate Ciuitatis Muri, cui annis prætenitis priuilegium Nundinarum, à Comite illius conceſſum fuit, vt per decem dies in Menſe Iulij nundinas exigere potuiſſet, & iuriſdictio conferri deberet Magiſtro nūdinarum, eligendo ab ipſo Comite, qui de cauſis à relegatione infra cognoſcere poſſet, cum clauſula, vt ſuper dicta ſupplicatione Regius aſſenſus expediretur, prout in forma debita fuit conceſſus: Diſceptatum fuit, an à decretis, & ſententijs latis in dicta Curia Nūdinarum, appellari deberet ad Iudicem ſecundarum cauſarū quos habet præfatus Comes vigore ſuorum priuilegiorum, vel ſit habēdus recurſus ad Regios Superiores, Et ſuper hoc diuerſæ fuerunt conſultationes, & collegia. Dicebatur ex vna parte, quod cum iuriſdictio hæc nundinarum à Barone conferri non poſſit, ſed
2 ſolum à Principe, in cuius poſſe eſt, iuriſdictionem dare, & mutare, vt Marāt. in ſua praxi.art.vt Iudic.Mercat. num. 50. Theſſ.deciſ. 264. ergo cum ab eo fluant, ad delegantem erit appellandū, l.3.ff.quis, & á quo, l.1.§.ſi quis in appellatione ff. de appell. Inde in ſimili à ſententia Syndicatorū, qui ab Vniuerſitate dependent, & non à Barone, ab eorum decretis appellandum eſſe ad Regios Superiores, & ſic à grauamini-
3 bus Catapanorum, ſeù Graſſeriorū, refert de Franch.dec.511.& quod Princeps ex cauſa publicæ vtilitatis (prout ſunt commercia nundinarum) poſſit ad tempus minuere iuriſdictionem Baronis, dixi ſupra cap. . . . , & Valaſc.conſul.12. prout continuò fit cauſa militię miniſterij artis lanæ, ſerici, ferri, & ſimilium, vt eſt notorium, ad Principem ſeù eius Miniſtros in caſu grauaminū recurritur, & ſic in terminis in materia hac nundinarum contra Baronem conſuluit Minad.conſ.24.

In contrarium dicebam, In omnibus actendendam eſſe cauſam immediatam, vt latè per Tiraq.in reg.ceſſan-
4 te lim.20.& ſic quamuis Rex aſſentiat introductioni Feriarum, potiſſima cauſa eſt conceſſio Baronis, cui totalis iuriſdictio conceſſa fuit, & ſine ſuo conſenſu Pricceps iurè non poſſet illi iuriſdictionem minuere, vel præiudicare, l. 2.§.ſi quis à Principe ff.ne quid in loc. publ. Et licèt iuſta cauſa ſit, indicendi nundinas, hoc eſt verum, ſed non eſt
5 de eſſentia, in Nundinis, iuriſdictionē tollere ab ordinario, qui iuſtitiam etiā miniſtrare in nundinis poteſt, & proptera, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro auferri non poteſt, ex regula, l. id quod noſtrum ff.de reg. iur. Vnde fortior eſt cau-

Digitized by Google

cauſa Baronis concedentis, & ſe expropriantis, quam Regis aſſenſientis ſuper conceſſione à Barone facta. Hinc conceſſo feudo à Barone, cum aſſenſu Principis, ob culpas, & alias cauſas à ll. feu
6 dorum indictas, feudum id non deuoluitur ad Regem, à quo mediate tenetur, ſed ad Regem, qui immediate inueſtiuit, quia originalis, & potentior cauſa attenditur, & ab eo iuriſdictio, & cętera dicuntur collata, ſic Andr. in cap. 2. num. 4. verſ. patet ergo de pace ten. Afflict. dec. 282. num. 12. de Curt. in ſuo diuerſ. fol. 62. à num. 79. Bammacar. in cap. Domino committente, ſi de feud. def. cont. Et proinde eſt aſſerendum, quod cum conceſſio immediatè dependeat à Barone, ad ipſum eſt recurrendum ſuper appellationibus interpoſitis à Magiſtro nundinarum, nè ſua iuriſdictio minuatur.

Nec obſtant dicta ex aduerſo ex Syndicatorum decretis, & Graſſeriorū grauaminibus ad Regios Superiores appellandū eſſe: nam hæc obiectio faciliter diluitur, quia in dictis caſibus iuriſdictio dependet à Principe, & in nihilo à Barone. Minuſq; refert doctrina
7 Mina d. q. ui ait, ad Regios Superiores eſſe recurrendum pro reparatione grauaminum à decretis Magiſtri Nundinarum: nam procedit, quando iuriſdictio mercati à Rege immediatè flueret ante translationem feudi inueſtiti: nam cum ea iuriſdictio principaliter ab eo
8 fuerit tributa, ad eum recurrendum eſt: ſecùs quando conceſſio iuriſdictionis fuerit facta à Barone, cū reſeruatione eligendi Officiales, nam tunc priuilegium, vt dixi, ſumit originem, & uires à Barone, inde ipſe creat Officialem pro illo tempore, dat literas commiſſionis, confert iuriſdictionem, & cum ab eo dependeat, ad eum eſt appellandū, ex d. l. 1. §. ſi quis ff. de appell. & ſic Couar. pract. quæſt. cap. 4. verſ. 2. concluſio, nam actus attribuitur cauſæ proxi-
9 mæ, Socc. conſ. 15. lib. 3. & probat tex. in §. ius iurandum Auth. de defenſ. ciuit.

Nec vim facit, quòd qui confirmat dare videtur, l. obuenire ff. de verb. ſi-
10 gnif. nam aſſenſus qui petitur à Rege eſt ad tollendum tantum obſtaculum prohibitiuum, cum Baro ſine Principis beneplacito aliquid iuriſdictionale, ſeù feudale concedere nòn poſſit ex c. imperialē de proh. feud. alien. & conſt. Regni, diuę memoriæ, adeo quod aſſenſū concedendo, nō dicitur Princeps dominium concedere, nec aliquod nouū
11 ius tribuere, Andr. in d. cap. imperialē num. 11. de Pont. conſ. 3. num. 1. Et ſic datur intellectus ad d. l. obuenire, vt procedat, quando quis de ſuo dat, & relaxat, alias ſi ſolum conſenſum præſtat, attenditur prima cauſa, quæ influit, & producit ſecundam, l. ſi ita ſtipulatus §. fin. in l. ſeq. ff. de verbor. obligatio. Princeps enim ſemper aſſentire tenetur, ſi iuſtam cauſam contradicen-
12 di non habet, Afflict. in Conſt. Regni ſi quis poſt litem, Frecc. de ſubfeud. lim. 6. ad Conſt. diuæ memoriæ, Capyc. in inueſt. verbo neceſſitas, Frāch. dec. 695. num. 4. Confert, quod cauſæ quæ ceptæ ſunt in iſta Curia nundinarum, & non expediuntur eo tempore, omnes remanent pœnes loci Officialem, & non tranſmictuntur ad Regiam Audientiam, vel Magnam Curiam, quod fit ex eo, quia Baronalis iuriſdictionis, acta geſta in dictis ferijs ſunt:
13 & ita à Collegijs fuit concluſum, & Vniuerſitas acquieuit.

In alijs verò locis, vbi reperitur priuilegium immediatè conceſſum à Principe, & ab ipſo, vel Vniuerſitate creatur quotannis Magiſter nundinarum, vt vidi, in multis Regionibus, ſine dubio, ad Regios Superiores eſſet appellandum, Et cum hac diſtinctione, opiniones conciliari puto, quę contrariæ videntur.

## ARGVMENTVM.

Pœna publicationis bonorum, aliæque pœnæ Fiſco debitæ, quando Baroni competere poſſint.

Sententia Curiæ Baronalis ſi reformetur in pecunia, an Baro ſibi applicandam eſſe prætendere poſſit.

Auocata cauſa per Superiorem, ſi reus reperiatur habilitatus per illam Curiam, an ſuperior executiuè fideiuſſorem requirere poſſit, & in caſu contrauentionis cui pœna debeatur.

## SVMMARIVM

1 *Bonorum publicatio Principi competit, cum ſit de regalibus, ſed ex conceſſione meri, & mixti imperij communicata intelligitur Baronibus.*

2 *Publicatio bonorum licèt facta ſit a Regio Tribunali, quoad bona ſita in territorio Baronis ſunt ipſius.*

3 *Pœna à ſtatuto nouiter indicta, & factum delictum, quod de iure communi non erat tunc Fiſco ſoli competit, quando cognitio cauſæ ad Baronem pertinere non poſſit, alias ſic.*

4 *Pœna licèt ſit cominata, vt Fiſco applicanda ſit, non per hoc Baro dicitur ea priuatus.*

5 *Cauſa deuoluta ad Regios Superiores, ſi ſuccedat pœna pecuniaria ex ea ſententia, quando debeatur Baroni.*

6 *In maiori ſumma ineſt minor in ſententijs, & in minori quantitate dicuntur pares ſententiæ, licèt olim excedat.*

7 *Pœna pecuniaria, ſi erit reformata à Iudice ſecundo, ad quem illa pertinebit.*

8 *Fideiuſſio præſtita in Curia Baronali, an poſſit incuſari per Tribunal Superius, & pœna exequi, & ipſi incorporari.*

9 *Fideiuſſores accepti in prima inſtantia, non tenentur in ſecunda, limitatur num. ſeq.*

10 *Iudex appellationis reputatur vti Officialis ſubrogatus, à primo.*

11 *Pœna fideiuſſionis capta in Curia Baronali, & incuſata per Regios Superiores, fiſco debetur ratione contemptus.*

## CAPVT XXXX.

PVblicationem bonorum eſſe de regalibus, & cõpetere non poſſe niſi ſoli Principi Doct. tenuere in l. 1. C. ne ſine iuſſ. Princ. Boer. dec. 264. Roman. conſ. 59. Nos autem in præc. tract. nu. 207. diximus, quod publicatio bonorũ quamuis ſit de regalibus, tamen con-
1 ceſſa dicitur talis facultas Baroni inueſtito cum mero, & mixto imperio, & vltra auctoritates ibi adductas, ſic Natta conſ. 180. Theſſ. in conſ. impreſſó poſt dec. 132. Gram. conſ. 78. Farin. tit. de pœnis quæſt. 25. Guid. Pap. deciſ. 341. & latius Muta deciſ. 29 Solùm ſpectat ad Principẽ, quando cognitio ipſius cauſæ ad eum ſit reſeruata, vti leſæ Maieſtatis, falſæ monetæ, & hæreſis, quia ſunt de alto imperio, vt Frãch. dec. 275. Alia vero crimina, ob quæ publicatio bonorũ indicitur, ad infeudatos ſpectat, & ita nouiſſimè D. Conſtãt. C. pœn. fiſc. lib. 10. nu. 42.

Imò ſi cauſa, ob electionem fori, vel per aliam viam deuoluta eſſet ad Superiores, & per ſententiam Vaſſallus Baronis eſſet condemnatus ad publicationem bonorum, prout continuò fit in foriudicationum ſententijs, reſpectu bo-
2 norum, quæ ſunt in territorio Baronis,

ea

ea pertinent ad ipſum inueſtitum, licèt perſona condemnata ſit per Superiores, Clar. quæſt. 78. Suarez com. opin. incip. confiſcatio, Carau. in Ritu 132. à nu. 3. qui ait ſic obſeruandum circa confiſcationem ſtabilium tantum, & non mobilium, quæ opinio à multis etiam improbatur, quod indiſtinctè extendatur ad omnia, in loco Baronis exiſtentia, Clar. d. quæſt. in fine, Card. Tuſc. verbo confiſcatio concluſ. 720. tom. 2. qui de cõmuni, & vera opinione teſtatur, & Muta dec. cit. ex nu. 22.

Sed quid ſi pœna fuerit à Principe nouiter impoſita, & factum delictum, quod de iure ciuili non erat cognitũ, an in iſtis etiam Baro intret locum fiſci, hunc articulũ explicaui in præc. tract. ex nu. 213. & pro affirmatiua cõcluſi, ſed limitaui, ſi offenſa eſſet authoritas Principis, ex inobſeruantia alicuius præcepti, vel banni, aut pœna eſſet ei reſeruata, quem articulum latiùs
3 nunc declarandum putaui, vt reſtrictio, quod Baro nõ intrat ſi fuerit contrauentum bannis à Superioribus emanatis, intelligenda ſit, in ijs bãnis, quorum cognitio, & mandatum non poterat ad Barones ſpectare, quia non eſſent capaces mandandi, vti in bannis reuelationis victualiũ, & in pretijs eorum taxandis, tractis prohibitis, & alijs reſeruatis ad altum dominium Principis: In ijs iurè Baro prætendere non poterit, pœnam ad ſe pertinere. Si ſuus Vaſſallus contrauenìat, vt ſupra dixi in criminibus falſæ monetæ, & alijs: Secùs autem ſi poſsèt pertinere ad Barones, & ipſi potuiſſent ſimiliter mandare, ſic notat D. Regens Coſtant. in l. 1. C. pœnis fiſc. ex nu. 22. Item limitatio alia, pœnam nõ deberi Baroni, quandò expreſsè reſeruata eſt Superiori, eſt in-
4 telligẽda, quãdo ſpecificè eius cognitionẽ ſibi reſeruat, & pęnã applicandã dicit, alias non ſufficerent verba generalia ſub pœna, &c. ita Natta conſ. 34. & 346. lib. 2. & ſequitur D. Conſtant. ibidem num. 23. & ſeq.

Quid ſi causa per appellationem deuoluta fuerit ad Regios Superiores, à Curia Baronali, quæ ad pœnam pecuniariam Reum condemnauit, & ſententia ſit per ſecundum Iudicem reformata ad plus, vel minus: Ad quem ſpectabit prouentus, & pœna ad Iudicem
5 appellationis, vel ad primum? Accidit caſus in Regia Audientia Hidruntina. Nam Vniuerſitas Sãcti Petri in Galatina ex priuilegio ei debentur prouentus Curiæ, quę cum cõdemnaſſet quẽdã pro certa rixa in aureis ſexaginta, ille appellauit ad Iudicem ſecundarum cauſarum Ducis Affatæ terræ, qui ſeruatis ſeruandis in triginta primam ſententiam reformauit, ex qua reformatione, & diſparitate prætendebat Aerarius Ducis, prouentũ ad ſe pertinere, & quod ex confirmato naſcatur actio in illa parte quotatiua: Ex parte Vniuerſitatis fuit replicatum, in maiori
6 ſumma ineſſe minorem ad tex. in l. diẽ proferre §. ſi plures ff. de recep. arb. Alex. conſil. 77. vol. 2. Affl. deciſ. 362. & licèt quantitas minor ſit taxata, nõ per hoc ſententia non concordat in minori, DD. in l. 1. §. ſi quis ff. de verb. obligat. Indè ſi arbitri, vel teſtes ſint diſcordes, quia vnus in decem, alter in quindecim condemnet, vel teſtificentur, dicuntur conteſtes in quantitate quotatiua, Cappell. Tholoſ. deciſ. 208 Vrſil. dec. 240. Gram. conſil. ciuil. 154. Viu. com. opin. 894. Couar. var. reſol. cap. fin. lib. 1. & Garſia de expenſ. cap. 24. num. 15. & quamuis Franch. dec. 356. dicat, in Sac. Conſ. non obſeruari, vt in ſententijs in maiori quantitate data diſcordia, inſit minor: loquitur enim ibi, in caſu quo plures Iudices in uotando diſcordant in temporis condemnatione: nam tunc conſuetudo eſt Sac. Conſil. in pari voto addere alios Conſiliarios alterius aulæ: Secùs ſi diuerſim, & per diuerſas Curias, ſeù Tribunalia diuerſimodè fuerit pronunciatum, prout eſt in caſu noſtro, nam tunc vendicat ſibi locum regula propoſita, in maiori ſumma ineſſe minorem, vt idem Franch. ibi num. 3. innuit, ad

Affl.

Digitized by Google

Affl.deciſ.reſpondendo. Itẽ dicebatur minorationem fuiſſe factam ex nouiter deductis in ſecunda inſtantia, vnde tẽperatio primæ ſententiæ fuit ex Iuſtitia, nõ quod primus Iudex grauauerit, vt iurè cauſa retineri potuiſſet, iuxta
7 cap. vt debitus honor de Appellat. & propterea pœnam ad primum Iudicẽ deberi, vt Capyc.dec.27. & ita in terminis Staiban.conſil.74.qui aliter ſenſit, ſi prouentus fieret ex voluntate, quia Reus ſe compoſuiſſet cum Barone in ſecunda inſtantia: nam tunc euenit tranſactio, virtute priuilegiorum Baronis, qui facultatẽ habet pœnas commutandi, iuxta ea quæ in ſimili ponit D. Conſtant. in l. 1. C. pœnis fiſcal. num. 28. vnde pro Vniuerſitate fuit iudicatum.

Inſuper in facto noua quæſtio hæſitata fuit, dùm quidam inquiſitus eſſet per Curiam Baronalem habilitatus, & appellaſſet pars accuſatrix ab indebita habilitatione ad Regiam Audientiã Salerni, & acta fuiſſent transmiſſa: Ci-
8 tauimus Reum, & fideiuſſores ad præſentandũ, & cum fuiſſet decretum, vt cauſa remaneret; inquiſitus non comparuit, vndè fuit ille, & fideiuſſores cõdemnati ad pœnam fideiuſſionis, & dùm exequendum eſſet contra præfatos, comparuit Dux Eboli, vbi cauſa prima erat agitata, & dicebat, nulliter eſſe proceſſum per Regiam Audientiã grauando ipſam Curiam, quia ſtipulatio, & promiſſio de ſtãdo iuri, & ſe prę ſentando erat facta in illa Curia, & ibi Reus, & fideiuſſores ſe obligauerant, vndè cùm cautio nomine alterius Iudicis ſtipulata non fuerit, Regia Audientia non poterat eam incuſare, ſed reſcribere debebat illi Curiæ, vt ad carceres Reum reducere deberet, quæ ſuam obligationem in caſu contrauentionis incuſare poterat, & pœna erat applicanda Curiæ Baronali, quæ erat offenſa, & quæ obligationem receperat, arg. ex l. non à Iudice §. 1. ff. de iudic. l. cum apud ff. iudic. ſolui. vbi ex-
9 preſsè probatur, fideiuſſorem acceptũ in prima inſtantia non teneri in ſecunda, & ſic Theſſ.dec.202. Franch.deciſ. 208. & 320. ac Gizzar.dec.14 ex quibus cauſis, Collegę dubitabant contra Fiſcum. Ego autem defendendo quod ab ipſo Tribunali geſtum erat, reſpondebam, quod habilitatio facta cum promiſſione de ſe præſentando virtualiter intelligebatur, non ſolum reſpectu illius Iudicis, qui cautionem receperat, ſed cuiuslibet alterius, qui ſubrogaretur in locum illius, qui auocare potuiſſet ipſam cauſam: nam cum idẽ ſit iudicium, ipſe Iudex de iure reputabatur, & ſubrogatus naturam ſubrogã-
10 tis tenet, l. 3. § eum qui ff. ſi quis caut. ſic Couar.cap.requiſiſti num. 6. extra de teſt. Auil.in cap. prætorum cap. 1. gloſ.mandando num. 19. Peguer. dec. 169. & Theſſ. in quodam reſponſo poſt deciſ. Et quia cauſa deuoluta, in conſequentiam omnia acceſſoria translata dicuntur, cum cõnexorum idem ſit iudicium, l. proinde §. ſi ſeruum ff. ad l. Aquil. Ideò cum Regia Audientia iurè
11 citare potuerit, contemptus nunc erat Regij Fiſci, & illa pœna erat illi incorporanda, arg. ex l. cum emancipatus §. emancipatus filius ff. de collat. bonor. Natta conſ. 580. & in terminis Cancer.lib.3.var.reſol. c.13.ex num. 389. Nec refert tex.in d.l.cum apud, & alię deciſiones in cõtrariũ adductę, q̃ interpetratur tex. quando cautio fuerit recepta, & ſtipulata à Iudice nomine proprio, vt dicunt Theſſ.d.dec.n.15.& alij DD. ſupra cit. Item cauſa ibi erat finita per ſententiam, ſed in caſu noſtro cauſa erat pendens, & Regia Audientia erat ſubrogata loco primi, & ideo pœnam fideiuſſionis Fiſco, & non Baroni applicauimus, quæ omnia tene menti, cum notabilia ſint.

AR-

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Bona,& Mancipia capta ab infidelibus,an & quando ſint capientis, vel Fiſci.

Præda an debeatur capienti, vel illi qui dedit cauſam ad capiendum.

Bona ſterilia, & Campeſtria,an ſint Vniuerſitatis,vel Baronis.

## SVMMARIVM.

1 *Bona vacantia, & quæ ab indignis auferuntur, an ad Baronem, vel Fiſcum pertineant,remiſſiuè.*

2 *Animalia excadentialia, qualiter Baroni applicari poſſint.*

3 *Bona hoſtium,& perſonæ,de iure communi ſunt capientium.*

4 *Anibal Macedonius laudatur.*

5 *Præda facta ab infidelibus ſine certamine, & periculo pertinet ad Fiſcum.*

6 *Præda adhuc quando eſt capientium, pars debetur Fiſco.*

7 *Præda dicitur in noſtra poteſtate,quouſque ab oculis non diſcedat.*

8 *Captura fieri non poteſt in alieno territorio, & iuriſdictione,Domino prohibente.*

9 *Litus adijciens mari eſt de territorio vicini, & illius iuriſdictionis.*

10 *Iuriſdictionem habens in terra, dicitur etiam habere in mari adiacenti.*

11 *Bona ſterilia, & campeſtria quando ſint Vniuerſitatis,vel Baronis, diſtinguitur.*

12 *Deſtinata pro paſcuis,in alium vſum, à Barone conuerti non poſſunt.*

13 *Paſcua in dubio præſumuntur eſſe Vniuerſitatis,& non Baronis.*

## CAPVT XLI.

Bona vacantia morientium ſine hæredibus, & ſucceſſoribus, vel quæ à perſonis vti indignis de iure auferri poſſunt,an ad Fiſcum, vel ad Barones per
1 tineant, latè in præc. tractat.explicaui num.244.& videndus eſt Molin. de iuſt.& iure quæſt. 53.& 55. Et de animalibus errantibus, & excadẽtialibus, quorum Domini ignorantur, qualiter factis præconizzationibus, Curiæ Baronali applicari poſſint, vltra ibi dicta
2 vide Peregr.de iure fiſci tit.de bon. vacant.nu.30.

Item bona Hoſtium capta in bello, eſſe capientium fuit diſpoſitum per §. item ea quæ ab hoſtibus inſtit. de rer. diuiſ.l.1.ff.de aquir.poſſeſſ. indè Mau
3 ri,& Turcæ capti deberent eſſe capientium,quia captiui,& bona eorum deſignantur de iure certantibus, quorum periculo, & induſtria capti fuerunt,l. ſi quis pro redemptione §. ſimili C. de donat.

Id quod in facto euenit,& aduertendum putaui, eſt,quod dum aſſiderem in Regia Audientia Hidruntina, Prouinciales cœperũt cẽtum viginti Turcas,duo enim triremes Venetorum, in Gulfu inſequebãtur duas fuſtas Turcarum Curſalium, qui cognoſcendo non poſſe euadere à manibus illorum, quia mos Venetorum eſt, non mãcipare dictos infedeles,& pro mancipijs tenere,vel vendere,ſed morti eos tradere: ad effugiendam mortem deſcenderunt ad litus Ciuitatis Caſtri, quæ eſt in vtili dominio D.Franciſci de Caſtro,nunc Lemenſium Comitis,& ſpõtè ſe dederunt in manus Hominum dictæ terræ,& Militum, qui eo tempore ipſos locos maritimos cuſtodiebant,
4 & certiorato Anibale Macedonio Marchio-

chione Turturæ Præſide vigilantiſſim, mandauit, vt dicta præda fuiſset aſportata ad Ciuitatem Litij, vbi reſidet Regia Audientia, & facta relatione S. E. de diligentia aliquorum militum, & Nobilium, qui factũ ignorantes, animosè occurrerunt contra dictos Turcas, in terram deſcendentes, & illos capiendo, & ſupplicabant, vt re-
5 munerarentur ſuper præda, nulla fuit habita ratio, quia nullum adfuit certamen, & ita iuris eſſe innuunt Bartol. in l. quid bello num. 3. ff. de capt. & poſtli. reuerſ. Gram. dec. 71. nu. 17. Franch. dec. 268. nu. 3. & D. Regens Cõſtant. de claſſic. num. 138.

Et dùm alius caſus accidiſſet, quod quędam fuſtæ de Noſtratibus, quæ cũ licentia ibant in curſu, & cępiſſent vnã tartanam Turcarum, numero decem, & ſub prætextu, quod credebant, prædam eſſe eorum, vendebant Brunduſij, mancipia illa Cumq; de ordine Regię Audientiæ fuiſſet ad nos aſportata, dicebam, quod licèt Hoſtes, & eorum bona de iure eſſent capientium, tamen de conſuetudine in recognitionem, media pars Fiſco debetur, vt tradit Mu
6 ta ſuper prag. Sicil. titul. 76. de Pirat. num. 19. & ſimiliter facta relatione S. E. iuſſit, vt ad ipſum traſmitteremus, vbi partes etiam adiuerunt, & nil obtinere potuerunt, ex eo, quia pręda fuit facta ſine pugna, quod nota.

Inſuper ſuper dicta captura facta à Noſtratibus, & perſequutione Venetorum, orta fuit alia controuerſia: nam Capitaneus dictarum triremium Venetorum dicebat, mancipia deberi illis reſtitui, quia ipſorum facto deſcenderunt in terram, & capta à militibus, & erat notorium, non poſſe effugere ab eorum manibus nã illi vti diſperati ad effugiendã mortem in terrã ſe proiecerunt, vnde dici poterat fuiſſe captos in ipſo Gulfu maris, quem prætẽdunt eſſe ipſorum, & ideo, quot annis ea Republica armat tot triremes ad illius cuſtodiam, prout erant tunc illę triremes ad hoc deſtinatæ, & propterea
7 prædam debere eſſe ipſorum, cum ab oculis eorum non erat ſeparata, Salyc. in l. ab hoſtibus la 2. C. de poſtlim. reuerſ. Cæpol. conſil. 136. lib. 1. ex tex. in l. 3. §. Item feras beſtias ff. de acquir. poſſ.

Replicauimus ex pluribus, eorum prætenſionem eſſe vanam: Captura enim erat facta à noſtris, in territorio
8 Regis, in quo illi nullum ius, neque iuriſdictionem habebant, & propterea nil pretẽdere poterant. Nec refert eos fuiſſe in perſequutione, & illa effugere non potuiſſe: nam reſoluitur ex tex. in §. feræ cum ſeq. inſt. de rer. diuiſ. & l. 3. & 5. ff. de acquir. rer. dom. vbi habetur, quod feræ ſi à Venatore inſequatur in loco campeſtri, & illa intret in locum priuatum, poterit Dominus loci eam capere, & inſequentes prohibere, nè in eius fundum intrent. Vlterius præda noſtra eſt, ſi in tali cuſtodia reperiatur, quod à nobis coerceri poſſit, ſecùs ſi ea poterit effugere oculos noſtros, vel ſaluari in alium locum, nam tunc deſinit eſſe noſtra, multa enim accidere poſſunt, nè eam capias, dicit tex. in d. l. 3. §. illud, vnde cũ præda eſſet ſaluata, dum in alienam iuriſdictionem, & territorium Principis confugiſſet, & poterat Dominus loci prohibere, ergo non obſtãt ex aduerſo adducta, & ita poſt hæc ſcripta aduertit D. Cõſtant. in l. 1. num. 119. C.
9 de claſſ. & quod litus adiacens mari, ſit de territorio vicino, & ibi terminetur iuriſdictio, firmant Bal. in l. ſi plures ff. de cond. inſer. Bellug. in ſpec. Princ. rub. 30 Frecc. de ſubfeud. tit. quis dicatur Marchio num. 3: & licèt multi teneant, iuriſdictionem maris per baliſtã intra terram extendi, vt Ozzaſc. deciſ. 155. Maſtrill. de magiſtr. lib. 4. cap. 16. num. 162. poſſet procedere, quãdo iuriſdictio ſtat ſub eodem Principis dominio, tam maris, quam terræ, alias mare eſt finis iuriſdictionis cuiuſq; ſic & territoria. Hieron. de Monte tract. fin. re-

Digitized by Google

regund.cap.7.cum vulgaribus.Imò iuriſdictionem habens in terra, dicitur habere in mari adiacenti,Bart.in tract. de inſula cap.incipiẽte nullius, Rebuff.
10 & Plat.in l.1.C.de claſſ. lib. 10. & ibi D.Cõſtant.num.38.& latius D.Regẽs Tapia dec. 22. Et an vera ſit prætenſio Venetorum, quod Gulfus maris Adriatici longiſſima præſcriptione quæſierint dominium, vide quæ congerit de Pont.de poteſt.Proreg. tit. de triremibus,& antea Cępoll. de ſeruit. tit.de mari,& nouiſſimè D.Tapia d.deciſ.ex nu.6.

Et redeundo ad primum inſtitutum quæſtionis.de bonis vacantibus,quando Fiſco, vel Baroni competant, fuit in ſimili dubitatum, cuius ſint bona
11 ſterilia,& Campeſtria ſita infra feudi tenimentum.*In* facto Baro prætendebat eſſe ſua,vti ſubrogatus in feudo,in locum Fiſci,qui bona vacãtia occupat, C.de bon.vacant. lib. 10. & ſic *Iaſon* in l.rem quæ nobis num.32. ff. de acq. poſſ.Peregr.de iure Fiſci lib.4.tit. 3.& ideo Baro poterat ea cõcedere ad colendum,vel in emphyteoſim,cenſum ad ſui libitum,vt Cancer.lib.3.var.reſolution.cap.4.num.58. In contrarium dicebat Vniuerſitas, ea loca Campeſtria eſſe deſtinata pro paſcuis animalium ipſorum Ciuium,& ſic eſſe retenta,& non poſſe proinde,Dominum ea
12 ad culturam mutare,vel alijs concedere, nam paſcua in dubio præſumũtur eſſe Vniuerſitatis, & non Baronum, Crauet.conſil.154.Vrſil.dec. 190. nu. 12.Couar.pract.qq.cap.37.Auend.de exeq.mand.p.1.c.12. Vndè pro cõcordia diſtingue,quod aut dicta bona ſterilia non fuerunt deſtinata pro vſu ciuium,ſed fuerunt demanialia Baronis, & ſic retenta, & procedit opinio pro Barone,aliàs ſi fuerunt in vſu ciuium, pro paſcuis,& alijs comoditatibus ipſorum,tunc ea præſumuntur demanialia Vniuerſitatis, & Baro concedere non poterit,vti bona vacantia, cum ſatis dominium retineatur, dùm ipſa Vniuerſitas ius paſcui habeat, vt late explicaui in præceden.cõment.prag.12

## ARGVMENTVM.

Baro an poſſit immunitatem Vaſſallo concedere,& an ſuper tali materia facultatem habeat ſua Curia cognoſcendi.

Vniuerſitas quando ſine Proregis aſſenſu,poſſit alicui immunitatẽ concedere,& ſic exiſtente neceſſitate ſtatuere, vt immunitas ciuibus de iure debita denegetur.

Barones an ad tempus poſſint debitoribus dilationem dare, & an Regiæ Audientiæ habeant hanc facultatem.

## SVMMARIVM

1 *Barones non poſſunt alterare regulus iuris,nec diſpenſare.*
2 *Barones poſſunt excitare iuriſdictionem,non autem adminiſtrare.*
3 *Immunitatem aliquam Baro concedere non poteſt alicui.*
4 *Cognitio ſuper materia immunitatis nõ pertinet ad* Barones,*ſed ad* Regios *Superiores,ſi dubium aliquod ſit.*
5 *Immunitas licèt detur de iure patri onuſto, ea gaudere non poterit, ſi à Regia Camera non obtineat priuilegium.*
6 *Baro neq; ſuper ſuis feudalibus immunitatẽ dare poteſt, ſi ea officiat alijs.*
7 *Princeps ſi aliquem immunem faciat de ſolutionibus Fiſcalium, detrahendum eſt tãtum ab illo in cõputũ fiſci.*
8 *Vniuerſitas poteſt ex cauſa cuiquam immunitatem concedere cum Aſſenſu Regio.*
9 *Vniuerſitas tempore neceſſitatis poteſt ſtatuere, vt immunitas de iure ciuibus debita non preſtetur,cum* Princi*pis reſcripto,vt nu.*11.
10 *Immunitatis priuilegium tacitum habet conditionem,niſi aliud publica neceſſitas ſuadeat.*
11 *Barones guidare,& dilationem ſoluen-*

 *di*

Digitized by Google

*di debitori concedere non poſſunt.*

13 *Regię Audientię habent facultatem dã di dilationem debitoribus carceratis à ducatis quinquaginta infra.*

14 *Dilatio annalis poteſt concedi cũ obligatione debitoris, abſq; fideiuſſione.*

15 *Dilatio in multis caſibus dari non debet debitoribus, & recenſentur.*

16 *Baronibus an interdicta ſit cognitio cauſæ ſuper concurrentia creditorum.*

17 *Tex. in l. fin. C. qui bon. ced. poſſ. declaratur.*

18 *Ceſſio bonorum non poteſt expleri in Curijs* Baronalibus, *& demanialibus, ſolum in M.C. & Regijs Audientijs.*

## CAPVT XLII.

BArones non poſſe alterare, nec diſpenſare ſuper regulis iuris, aut reſcripta expedire, vt cauſa aliqua ſummariè, & ſine ſcriptis expediatur, ſi ea ordinariè ſit de iure tractanda, Neque debere ſuis Officialibus mandare, vt quid fa-
1 ciant, vel non faciant in præc. tract. nu. 259. concluſimus, quia ſolũ iuriſdictionẽ excitare, non autẽ eam exercere poſſunt, & vltra authoritates, ibi addu-
2 ctas, ſic Auend. poſtea viſus de exeq. mand. c. 5. nu. 7. par. 1. Maſtril. de Magiſtr. lib. 4. c. 10. nu. 185 . quicquid aliter ſenſerint Iaſ. & Rip. in l. nemo poteſt ff de leg. 1.

Indè fundauimus, non poſſe immunitatem ab aliquo onere, Vaſſallo con-
3 cedere, cũ talis facultas ſoli Principi cõpetat ad tex. in l. 1. C. de Immun. nemin. conced. lib. 11. & obſeruatione dignum eſt, quod neq; cognitio ſuper immunitatis prætenſione ex priuilegio, vel de iure cõmuni, ſi ea cauſæ cogni-
4 tionem requirat, & dubia ſit, ad Baronalem Curiam pertinet, ſed tantum ad Regios Magiſtratus. Auend. c. 14. par. 2. nu. 33. Boer. dec. 256. Incidenter tãtum cognoſcere poterint inferiores, ſuper obſeruantia priuilegij, & eius tenoris, ſed non ſuper cauſa principali, Gail. obſer. 1. nu. 1. Cancer. lib. 3. var. reſ. tit. de priuilegijs n. 148. Adeo qđ licèt certi iuris ſit, Patrẽ onuſtũ ex numero duodecim liberorũ, eſſe immunẽ
5 ab oneribus perſonalibus, & realibus, l. l. ſemper ff. de iure immun. l. ſi quis decurio. C. de decurion. lib. 10. tamen talis exceptio, & immunitas, debet à Principe, & eius Regia Camera obtineri, & non ab inferiori Iudice decerni, Guttier. de tutel. cap. 21. par. 1. num. 3.

Et non ſolum Baro immunitatẽ ab aliquo onere publico, vel priuato concedere non valet, ſed neq; immunem facere poteſt ſubditum, ab oneribus
6 feudi, quæ debent Vaſſalli in ſeruitijs: nam quamuis in ſui præiudicium poſſit ſibi, & feudo in vita præiudicare, iuxta ea, quæ in præc. cõment. prag. 8. p. 3. n. . . . explicauimus, tamẽ quia exẽptio, & immunitas conceſſa aliquibus cæteros onerat, Cumq; onera ſint inter Vaſſallos repartienda, ne vnus plus altero oneretur, Bartol. in l. ab omnibus ff. de leg. 1. l. debitorem ff. de pact. & dicam infra cap. 90.

Vndè ſi Princeps voluerit aliquos immunes facere à ſolutione functionũ fiſcalium, & tributorum, ſibi detrahendum erit in cõputum illius, quod de-
7 bet Vniuerſitas, Abb. & Felin. in c. accedentes de præſcrip. Ripa in l. ſi ſe non obtulit nu. 32. ff. de re iud. arg. tex. in l. vnica C. vt nullus ex Vica. lib. 11. Franc. Marc. dec. 490. p. 1. Capp. Thol. q. 349. Andr. de Barulo in l. in fraudẽ, C. de annon. & trib. lib. 10. & ſic Barones nec ſuper alienis, nec ſibi debitis immunitatẽ concedere poterit, immunes faciendo ſuos ſeruos, familiares, venatores, & alios ſuos confideratos.

Limita ſi Baro cũ conſenſu Vniuerſitatis ex cauſa publicæ vtilitatis immunitatem alicui concedat, vti Medicis, & alijs magiſtris artiũ, ad hoc ne diſcederẽt à Ciuitate, & loco, ad tex. in l. 1. C. de decret. Decur. lib. 10. Abb. in c. peruenit de Immun. Bart. in l. euacua-

cua-

Digitized by Google

cuatis, C. de decur. Ripa in l. ſi ſe non obtulit num. 37. ff. de re iud. Petra de poteſt. princ. cap. 3. quamquam alij ſint opinionis, adhùc requiri aſſenſum Principis, cum talis immunitatis cognitio, ad Superiores pertineat, vt dixi ex Luca de Pen. in l. 1. C. de ijs, qui à Princ. vac. Ozzaſc. dec. 95. Franc. March. dec. 102. par. 2. & ſic ad maiorem validitatem ſolet obſeruari, licèt parte nõ opponente multa tranſeant, vt ait gloſ. in l. vniuerſa C. de prec. Imper. offer. & ibi Iaſ.

Indè eſt, quod ex cauſa neceſſitatis, & publicę vtilitatis poſſet Vniuerſitas ſtatuere, vt immunes, & exempti contribuant, vti tempore belli, famis, vel neceſſitate molis debitorum, ad tex. in l. vnica C. vt nem. liceat in emp. lib. 10.
9 l. 1. C. quib. muner. lic. ſe excuſ. Soccin. in l. ſi ex toto num. 6. ff. de leg. 1. Miſinger. obſer. 70. Valaſc. conſul. 21. nàm omne priuilegium conceſſum, tacitam habet conditionem, niſi aliud ne-
10 ceſſitas, vel publica vtilitas ſuadeat, l. iubemus nullum C. de Sacroſ. Eccleſ. Crauet. conſ. 294. D. Regens Conſtant. in l. ſi quis decurio nu. 44. C. de decur. lib. 10. & D. Regens Tapia dec. 23. num. 76. quod omne priuilegium quantumcunq. generale tempore belli, & peſtis non proſit ad immunitatem vti Reipublicæ damnoſum. At tamen talis derogatio, ſine Principis reſcripto
11 fieri non poteſt ad ſolam concluſionẽ Vniuerſitatis, & Baronis, Alex. conſil. 216. vol. 2. D. Tap. loco citato nu. 80. nã Princeps intueri debet, ſi adſit talis neceſſitas, vel publica vtilitas, vt tertio præiudicetur, Ricc. coll. 1771. & nõ ſunt multi dies, quod Vniuerſitas Giſuni fecit parlamentum, concludendo, vt neq; milites, alijq; exempti, per bienniũ immunitatem gaudere debeant, vt poſſit releuari ab oppreſſione tot debitorũ, & Regium aſſenſum impetrauit, & cõmiſſa obſeruantia Reg. Aud. Salerni, cõtra eos, qui renuebant contribuere.

Similiter, vt ad primum inſtitutum redeamus. Neq; ad tempus, Barones poſſunt immunem quẽ facere, dando
12 dilationẽ debitoribus, ne capi poſſint, aut moleſtari à creditoribus, cum ad ſolum Principem ſpectet, Petr. de poteſtat. Princ. cap. 8. Menoch. conſ. 244. & de arb. Iud. caſu 336. Cabal. reſ. crim. 50. & Giurba conſil. 76. num. 5. ex cauſa neceſſitatis perhibendi teſtimonij, vel ſimilis, poſſe per dies guidare dixi in prag. 6. quam facultatem etiam Iudicibus competere ait Alex. in l. conuentionum ff. de pact. Fulgoſ. cõſ. 200. & Giurba loco citato.

Superiores tamen Magiſtratus habent hanc iuriſdictionem à Prorege conceſſam, vt vidi in Reg. Audien. Calabriæ, *H*idrunti, & in Prouincijs Baſilicatæ, Principatus Citra, & Vltra, qui-
13 bus præfui, & nunc in M.C.V. quæ habet facultatem debitoribus Inopibus carceratis dandi dilationem à ducatis quinquaginta infra, ſoluendis menſatim, vſq, ad annum, arbitrio Tribunalis & innuit Theſ. dec. 186. in fine.

Sed fuit controuerſum, dum creditores opponebant, non eſſe relaxãdos, niſi prius præſtita cautione de ſoluendo, iuxta diſpoſitionem tex. in l. vniuerſa C. de prec. Imp. offer. qui dicit aliter dilationem nullius eſſe valoris, & ſic Carau. in Ritu 287. Ego ad releuationem pauperum, qui non reperiebant ſatiſdationem, dicebam, dictũ tex. pro-
14 cedere in dilatione quinquennali, & non in annali: nam in iſta ſufficit obligatio iudicialis iuratoria, vt Fabr. in terminis diff. 21. C. de prec. *I*mp. offer. & antea aduertit Boer. dec. 296. & ſic continuò obſeruamus in M.C. illos relaxando cum iuratoria tantum cautione. Denegamus tamen hanc dilationẽ
15 in multis, vti pro ſolutione mercedis, ſalarij, affictus, Guid. Pap. dec. 119. ſi creditor ſimiliter eſſet pauper, Affl. deciſ. 377. vel ſi debitũ eſſet pium, vel eſſet depoſitum, vel pretiũ rerum comeſtibilium, vt Boer. ibi, Gratian. diſcep. 222. & benè Fabr. diff. 11. C. eodẽ, qui iſtos, & alios caſus excipit, in quibus nulla dilatio debitoribus concedi debet à Iudicibus. M 2 Po-

Poſtremò aduerte, non ſolum Baronibus non eſſe permiſſum dare dilatio-
16 nem debitoribus, ſed etiam interdictã eſſe eis cognitionem cauſæ ſuper concurrentia creditorum à iure conceſſa, quando enim cõcurrit maior pars creditorum, ad dandam dilationem debitori, tenentur alij minoris sũmę concurrere, & ſi non concurrant, poteſt decerni, vt detur dilatio, non obſtante diſſenſu illorum, ex l. maiorem ff. de pact. ſed dicit Viuius dec. 38. quod talis concurrentia, & cognitio ſoli Principi, & eius Magiſtratibus competat, allegat l. fin. C. qui bon. ced. poſſ. quæ opinio nũ-
17 quam potuit mihi arridere; nam tex. quem citat ibi (quod ad Imperialem Maieſtatem pertineat ea cognitio) loquitur de miſerabili beneficio ceſſionis bonorum, quod non poteſt expleri in Curijs Baronalibus, nec demanialibus, Imò fuit dubitatum ſi Tribunalibus
18 Reg. Prouinciarum licuiſſet (quod nõ habet dubium,) quod ſic. Iſto caſu loquitur tex. Sed non in materia Iudicij concurrentiæ creditorũ, ſuper iuſtitia, & nõ gratia fundata, & ſic pro mea opinione vidi tenere Carau. Ritu 287 num. 3. & ſine ſcrupulo ſic continuò obſeruatur, vt in omnibus Curijs cognoſcatur iſta materia concurrentiæ creditorũ, & conceditur dilatio, ſi maior pars creditorum concurrat, iuxta iuris diſpoſitionem.

## ARGVMENTVM.

Priuilegio miſerabilium perſonarũ circa fori electionem, an cenſeatur tacitè derogatum per iuriſdictionem priuatiuè, & abdicatiuè Baroni conceſſam, & quid in cauſis executiuis.

Clauſula (prout tui prædeceſſores tenuerunt) an includat priuilegia, quæ ſpecialem requirunt expreſſionem.

Priuilegium fori ſuperueniẽs, an ſit iuſta cauſa mutandi iudicium, & per quot actus dicatur iudicium cœptum.

## SVMMARIVM.

1 *L. vnica C. quando Imper. ſemper vendicat ſibi locum, niſi expreſſè ſit derogata, vel ſi iuriſdictio priuatiuè, & abdicatiuè ſit conceſſa.*

2 *Auditor exercitus habet iuriſdictionẽ priuatiuam ad omnia Tribunalia.*

3 *Admiratus habet priuatã iuriſdictionem in eos, qui viuũt ex arte maris.*

4 *M. Admiratus habet parem iuriſdictionem cum Regijs Audientijs proinde eis inhibere non poteſt.*

5 *Electio fori ceſſat in executiuis cauſis*

6 *Remiſſio cauſæ ſuper liquidatione inſtrumentorum, quando debeatur.*

7 *Clauſula (prout tui prædeceſſores tenuerunt) quid importet.*

8 *Clauſula prædicta non extenditur ad præiudicialia, de quibus eſt facienda expreſſa mentio.*

9 *Priuilegiatus qui habet plura priuilegia, quando vincat in fori electione.*

10 *Electio fori, an deficiat, ſi vidua poſtea nubat, vel è contra an reuiuiſcat, & iudicium poſſit iurè mutari.*

11 *Lite cœpta quando dicatur ius quaſitũ Tribunali.*

12 *Effectus dicitur conſumatus per litis conteſtationem.*

13 *Iudicium an dicatur cœptum per libelli oblationem, & citationem, aut litis conteſtationem.*

14 *Iudicium perpetuatur per ſupplicationẽ parti intimatam in Sac. Conſ.*

15 *L. amplius ff. rem rat. hab. declaratur.*

16 *Priuilegium fori ſuperueniens non mutat iudicium cœptum, tam in ciuilibus, quam in criminalibus.*

17 *Miles pro debitis contractis ante militiam poteſt carcerari.*

CA-

Digitized by Google

## CAPVT XLIII.

PRiuilegio in cor-
pore iuris con-
ceſſo viduis, mi-
ſerabilibuſq; per
ſonis,in l. 1.C.
quando Imper.
inter vid. non
cenſeri deroga-
tum per plena
riam conceſſionem iuriſdictionis Baro-
ni tributam,dixi in præc.tract.nu.199.
1 ex dec.Franch.192. Nunc animaduer
tendum duxi,quod limitatur dicta de-
ciſio,ſi iuriſdictio eſſet data priuatiuè,
& abdicatiuè ad alios Iudices:nam tūc
quia videtur abdicata poteſtas ab om-
ni,præter inueſtitum,cēſetur tacitè fa-
cta derogatio,non obſtante,quod ſit di
ctum priuilegium inſertum in corpore
iuris,in quo ſpecifica debet fieri reuo-
catio, itā plenè reſoluimus ſupra cap.
37.& firmat Gratian. diſcept.forenſ.c.
182.& in facto dùm Vidua eligiſſet fo
rum Magnæ Curiæ de morte viri oc-
ciſi à Capitaneo Equeſtri,qui ex prag.
2 15.cum ſeq.de Milit. gaudet foro Au-
ditoris exercitus,petita remiſſione per
illum,adducendo priuilegium Militare
priuatiuum , vidi per Magnam Cu-
riam remiſſam cauſam, & carceratum
ad præfatum Auditorem , quamquam
non haberet ſpecialem derogationem
ad dictam legem.Idem fuit iudicatum
pro Admirato,qui habet iuriſdictionē
abdicatiuam ad omnes in ſuos ſubdi-
3 tos,qui viuūt ex arte maris, vt Frāch.
dec.722. Nam facta electione per Vi-
duam ad Magnam Curiam pro morte
filij,cuius homicidium patrauerat ſub
ditus dicti Admirati,petita remiſſione,
cauſa fuit remiſſa,probato in termino,
quod inquiſitus erat de ipſius iuriſdi-
ctione,ſic etiam obſeruauimus in Re-
gia Audientia Hidruntina,in qua cum
quidam Commiſſarius Admiratus,qui
erat deſtinatus in portu maris Brūdu-
ſini feciſſet homicidium,& eſſet facta
electio per pupillos ſi ios in Regia Au-
dientia , Capto Reo fuerunt expeditæ
literæ inhibitoriales à vice Admirato,
vt cauſā deberemus ei remictere, qui-
4 bus prouiſionibus non obediuimus,
quia dictum Tribunal non habebat iu-
riſdictionem inhibendi vti Superior,cū
parem cum Regia Audientia habeat
iuriſdictionem,ſed dedimus terminum
ſuper remiſſione , & conſtito nobis de
illius iuriſdictione priuatiua,& abdica-
tiua remiſimus cauſam,non obſtante
fori electione facta in noſtra Regia
Audientia per pupillos.
Ceſſat etiam priuilegium dictæ l.
vnicæ C.quando Imper. in executiuis
5 cauſis,in quibus celeritas eſt ſeruanda,
vndè abdicatiua cenſetur ijs cauſis da-
ta poteſtas, & ſic non practicatur tunc
fori electio,ſed vbi eſt cœptum iudiciū
exequitur,non obſtante quauis debita
remiſſione petita,vt Carau. Ritu 166.
à num.73. & propterea dùm eſſet cita-
ta Vidua ſuper tenore inſtrumenti, &
illa conuolaſſet ad Regiam Audientiā
per viam electionis fori,comparente
6 creditore,& dicente tractari de liqui-
datione via ritus cauſam remiſimus, &
probat Marant.in ſua praxi 9.diſt. art.
iudicijs Mercat.num.176.Couar. pra-
ctic.quæſt. cap.14 num.4.Gratian. di
ſcept.cap.182.num.6.Niſi Vidua com
pareret, & faceret depoſitum,tunc ſu-
per reliquis, in quibus peteret audiri
plenariè,poſſet eligere forum,iuxta ea
quæ dixi in præced.comment. hac 8.
prag.par.1.nu.83.
Quid ſi inueſtitura Baronis non ha-
beat clauſulam derogatoriam, ſed
ſit facta conceſſio , ( prout plenius
anteceſſores tenuerunt ) & in præce-
denti adſit derogatio, an per dictam
clauſulam,ſecundus Baro obtinere de
7 beat,videtur dicendum,quod ſic , cum
relatum ſit in referente cum omnibus
eius qualitatibus l. aſſe toto ff. de hę-
red.inſtit.l.ait prætor §.ſi iudex ff.de
re iud. & quod talis clauſula videatur

importare ſpecificam expreſſionem, facit tex.in l.omnes & ibi DD. C.de præſc.30.ann.de Pont.conſ.88.num.4 vol.2.Seſe dec.93. Capyc. in inueſtit. fol.132.verſ.& pro expreſſis. In contrarium replicandum tamen eſt,vt non ſufficiat dicta clauſula : nam feudo deuoluto ad Regem, extinguuntur priuilegia conceſſa, adeo quod ſi in noua inueſtitura denuò non tribuantur, & omnia exprimantur,non ſubintelligun tur,And.in cap.1.nu.13.ex quib.cauſ. feud.amict.& dicta clauſula generalis
8 adaptatur in ſpecificè expreſſis, non tamen extenditur ad inſolita,& præiudicialia,de quibus eſt facienda expreſſa mentio, ſic Dec. in rubr. de confir. vtil.vel inutil.num.3.Auend.de exeq. mand.cap.19.num.5.verſ. quæ confirmatio,Rolan. conſ.29.niſi concurrant aliæ multę præſumptiones, ex quibus mens Principis pro certo eligi poſſit, quod hęc particularia priuilegia in hunc etiam ſecundum inueſtitum concedere voluiſſet, Menoch.de arb. Iud. caſu 202.num.33.Franch.dec. 192.à num. 9.& dec.517.Gabr.Rom. titulo de clauſ.concluſ.5.Dec.conſ.165.Calder.conſ.11.Gozzad.conſ.9. & conferunt dicta infra cap.60.à num.31.

Hoc enim priuilegium eligendi forum à viduis, & miſerabilibus perſonis (quas in præc.tractat.hoc in loco enumeraui, quæ ſubintelliguntur ſub hoc verbo miſerabilium)non habet locum in multis caſibus,& inter alios nu.350. dixi,ceſſare ſi Actor,& Reus ſint priuilegiati, & licèt de iure communi fiat conſideratio,quis eorum habeat priuilegium pinguius,& quod naturale præferatur accidentali, & refert decem caſus D.Regens Tapia in l. fin. cap. 8.
9 part.2.ff.de Conſtit.Princip. Actamen in Regno non procedit hæc diſcuſſio, ſed pariter, cum quis ſit priuilegiatus, ſiuè cum maiori,ſiuè cum minori qualitate priuilegia conquaſſantur,Fräch. dec.553.quia Ritus generaliter loquitur,vt loco citato dixeram. Vnum obſeruatione dignum in hoc eſt quod adducit Fabr.diffin.1. C. quando Imper.vt ſi perſona fuerit priuilegiata, & etiam actio, veluti ſi vidua, vel virgo agat pro dote, quia tunc ineſt duplex priuilegiũ,ſi alter priuilegiatus concurrat,præualet electio fori illius, qui habet duo vincula, quæ de iure vincunt vnũ,§.affinitatis inſt.de nup.ſed loquitur ipſe ſecundũ ius commune,Cumq; in Regno Ritus ſimpliciter,vt dixi fuit interpetratus,cogitandum eſt ſuper diffin.Fabri.

Et non diſcedendo ab hoc articulo, Accidit quæſtio in Regia Audientia Salerni, vbi vidua eligendo forum ipſius Tribunalis conuenerat aliam Mulierem maritatã, & iudicium cœptum erat, ac proceſſum ad multa præparatoria, ſed interim Rea conuenta effe-
10 cta fuit etiam ipſa vidua,quia pendente iudicio mortuus fuit illius vir, & cõparuit,petendo cauſam remicti ad ſuũ domicilium,vt ibi conueniatur, cum Actor debeat forum Rei ſequi ex vulgata Regula. Dum ceſſauerat priuilegium Actricis, cum ambo nunc eſſent pariter priuilegiatæ, & priuilegium proindè conquaſſatum, Replicabat Actrix,quod vbi cœptum erat iudiciũ ibi debebat terminari, ex l.vbi cœptũ ff.de iudic.& ius ſuperueniens non poterat mutare forum,l.ſi quis poſtea ff. eodẽ,nam prout dixeram in hac prag. num.316. ſi priuilegiata decedat poſt litem introductam per viam electionis fori, quia ius erat quæſitum,non poterat peti cauſæ remiſſio,ex Franch.dec. 257. in fine, & dec.544. & propterea
11 idem erat obſeruandũ,quando ex parte perſonæ cõuentæ priuilegium ei ſuperueniret, & ſic in indiuiduo Giurba dec.82.qui ad partes diſputando articulum firmat,illum Senatum in partẽ negatiuam inclinaſſe, cauſam non eſſe remictendam, quia ſufficit, ut qualitas in actu requiſita adſit tempore initij, quamuis poſtea ceſſet, l. ad teſtium §. conditionem ff.de teſt.l.mela ff.de alimen.

men.leg. ſic à ſimili Affl.deciſ.210.ait reſtituendum eſſe maiorem in cauſa, quæ tempore minoris ętatis fuerat cępta: nam mutatio qualitatis ſuperueniens non nocet, Tiraq.regula ceſſante cauſa lim.4. num. 3. Ea enim regula, ceſſante cauſa, ceſſat effectus, nō procedit, quando congruo tempore ius fuerit quæſitum, vt Valaſc.conſul.57.Gratian.diſcep.cap. 182.Carau.Ritu 239. & quamuis effectus nō ſit conſumatus
12 ſufficit eſſe inchoatum, Tiraq. d. reg. lim.12.num.19.& ita Foller.in Conſt. Regni Statuimus, ex quibus hanc partem ſequuta fuit Regia Audientia, vt procederetur; In ea excitauerat tamen prius aliam difficultatem pars aduerſa, dicens poſſe dictam opinionem ſuſtineri, ſi iudicium fuiſſet cœptum per litis conteſtationem, vel termini dationē in cauſa, qui loco cōteſtationis in Regno habetur, cū ea in cauſis ciuilibus non obſeruetur, vt eſt notorium, & iudicium non dici per præparatoria cœ-
13 ptū, vt erat in cauſa prædicta, & propterea non poſſe fundari, verè fuiſſe ius quæſitum parti, vel Tribunali, arg. ex l.amplius non peti ff. rem rat. hab. vbi quis non dicitur petijſſe, & contraueniſſe pacto de non moleſtando, niſi lis fuiſſet conteſtata, & ſic tex. in §. 2. Auth.de litigioſ. quod non dicitur res effecta litigioſa per ſolam citationem, ſed per litis conteſtationem, quia litis pendentia non dicitur, niſi per dictum actum, qui eſt lapis angularis, & fundamentum iudicij, Doct.in cap. 1. vt lite non conteſt.

In contrarium reſpondebam, quod ad fundandam iuriſdictionem, & pręueniendum iudicium ſola citatio cum intimatione ſufficiat, ex Affl.dec.220. num.13.& dec.294.Valaſc.conſul. 57. Maſcard.de probat.concl.1227. & ſic excutit Barboſ. per illum tex. in l. ſi quis poſtea ff.de iudic.ex nu. 8. cum
14 ſeq. Indè continuò practicatur in Sacro Conſil. quod commiſſa cauſa per Præſidentem vni ex Conſiliarijs, & ſupplicatione intimata, Commiſſarius ille dicitur legitimus, Ita quòd ſi ex errore poſtea alteri committatur, primus Iudex erit confirmandus, licèt lis non fuerit coram eo conteſtata. Nec iura in contrarium adducta refragātur. tex.enim in d.l.amplius, & Auth.de litigioſis, procedunt ad effugiendā pœ-
15 nam litigij, nam in odioſis ſola citatio non ſufficit, ſed expreſſus dolus requiritur, qui naſcitur ex litis conteſtatione: ſecùs in alijs caſibus indifferentibus, vti ad acquirendam præuentionē, & iuriſdictionem in cauſis, nam ſola citatio ſufficeret, prout conciliant Barboſ.loc.præcitato, & Guttier. lib.3.practic.quæſt.cap.30.

Sed præuenta iuriſdictione, an ſi forus mutetur, perſona ſubijciatur nouo Iudici, vel primo, diſcuſſi hunc articulū hoc loco n.320.concludendo primum
16 eſſe Iudicē competētem, maximè ſi in fraudem quis fori mutationem procurauerit, & ſequitur Gratian. diſcept. for. cap. 421. & ita expreſſè mandat prag.16.§.14.de Milit.quod Miles effectus poſt delictum, remitti debeat ad Iudicem delicti, quia initiū ſpectatur in pœnis, ad fundandam iuriſdictionem, Caball. caſu 147. & Dominus meus Regens Valenz. conſil. 4. num. 20. Indè pro debitis contractis ante militiam practicatur, vt miles nō gaudeat priuilegio, vt carcerari non
17 poſſit, Peguer. deciſio.222.& dixi infra cap.56. Si verò quis mutet habitum, & ſtatum, facienda eſt alia diſtinctio, de qua vltra antiquos vide latè per Giurb. conſilio 15. Cæual. comm. opinion.quęſtio.563.Gratian.diſceptation.226.Marta de iuriſd.par.4. cent. 2. caſu 121.

AR-

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Electio fori competens perſonis priuilegiatis,an fieri poſſit ad Iudicem appellationis,aut à Iudice domicilij ad forum originis, vel tantum ad Regia Tribunalia.

Iuramentum perhorreſcentiæ an recipiat probationem in contrarium, & faciat corruere fori electionem.

Cauſa electionis fori ſi ceſſet, quia vidua maritum duxerit, an Baro remiſſionem petere poſſit.

Virgini Patrem habenti,an fori electio competat, & quid in ſtuprata.

Virgo quando ſuaſionibus dicatur violentiam eſſe paſſam, & quæ ſit pœna ſtupri.

## SVMMARIVM.

1 *Beneficium electionis fori non poteſt fieri ad Iudicem appellationis,vel domicilij.*

2 *Variare non licet à foro contractus ad originem.*

3 *Remiſſio non datur in contractibus.*

4 *Electio fori non competit conuento pro rationibus redendis tutelæ adminiſtratæ.*

5 *Iuramētum perhorreſcentiæ eſt prius præſtandum,alias electio corruit.*

6 *Iuramentum perhorreſcentiæ poteſt per Procuratorem ſpecialem præſtari.*

7 *Iuramentum perhorreſcentiæ recipit probationem in contrarium.*

8 *Iuramentum perhorreſcentiæ an ſit neceſſarium,quando ſit reuariatio à Superiore ad inferiorem.*

9 *Periurandi occaſio debet euitari.*

10 *Variationis ius extinguitur partibus concordatis.*

11 *Priuilegio electionis extincto, an Baro iurè petere poſſit remiſſionem cauſæ à Tribunali,*

12 *Virgo,vel vidua ſi maritetur, poſt ius quæſitum remiſſio non debetur.*

13 *Virgo,vel pupillus ſub patria poteſtate exiſtentes, nùm fori electionem habeant.*

14 *Dec.Franch.671.declaratur.*

15 *Filius ſine conſenſu patris poteſt accuſare.*

16 *Virgo pro ſtupro violento poteſt uti priuilegio electionis fori, ſed non pro voluntario.*

17 *Virgo quando præſumatur vi ſtuprata.*

18 *Suaſiones, & promiſſiones ducendi in vxorem, an inducant violentiam.*

19 *Stupri pœna, quæ ſit diſtinguitur.*

20 *Raptus ſemper præſumitur violentus, licèt mulier concurrat in fuga cum Amaſio.*

## CAPVT XLIIII.

MVltas quæſtiones in præc. tract. notaui ſuper materia electionis fori, quæ cōpetit perſonis priuilegiatis:Reliqua alia ponam,quæ mihi poſtea acciderunt in facti contingentia, Dixi inquam num. 336.inter cætera,electionem hanc fori deberi fieri ad Regia Tribunalia, & non ad alios Iudices inferiores, licèt

1 eſſent competentes reſpectu eligentis; cumque viderim adhuc alios Doct. cōtrarium ſentire, Ideò iterum meam ſententiam confirmando, dico non poſſe variari ad Iudicem ſecūdarum cauſarum,vel à Iudice domicilij ad Iudicē originis,& ita Staiban.conſil.74.num. 13. Nouar. coll. 223. ſuper pragmatica num. 7. nam tex. l. 1. C. quando Imperator, dat protectionem Principi miſerabilium perſonarum, & non alijs, & ita pluries indicauimus. Et

Digitized by Google

Et præcipuè in Tribunali Prouinciæ Principatus Citra, dum caſus accidiſſet, quod quædam vidua contraxiſſet in certo loco non ſui domicilij, vel originis, ſed extraneo, & ibi ſoluere cũ iuramento promiſiſſet, renunciando ſuo foro, dũ eſſet ibi conuenta, adueniente die habuit recurſum ad Reg. Aud. pe-
2 tendo vti Vidua prouiſiones, vt deberet cauſa remicti ad locum ſui domicilij, quem eligebat in forum, iurando perhorreſcentiã, Collega expediuit iuxta petita, ſed habito recurſu ex parte Actoris intimati ad ipſammet R. Aud. ſe grauando, commiſſa mihi cauſa, dicebatur ex parte Viduæ eſſe confirmãdas prouiſiones, quia perſonæ priuilegiatæ ſiue agant, ſiue conueniantur habent electionem fori, & variationẽ ex diſpoſitione Ritus: Vnde cum forus ſuæ originis, & domicilij erat cõpetens, poterat illum eligere, ac ad eũ cauſa erat remictenda, vt cognoſceretur.

Replicabatur ex parte Actoris, qđ iurè potuerat Vidua conuenta eligere forum ipſius Regiæ Audientiæ, vel M. Cur. ſed non forum ſui domicilij priuatum, & ſic electio non poterat ei competere. Dicebat etiam, quod eligere tenentur priuilegiati, Iudices competentes Regios, & non incompetentes, vt notaui hoc loco num. 336. cum ſeq.
3 ſed in caſu noſtro vltra dictum defectũ Iudex domicilij erat incompetens, nam cum ratione contractus illa ſortita forum eſſet illius loci, non debebatur remiſſio in cõtractibus ad alium l. hæres abſens §. 1. ff. de iud. & l. 1. C. de eo qđ certo loco, & dicam latius infra cap. .... & propterea ex iſta alia ratione debuerant reuocari prouiſiones, Hinc eſt, quod etiam ratione quaſi contractus electio non datur, ſi quis enim mulier vidua adminiſtraſſet tutelam,
4 vel aliud negotium rationis in loco, ſi ibi erit conuenta ad rationes reddendas, non poterit iurè eligere, & variare forum, etiam Regium, Gratian. deciſ. 180. Conſiliar. Paſcal. de Patria poteſt. part. 2. cap. 2. num. 109. Eſcobar. de ratiocin. cap. 7. nu. 56. quibus ponderatis circumſcripta fori electione, remiſimus, vt Iudex contractus procederet in cauſa.

Vlterius notaui, eſſe etiam neceſſarium in hac materia electionis fori præſtari ante omnia iuramentum perhor-
5 reſcẽtiæ, vt diſponit Conſt. Regni, ſtatuimus, & declarat Carau. Ritu 219. & nomine pupillorũ tutor poteſt iurare, & maiores priuilegiati abſentes debẽt ſpecialẽ procuratorẽ cõſtituere ad iurandum, vt Affl d. conſtit. num. 37. &
6 aliàs electio eſſet nulla, Theſſ. dec. 177. nu. 13. Franch. dec. 257. Dubium fuit excitatũ, an poſſit pars aduerſa contra hoc iuramentum contrarium probare,
7 ita quod tunc cauſa debeat remicti ad ſuum Iudicem, non obſtante fori electione, Thorus in 2. tom. dec. verbo terminus, refert non fuiſſe admiſſam hanc prætẽſionem oppugnandi, Actamen non facit mentionem, contrarium eſſe diſpoſitum ex cap. Regni 42. & 162. quod contra tale iuramẽtum poteſt pars aſſumere onus probandi contrarium, & Campan. ibi dat exempla, vt ſi deducatur, non eſſe verum, qđ cõuentus ſit perſona potẽs, ſed ipſe eligẽs forum, ſit magnæ authoritatis, & potẽtiæ, & demonſtret electionem fieri ad defatigandum impotentem, qui in Regio Tribunali non habet ſubſtantiam ſe defendendi, qđ tunc partes ſuperioris debent eſſe, vt priuilegium non ſit ingentiuum angariæ, & ita innuit Frãch. deciſ. 257. num. 6. Iudex enim debet Deum præ oculis habere, l. qđ ſi epheſi ff. de eo, qđ cert. loco, & mens legiſlatoris eſt actendenda, Doct. in l. quod fauore C. de legibus.

Similiter fuit dubitatum, quando fit
8 reuariatio à Tribunali Regio ad locum domicilij, & inferiores Iudices, an ſit de eſſentia præſtandum dictum iuramentum perhorreſcentiæ, & videbatur dicendum, ſi eſt verum, qđ tale iuramẽtum tribuit cauſam priuilegio, quia timetur potentia Aduerſarij, illud omnino

nino eſt præſtandum, & ita implicitè innuit Carau.Ritu 228.in fin.ſed Staiban.conſ.74 num.11.dicit, nunquam fuiſſe obſeruatum in reuariatione à ſupremo Tribunali, ad Curias inferiores, recipi iuramentum, quia daretur materia peierandi, qđ permitti non debet, iuxta text.in l. 2. C. de indict. viduit.

9 Verum eſt, quod tales reuariationes ſunt ſuſpectæ, & non admittuntur per Superiores, niſi facta diligentia, ſi partes ſe concordauerint, & ſolent cũ iuramento examinare variãtem, & hoc obſeruauimus in cauſis delictorũ grauium, quando enim partes ſunt tran-

10 ſactæ, vel remiſſionem fecerint, ceſſat ius, quod habebant variandi, quia extincta eſt actio, Cumq; ius ſit quæſitũ Tribunali tempore congruo, ideo non fit remiſſio, Franch. deciſ. 257. in fine, & proinde nõ admittitur tali caſu variatio, Carau.Ritu 233.Franch. dec. 100.num.21.

Sed an poſſit tunc ſaltim Baro petere remiſſionem cauſæ, cum ceſſauerit cauſa, ob quam fuerat deuoluta ad Su-

11 periorem Regiũ, Thorus in 2. tomo deciſ. verbo remiſſio dicit, fuiſſe iudicatum pro Barone, vt ibi refert, ſed fortiter obſtant ea, quæ dixi in præced. cap.ex num.10.vbi concluſimus, quod licet cauſa priuilegij l. vnicæ ceſſet, quia virgo, vel vidua poſtea maritetur, non per hoc ceſſabit, vt ius quæſitum

12 Curiæ, in qua fuit facta electio non ſit perpetuum, & cauſa non ſit remittenda.

Et licèt ea quæſtio loquatur in vna ex partibus petentibus remiſſionem, deficiente priuilegio electionis, idem videtur dicendum, quando Baro petierit; Cauſæ enim primæ inſtantię, ne Rei extra propria domicilia expenſis defatigentur, competit tam ipſis Ciuibus, quàm Baroni, vt dixi ſupra cap. 16. Adeo qđ etiam ſi ille non compareat ipſimet ciues remiſſionẽ legitimè petere poterint à Superiore ad eorum domicilium, Et ſic cum par ratio ſit in vno, quam in alio, idem ius eſt ſtatuendum, l.illud ff.ad l.aquil. l.iam hoc iure ff.de vulgar.& pupill. ſubſtit. Poſſet tamen dici, quod uirtus priuilegij ſit fortior, maximè ſi ſit cum clauſulis abdicatiuis: Vndè in occurrenti conſidera, quæ pro vtraq; parte adduxi ſupra, & in dicto cap.16.

Poſtremò veniamus ad reſolutionem quæſtionis, quam ſub dubio reliqui in præc.tract.num.329. An virgo in po-

13 teſtate patris exiſtens, & ſic pupillus habeant fori electionem, & ex ijs, quæ dixit Frãch.dec.100.& ex alijs, quos ibi adduxi videtur dicendum, quod ſic, licèt enim cauſa relata à Franch. non fuerit deciſa, ita tamen fuiſſe antea iudicatum enunciat, & in alia deciſ.671. videtur punctum decidiſſe, vt non competat pupillo dictum priuilegium, uiuẽtibus parentibus Patre, vel Auo, & ita Thorus 1.tom. deciſ. verbo incipiente Virgo, & Viſcont. in ſuis add. ad Franch.dec.100.

Et dum caſus accidiſſet in Regia Audientia Salerni, in qua ſoror virgo, querelam expoſuit cum electione fori de homicidio commiſſo in perſonam Fratris, & Dux Turſij vtilis Dominus Terræ Caſtilionis, petijſſet remiſſionem, nõ obſtante, quod non haberet derogationem, aduerſus beneficiũ l.vn.C.quando Imperator, ex eo, quia virgo habebat patrem, & propterea ceſſare beneficium electionis fori, ex doctrinis ſupra allegatis dicebat.

Pro Fiſco conſiderabam, quod dec. Franch. 671. quæ habuit pro abſoluto, non competere pupillo forj electionem, quãdo habet patrẽ, non loqui in criminalibus, ſed generaliter, Vndè

14 iura iuribus cõcordando, poteſt diſtingui, eã procedere in ciuilibus cauſis, in quibus de iure reſolutum eſt, qđ tã in profectitijs, quàm in aduentitijs, pater eſt legitimus adminiſtrator, & uſufructuarius, l.1. C. de bonis mater. & ſiuè agatur contra filios, ſiuè illi vellẽt actiones mouere, actio ſtat radicata in perſona patris, & ipſe eſt conueniendus, & ſine ipſo omnia acta ſunt nul-

la

la,vt communiter Doct. in l. fin.§.neceſſitate C.de bonis,quæ liberis. Hoc caſu cum ius ſit conſtitutum, in perſona patris,& iudicium actiuè, & paſſiuè in eo conſiſtit,ceſſant partes,& priuilegia filiorum pupillorum,vel Virginum, & benè procedit ea deciſio, ſed in criminalibus quando de iure filijs compe-
15 tit ius accuſandi, vt erat in caſu noſtro,nam mortuo fratre, in illius hęreditatem ſuccedunt parentes,fratres,& ſorores ex vulgata auth.defūcto C. ad Tertull.Cumq; quibus competat ſucceſſio, competit etiam ius querelandi, & remictendi, pragm.8.titul.de compoſit. Cumq; non ſit neceſſaria auctoritas,neq; Patris conſenſus, quando filij accuſant pro ſe, vel alijs, vt communiter eſt receptum, & teſtatur Clar. quæſt.14.n.7.

Ergo in hoc alio caſu,non procedere dec.Franch.vltimi tomi, ſed attendendam eſſe deciſionem eiuſdem 100. qui loquendo in cauſa criminali,enunciat ſemper, per Sacrum Conſil.fuiſſe iudicatum, Virginem fuiſſe admiſsā ad fori electionem.

Quæ opinio veriſſima mihi viſa fuit,maximè non contradicente patre, quod ille pręoccupaſſet in accuſando in foro delicti,vel domicilij, tunc eſſet diſcutiendum,cum ius vindictæ omnibus competat;num ſi pater occupauerit locum poſſit fieri diuiſio, & cauſa potius trahi ad forum electionis factæ per ſororem viduam, vel Virginem, vel ad forum electum per patrem, cuius actio fortior de iure videtur inter alios,& conſideranda erunt, quæ in ſimili diximus ſupra cap. 28. & quæ notat Farin.quæſt. . . . tit.de accuſat.

Itèm dum locuti fuerimus de Virgine,quando competit fori electio,eſt vi-
16 dendum, an pro ſtupro in ſui perſonā commiſſo, illa vti poſſit dicto priuilegio, & affirmatiuè deciſum eſt per S. C.teſte Franch.dec.599. ſed aduertendum duxi,iſtā deciſionē pcedere quādo virgo coactè ſtuprata fuerit,ſed non quando voluntariè, vt dixi in præced. Comment. quia in eo quod delinquit quis priuilegium habere poteſt,l. ſi ab arbitrio ff.qui ſatiſd. cogant.& pro reſolutione ibi diſcuſſi articulū, quando præſumatur ſtuprū violentum,vel volū tarium,& an vera ſit propoſitio,vt violentia illata dicatur etiam ex ſuaſionibus,blanditijs, & promiſſionibus, & clarius eam elucidando, duco con-
17 cluſionem virginem præſumi in dubio vi ſtupratā,eò magis ſi illa ſtatim cūquęſta fuerit,vel acclamauerit, vt Maſcard.de probat.concluſ.22. & 1411. & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi,cōcubitum fuiſſe voluntariū, ſaltim per legitimas pręſūptiones,deducēdo,quod virgo amauerit virū, illa miſerit dona, ambaſciatas, & alia, ex quibus iurè cognoſci, & pręſumi poſſit violentiam nullam interfuiſſe,Guttier. pract.quæſt.canon.cap.37. Farin.de delict. carnis quæſt. 147.§. dos, Molina de Iuſt.& iure quæſt.104.lib.3.Nec ſimplices ſuaſiones viri,violentiam inducunt,adeò quod ſi alia non concurrant,illę ſolę non ſufficiūt, quia ad inducendam puellam ad virginitatem amictendam,quælibet verba non ſufficiūt,ſi illa non habeat voluntatem ad copulam.

Et opinio dicentium,violentiam ex ſuaſionibus præſumi, poſſet ſubſtineri in falſis promiſſionibus,& deceptioni-
18 bus factis, ducendi eam in vxorem, vel de ea maritanda,& dotanda: item ſuaſiones violētiam trahunt, dum mulier fragilis ſit,& etiam facilis ad credēdum, vnde lex fingit hoc caſu violē tiam, ideò Sacrum Conſil. remigationis pœnā hoc caſu impoſuit, vt Frāch.
19 dec.333.nam ſi eſſet ſimplex non daretur pœna ſupra relegationem, ſed exilij §. item lex iulia inſtit. de publ. iud.Clar.§.ſtuprum num.5. Petra ad Gram.dec.107.& ſi mulier erit humilis conditionis condēnatio fit ad dotem aſſignandam, Fabr.diffin.5. C. de adulter.Ioſeph.Ludouic.dec.Lucēl.61 Guttier.loco citato: quando vero eſt ſtuprum,cum vera violentia, & non præ-

præſumpta, eſt pœna mortis,Franch. dec.534.& ex prędictis poteſt decerni, quando virgo pro ſtupro electionem fori poſſit habere.

In raptu verò commiſſo à viro,ſcias, quod non eſt facienda talis diſtinctio, ſed ſemper præſumitur de iure violentus,& furtiuus,licèt Mulier concurrat
20 in fuga cum Amaſio,ſic Affl.& Vrſill. dec.276.cum extractio à Domo Parẽtum ſatis ſit exoſa, & vituperabilis,l. 3 §. ſi quis volentẽ ff.de liber.hom. exh. Verùm eſt (vti dixi ſupra) pro ſtupro violenter præſumpto pœnã eſſe remigationis,& pro vera violentia eſſe pœnam mortis.

Idemq; procedit hoc caſu, quia præſumit lex violentiam,ſed mitius punit, quã mortis, Theſſ.dec. 218. num. 3. qui diſtinguit,qualiter Iudex conſiderare debebit, an puella ſit in poteſtate patris, vel in protectione matris, aut fratrum,vel ſit ſola in Domo, & ſi pro matrimonio cõtrahendo ſimul aufugiunt,vt bene Peguer.dec.43.& latius Seſe dec. 94.cum tribus ſequent. qui ponderat ſingulas præſumptiones, quando poſſit dici,Mulierem violenter fuiſſe raptam, & quando voluntariè, & an ſuaſiones uiolentiam inducant,& ſi confeſſio Mulieris, pro, vel contra releuet virum,vel ipsũ oneret,& nouiſſimè videndus eſt Fontanell. de pactis nup..tomo 2.clauſ.5.Gloſ.5.part.1.ex num.76.& ad hæc ſatis.

## ARGVMENTVM

Pœna auguſtalis impoſita per prag. contra damnum dantes, quando poſſit per Barones alterari,

Animalia Baronum,an teneãtur ad pœnam prædictam, & cui ſit applicanda.

Pœna impoſita ad ſupplicationem Vniuerſitatis an poſſit ex cauſa ea diſpoſitio reuocari, in præiudicium Baronis,maximè ſi adeſt Regius aſſenſus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Pœna arbitraria erat exactio pœna virtute Banni contra damnificantes, ſed per pragmaticam eſt taxata ad auguſtale.*

2 *Pœna non poteſt excedere damnum.*

3 *Pœnam Auguſtalis impoſita per pragmaticam an Baro poſſit alterare.*

4 *Damnum doloſè illatum poteſt puniri etiam criminaliter.*

5 *Damnum datum in defenſis, punitur habita ratione diffidæ.*

6 *Pœna damnificantiũ poteſt alterari in bannis,in locis Baronum.*

7 *Animalia Baronum,an poſſint intercipi pro damno,& an teneantur ad pœnam.*

8 *Baro & Vaſſallus de iure ad imparia non iudicari debent.*

9 *Ordinationes Vniuerſitatis pœnales, mediante publico parlamento,poſſunt per eandem reuocari.*

10 *Aſſenſus Regius non facit actum irreuocabilem, ſi reuocabilis eſt, ſolum confirmat.*

11 *Attendendum eſt, quod principaliter fit, & non quod in conſequentiam fuit conceſſum.*

## CAPVT XLV.

INter alia corpora intro ituum feudalium dixi, venire cognitionem, & iuriſdictionem baiulationis, & explicaui ex num. 352. quæ pertineant ad eam,& præcipuè pœnæ damnum dantium.quæ de iure communi debebantur vltra damni emendationem, vigo-
1 re cõtemptus Banorum, ne quis ingredia-

diuntur in locos appatronatos,& clauſos, & ad arbitriũ Baiuli moderabãtur, Albert.Brun.conſ.101.lib.1. & conſil. 189 lib.2.Surd.conſil.210.lib.2.num. 13.Cancer.lib.3.reſol.cap.13. numer. 372.ſed per pragm. in cap. ſtatuimus tit.de officio Baiuli,ſtatuta & taxata eſt pœna, vt non excedat Auguſtale, quod eſt valoris carolenorum quindecim.

Et explicaui, quod minus poteſt eſſe,ſi damnum non excedat pœnam, uel non attingat ad Auguſtale,ſi damnum verò erit vltra, pœna augeri non

3 poteſt,vt in Sacro Conſ. pluries retuli fuiſſe deciſum.

Super hoc ſuppoſito declarabo limitationes,quas Doct.voluerũt adducecere, & inter alios Auend. de exeq. mand. cap. 13. num.3. parte 1. dicit Barones,qui habẽt merum, & mixtum Imperium poſſe augere hanc pœnam, ſed de hac opinione non curaui,quia

3 loquitur ſecundum ius commune, & non ſecundum diſpoſitionẽ Regni noſtri,Sed Regens de Ponte de poteſtat. Proreg.tit.de prou. §.2. & latius conſ. 53.vol.2.ſequitur hanc ſententiam, & ita videtur innuere D.Rouit.in dict. prag.de officio Baiuli num. 11. quæ opinio ſi ſic ſimpliciter interpetretur eſſet dare anzam Baronibus augendi has pœnas ad libitum, & non video,cũ ſit taxata à lege poſſit metam eius trãſgredi, l.ſancimus,C.de pœnis, cum ſuperior non poſſit alterare,diſpenſare, & legem imponere ſuperiori, capit. cum inferior de maiorit.& obedien. &

4 proinde ad ſaluãdam hanc opinionem intelligerem,poſſe alterari pœnã hanc in damno, doloſè vel culposè illato, in quo poteſt oriri actio criminalis iniuriarũ,hoc dixit Auend. loc.cit.ſi eius verba perpendantur, & Affl. in Cõſt. Regni,Baiuli locorũ,& explicaui in pr. tract.n.365.ratione enim immixti criminis,licèt ſit de minimis, pœnã moderatè alterari ſubſtineri poteſt, & non alias, & ita ſentio,nam alias eſſet deſtruere diſpoſitionem pragmaticæ.

Inſuper limitant dictam pragmaticã vt non habeat locum, ſi damnum fiet in defenſis, in quibus ſoluitur fida, nã in iſtis locis exigitur pœna maior, fidæ inquam , & diffidæ contra introeuntes in iſtos locos defenſos, vt

5 explicaui in præced.comment.pragm. 11.& ita Auend.de exeq.mandatis Regum cap.12.num.3.& D.Rouit. in dicta prag.remiſſiuè num.3. & eſt notandum,cum multi Doct. errare uidi,non diſtinguendo,vt fuit dictum.

Item,alterari poteſt pœna contra damnum dantes in fundis ipſorum Baronum, quia maior obſeruatio eſt facienda in bonis eorum, ideo ius

6 ſingulare poſſe ſtatui Doct. dixerunt ex l.1.C.de grege domin.lib.11. & ita in terminis Cancer.lib.3.cap.13.num. 179.var.reſolut.Sed antequam ad extraneos diuertar, quæritur, an animalia Baronum damnum dantia teneantur ad pœnam , vti Vaſſalli eam ſoluunt, videtur, quod in generali ſermone Bannorum, quę emittuntur à Curia Baronali non includatur perſona loquentis,l. inquiſitio C.de

7 ſolut.tanto magis,quod pœna eſſet ponenda in introitu ipſius Baronis;vnde actio,& paſſio non poſſunt ſtare ſemel, l.debitori C.de pact.Contrarium fuit reſolutum, nam quod quiſq, iuris in alium ſtatuerit,ipſo eodem iure vti debet,tot.tit.ff.quod quiſq; iuris, & Dominus,& Vaſſallus ad imparia non ſũt iudicandi,vt bene Affl.dec.265. cũq;

8 lex ſtatuerit pœnam ſine exceptione, & lex generaliter intelligi debet,l. de pretio ff. de publici. Ideo Barones, vel animalium cuſtodes,ad damnum poſſunt condemnari, & ád pœnam, quę debet parti applicari, & non Baroni, alias pœna ſeruiret de vento, ſi deberet in burſam Baronis introire, Auen. loco citato nu.6.

Sed hoc notatur ad ſciendum, quid de iure reſolutũ ſit,ſed quis contra Dominũ, non ſolum Barones non curant ſoluere damnũ,quod ſua animalia cõmittunt in locis ſubditorũ, ſed ipſimet

mandant, vt ad libitum depaſci debeāt in locis apertis, clauſis, & vndiq, & tirā nydis eorum hodie ad ſummum redacta eſt: Exurge Domine, & vindica clamorem pauperum.

Conſecutiuè, aliā quæſtionē ſubnecto, quæ ſimiliter in facto fuit cōtrouerſa in Prouincia Hidruntina, & Barēſi, Vniuerſitates, & eorum ciues procurarūt emicti Banna pœnalia, vt nullus debeat introire in Vineas alienas tempore fructuū, & neq; Dominus eorum poſſit dare licentiam, niſi in ſcriptis, & notificata, ac conſignata Cuſtodibus, ſub pœna Baiulis applicanda, vltra carolenos triginta, ſuper qua cōcluſione fuerat expeditus Regius Aſſenſus, Cumq; tractu temporis iſtæ pœnæ redactæ erāt ad magnam iniquita-
9 tem, quædam Vniuerſitas publico parlamento interueniente reuocauit talē ordinationē, vt de cętero pœna aliqua non exigatur, niſi volente Domino.

Baro pugnabat, quod dum pœna erat mediāte Regio Aſſenſu impoſita, & ei acquiſitum ius, nō poterat eo inuito relaxari dicta ordinatio, l. id quod noſtrum eſt ſine facto noſtro auferri nō poteſt (dicit ibi tex.) ff. de regul. iur. in contrarium fuit replicatum, quod poſſet Conſiliū Vniuerſitatis ſemel, &
10 pluries ab eo diſpoſita reuocare, prout ſuadet publica vtilitas, & neceſſitas, nā per ea, quæ de nouo emergunt nouo indigemus auxilio, licèt fuiſsēt cū iuramento facta decreta ab ipſa Vniuerſitate, Doct. in l. decreta ff. de decr. ab ordine fac. Guttier. tract. de iuram. p. 2. c. 18. nu. 22. Nec eſt in cōſideratione in-
11 tereſſe Baronis, quia attenditur primordialis cauſa, quæ inſurrexit à volūtate ciuium, vnde mutata eorum volūtate, ceſſat id quod in conſequentiā venit, l. ſi quis nec cauſam ff. ſi certū pet. & ita punctualiter Cancer. lib. 3. var. reſ. c. 13. num. 334. Auiles prætorum c. 17. gloſ. incip. las Hara nu. 21. ex Felyn. in c. cum acceſſiſſent de conſtit.

## ARGVMENTVM

Pertinentiæ feudi, quæ dicantur, & an ædificata in terra feudali efficiantur feudalia, & quibus argumentis feuda terminentur.

Aquæ tam publicæ, quam priuatæ, quando ad Barones ſpectent, & an eorum curſus ad libitum mutari poſſit.

## SVMMARIVM.

1 *Diſtrictus ante translationem Imperij in terris nonerant, neque fines.*

2 *Finium circumſcriptio poſt introducta feuda inuenta fuere in inueſtituris.*

3 *Feudum in dubio, non habet pertinentias terminatas.*

4 *Conceſſo feudo, in ſuis pertinentijs, & annexis; quæ conceſſa dicantur.*

5 *Feudi pertinentiæ, aliæ ſunt proximę, aliæ remotæ.*

6 *Quicquid eſt intra fines feudi præſumi de feudo, quomodo intelligatur.*

7 *Feudo vendito in ſuo integro ſtatu, & pertinentijs, an cenſeantur conceſſa bona burgenſatica feudo adiecta.*

8 *Bona feudo vnita, & deſtinata, an comprendantur ſub feudo.*

9 *Deſtinatione mutatur natura rerum.*

10 *Aedificata in ſolo feudali, efficiuntur de feudo ſic & plantata.*

11 *Meliorationes in re facta, ſi excedūt valorem rei principalis, non cedunt ſolo, ſed ſolum cedit eis.*

12 *Dotalis fundus deſinit eſſe talis, ſi expenſa facta ſuperant extimationem illius.*

13 *Magis dignum attrahit minus dignum.*

14 *Incrementa, quæ accedunt feudo, quando feudalia dicantur.*

15 *Fi-*

Digitized by Google

15 *Fines denotantur in dubio per præſumptiones, vti per Montes, & colles, flumina, & alia.*

16 *Ocularis inſpectio ſuperat omne genus probationis, & in ea Iudex largas habet habenas.*

17 *Pertinentia feudi, quæ de iure dicantur.*

18. *Demanialia feudi, ſunt Nemora, fida, & alia.*

19 *Aquæ ſunt Baronis, & de eius demanio.*

20 *Aquæ, & flumina nauigabilia, ſunt de regalijs.*

21 *Aquæ, quæ naſcuntur in fundis priuatorum, ſunt ipſorum.*

22 *Aquæ, quæ naſcuntur in fundis priuatis in quantitate ſunt de feudo.*

23 *Aqua quæ naſcitur in loco priuato, dicitur publica, ſi conſtituat flumen.*

24 *Aqua, quæ naſcitur in fundo priuato, poteſt ad libitum diuerti.*

25 *Curſus ſolitus tranſire per vnum locum, non concedit quaſi poſſeſſionem ſimpliciter.*

26 *Curſus manu factus inducit poſſidenti actionem, & nō poteſt aqua diuerti.*

27 *Vſus aquarum ſemper debetur ſubditis pro pertinentibus ad victum.*

## CAPVT XLVI.

COnceſſo feudo: quæ iuriſdictio cenſeatur data: explicauimus in præc. tract. in prima parte huius pragmaticæ, & in 2. parte notauimus, quæ dicantur conceſſa circa pertinentia ad bona feudalia, facta inueſtitura, modò aliquas quæſtiones poſtea in cauſis controuerſas adijciam. Sed præmittendum antea eſt, quòd ante tranſlationem Imperij, quando pœnes Republicam conſeruabatur, caſtra, terras, villas, ſine alia licentia Homines ædificabant, vbi dege-
1 bant, & certa territoria, & locos ſibi appropriabant, occupabant, ac in eis dominia retinebant, & ſic vſu, & deſtinatione certum diſtrictum faciebant, ac Bald. in l. ex hoc iure gloſ. 13. ff. de Iuſt. & iure: Tranſlato vero Imperio, ac poſtquam cœptum fuit per Re-
2 ges feuda erigi, & Inueſtituras fieri de terris, & feudis, Princeps ſolitus fuit terminare feuda, per fines, & multoties conceſſiones generaliter fuerunt factę, & fiunt, concedendo caſtrum, vel terram, cum ſuis pertinentijs, diſtrictu, integro ſtatu, ac omnibus iuribus feudo annexis, & competētibus ſuper hac inueſtitura multæ quæſtiones, & dubia oriri ſolent, nam cum Ciuitas, Caſtrū, & terræ non habeant de iure territoriū circūſcriptum, niſi quatenus ex Regis
3 priuilegio, vel antiqua conſuetudine dicatur terminatum, vt benè Innoc. in cap. cum ad ſedem de reſtitut. ſpoliat. Bal. in l. 1. num. 12. C. de emanc. liber. & in l. 1. C. finiun. regund. Anchar. conſil. 141. adeò quod is qui terminos
4 allegat, probare tenetur, Bertrād. conſ. 37. vol. 1. Auend. de exeq. mand. cap. 4. par. 1. nu. 4.
5 Facta ergò conceſſione cum dictis clauſulis, eſt notandum, quod pertinentiæ aliæ ſūt proximæ: alię remotæ, ꝓximæ ſūt, quæ de iure feudo præſumūtur annexæ, vti de demanio feudi, vt infra dicā: Remotæ ſunt, quæ non inſunt naturaliter, ſi non reperiuntur expreſſæ, niſi deſtinatione, Bal. in cap. 1. §. ſi de manſo nu. 4. ſi de inueſt. fuerit controu. Menoch. lib. 3. de præſūp. c. 99. Frāch. deciſ. 116. In dubio enim, data generali inueſtitura, vel vēditione omnia pręſumuntur conceſſa, prout Anteceſſores tenuerunt, arg. tex. in l. prouinciali C. de ſeruit. & aqua, & ſi ſolita ſint accedere caſalia, Villæ, oppida, fortalitia, & alia Ciuitati, vel loco conceſſo omnia veniunt, vt benè Bertazzol. de clauſul. cap. 20. gloſ. 22. Bammacar. in cap. in generali ſi de feudo defunct. de Pont. conſ. 57. & 63. qui alias etiā quæſtiones ſuper hac materia explicant. Alia autem bona, quæ de iure præſumuntur libera, & allodialia, non cenſentur da-



Digitized by Google

6 ta,nec valet illud dictum,quicquid eſt
intra fines feudi,ſit de feudo:nam in
dubio præſumuntur à feudo excepta,
cum ab origine mundi bona fuerint li-
bera,& ſic hodie præſumuntur,niſi cō-
trarium probetur,Menoch. lib. 3. præ-
ſūpt. c. 100. cum ſeq. Auend.de exeq.
mand. cap.12.num.2.Clar. §. feudum
quæſt.18. Stat inquam concluſio,quod
quicquid eſt infra fines feudi ſit de
feudo, quoad iuriſdictionem,nō quo-
ad bona, Affl.dec. 167.Itē procedit,Ba
rone poſſidēte,ſecus verò, ſi tertius poſ
ſideat,nā tunc præſumuntur allodialia,
donec Baro contrarium non probet,
And.in c. 1.n.3.in add.de contr. inter
maſc.& fœm. de Pont. conſ. 11.nu.6.

His ſic explicatis, difficultatem mul
toties vidi excitatam, An vendita ter-
ra,cum dictis clauſulis, cum pertinen-
tibus,adiacentibus,& integro ſtatu,cē-
ſeantur etiam vendita bona priuato ti-
tulo quæſita,vel melloratata,vti feudo
7 annexa, & ſic vineæ, & maſſarię arbo-
ratæ, Palatium ædificatum, cenſus,&
penſiones emptæ,& alia burgenſatica:
Ex parte emptoris dicitur,quod ſic:nā
dum venditio fuit generalis,generali-
ter omnia in ea terra vendita præſu-
muntur,l.quęſitum §.Papinianus ff.de
fundo inſtr.& deſtinata ad feudum, di-
cuntur de feudo,l. fin.ff.de ſuppell. le-
gat.Maſcard.de probat.concl.14.& la
tè Surd.dec. 134. licèt enim naturali-
ter non ſint de feudo, nec feudalem
qualitatem habeant, tamen dicuntur
8 vnita feudo,& maximè ſi deſtinatione
potuerint argui,quod inſita ſint cum
feudo in exactione,in releuijs,& reinte
grationibus,arg.tex.in l. p̄dijs §.Titio
ff.de leg. 2. vbi ſi paterfamilias eme-
rit diuerſa iugera terrę in vno loco,&
de ijs poſtea conſtituerit vnum fun-
dum, quamuis ea iugera habuiſſent
diuerſas partes,& nomina,eo vendito,
vel legato, omnia veniunt, quia per
viam vnionis, vnicus fuit effectus lo-
cus,& ſic Alex.conſil.171.lib.1. Bald.
in l.1.ff. de rer.diuiſ.Capyc. in inueſt.
verbo feudorum acceſſoria.

Contraria tamen ſententia verior
reputata fuit, quod bona priuata, &
burgenſatica,in generali venditione
non ſubaudiantur, quia diuerſam na-
turam à feudo tenent, vndè in dubio
ſub quauis contextura clauſularum,
non veniunt, ſed ſuam ſeparatam na-
turam retinent, Ann. alleg. 29. & la-
tiùs Ann.filius conſil.100.de Pont.cō-
ſil.63.Petra de fideic.quęſt.3.ex num.
399.Indè aperto feudo Regi, non ve-
niunt incorporāda prędicta bona allo-
dialia,de Pont.conſ.11.Frecc. in 5. au-
th. lib.2. Si tamen plantata, & ædifi-
cata eſſent in ſolo feudali, quia ædifi-
cium, & plantatum cedit ſolo, ex vul-
10 gata regula §. quod in ſolo inſtit. de
rer.diuiſ. poſſet prętendere nouus em-
ptor,vel ſucceſſor,ea bona feudo acce-
dere, offerendo ſolutionem meliora-
mentorum,iuxta tex.in cap.1.§.ſi vaſ-
ſallus.Hic finitur lex.Gizzar. dec. 32.
Sed ego in facti contingentia defen-
debam contrarium, dùm venderetur
Terra Solofræ, vbi adeſt ingens Pala-
tium ędificatum,cum quadam Starſia
in ſolo feudali,& dicebam, veram eſſe
11 dictam regulam, ſed quando meliora-
tiones ſunt factę ſine fraude, & earum
valor excedit extimationem ſoli, tunc
mutatur natura rei,& ſolum cedit ędi-
ficio,& plantatis,& iuſtus cenſus pro ſo
lo conſtitui poterit,ad tex. inſignem
in l.ſi is §.quod dicitur ff. de iure dot.
ibi (ſed ſi tantum in fundum dotalem
12 impenſum ſit quaſi fundus eſt,deſinere
eū dotalē eſſe) & ratio eſt, quia magis
dignū trahit minus,& probat tex.in§.ſi
quis in aliena tabula inſtit. de rer.di-
uiſ. vbi inſignis pictura nō cedit tabulę
& ita Connan.lib.3. cōment.c.6.quod
13 notā. Cū nō facile hoc dictū inuenies.

Incrementa verò,q̄ veniunt ex cau-
ſa feudi etiam facto hominis, quando
feudo accreſcant,& vniantur,non puto
tranſcribenda notata per Doct. in cap.
ſi quis de manſo de contr.inueſt.Curt.
in ſuo diuerſ. feud.fol. 85.ex num.23.
Capyc.in inueſt.verbo feudorum aug-
mēta,de Pont.conſ.52.à n.31. Gizzar.
deciſ. 34. Sed redeundo ad digreſ-
ſa concludimus, bona priuata, &
bur-

Digitized by Google

burgenſatica non venire, etiam ſi Ba-
ro inter feudalia deſtinauerit, & tacitè
vniuerit: nam ratione ſuæ maioris com
moditatis, & non incorporationis feciſ
ſe præſumendum eſt, Menoch. conſil.
402. lib. 5. Alex. conſil. 169. lib. 5. Nat-
ta conſ. 479. Tiraq. de retractu conuẽt.
§. 36. gloſ. 3.

Vlterius, cum dixerimus, Caſtrum,
& Terras non habere partes, & confi-
nia terminata, qualiter erũt fines pro-
bandi, reſpondeo, recurrendum eſſe ad
præſumptiones, & coniecturas. Montes
enim, colles, valles, fontes, lapides, custo
15 dũ appoſitio, exactio vectigalis in lo-
co, exercitiũ iuriſdictionis, laboratio
territorij, paſcua, & fama publica, ſunt
in antiquis coniecturæ, & perfectę pro
bationes ad terminandum vnũ territo-
riũ ab alio, vt docet Bald. cõſ. 420. lib.
1. Guid. Pap dec. 195. Caſſan. in Cõſue
tud. Burgund. rubr. 1. gloſ. territoria,
Auẽd. d. c. 4. n. 19. & D. Regẽs Valenz.
conſ. 10. Multum etiam operatur ſuper
tali probatione ocularis inſpectio Iudi-
cis, quæ neceſſaria reputatur ad tex. in
l. ſi irruptione §. ad officiũ ff. finiu. re-
16 gund. ſuper qua largas habet de iure
habenas in iudicando, vt Paris de rein-
tegr. feud. quæſt. 327. Hieron. de Mon
te tract. fin. regund. cap. 101. Gratian.
diſcept. for. cap. 595. ex facie enim lo-
ci Iudex poterit arbitrari fines vtriuſq;
partis, & terminationem.

Poſtremò eſt declarandũ iuxta pręmiſſa, quod feudum habet pertinẽtias
17 remotas, de quibus iã dixi, de proxi-
mis verò, quæ inſunt feudo, & de iure
ſunt de demanio feudi eſſet tractandũ,
ſed de hoc latè ſcripſi in præc. com-
ment. prag. 11. & eſſe de demanio di-
cebam Nemora, ius fidandi, Clibana,
ex Luc. de Penna in l. quicũq; C. de
fund. limit. & etiam aquam, ex com-
muniori reſolutione eſſe Baronum, hoc
18 loco in dictis commẽt. notaui. Sed ſu-
per hac materia aquarum aliqua expli
cabo, nam licet multa dixerim, reſtant
aliqua declaranda: Poſui inquam con-
cluſionem, Aquas eſſe de feudo, ſed li-
19 mitaui, ſi eſſent nauigabiles, quia hæ
exceptæ ſunt, & reſeruatę Regi, vti de
regalibus, quæ niſi expreſſè concedan-
tur, non veniunt. cap. 1. tit. quæ ſint re-
gal. Item reſtringitur concluſio, niſi
aquæ naſcerentur in fundis priuatorũ
ſubditorum, quia tunc illæ ſunt in do-
minio ipſorum, vnde aqua ortum ha-
20 bet, Boer. deciſ. 178. Ann. alleg. 68.
cum alijs ibi coaceruatis, Et ita com-
munis eſt opinio.

Difficultatem verò, quam modo re-
ſoluere intendo, eſt an & quãdo aqua,
quæ naſcitur in loco priuato, ſit priua-
ta, & non in dominio Baronis, cum in
facto fuerit ſatis controuerſũ, & Doct.
variãt ſuper hoc articulo: Dicunt enim
multi, vt ſi aqua continuò fluat, & ſit
perennis, eam publicam dici, & cum
21 aquæ ſint Baronibus conceſſæ, & in
Regno non ſint de publico, vt Luc. de
Penna in l. vſum aquæ, C. de aquęduc.
lib. 11. Staiban. conſ. 22. num. 6. ergò li-
cèt aqua oriatur ex fundis ſubditorũ,
ſi ea erit perennis, videtur eſſe Baronis
ſic probat Bart. in l. fluminum ff. de
22 damno infecto, Franc. Marc. dec. 416.
par. 1. & dec. 315. Dec. cõſ. 244. Borgn.
Caual. dec. 5. par. 1. & dec. 22. cum ſeq.
par. 2. Alij & melius diſtinguendo di-
cunt, prædictam opinionem ſuſtineri,
ſi aqua ſit in quantitate, ita qđ faciat
flumen perenne, nam tunc illa aqua
publica dicitur, licèt ortum habeat à
loco priuato, & relicto vſu domini loci
poterit publico vſui deſtinari, ſic Ma-
23 ſcard. de prob. cõcl. 123. n. 19. Marc.
Anton. Eugen. conſil. 41. Si verò faciat
Riuum, tunc publica dici non poteſt,
Bal. in l. item lapilli num. 5. ff. de rer. di-
uiſ. qui loquens de priuato flumine,
ait, flumen ſi non erit magnum non di-
citur aptum ad publicum, ſed priuatum
commodum, & ſic conciliant Bartol.
tract. de Inſul. par. 2. & Cancer. variar.
reſol. lib. 3. cap. 42. num. 229. & ita in
facti contingentia pro Barone iudi-
cauimus, quia aqua, quæ excaturiebat
à loco priuato erat in quantitate, vnde
publico deſeruire erat dicendum.



Digitized by Google

24 Ex qua reſolutione, venit etiam declaratum aliud dubium. Nam quando aqua eſt priuati, ille poteſt ad libitũ diuertere, & mutare curſum, nec poterit conqueri vicinus partis inferioris, quod contra ſolitum aqua non fluat ad ſuum, probat tex. in l. proculus ff. de damno infect. l. 1. §. pen. ff. de aqua pluu. arc. Maſcar. loco cit. num. 12. Viu. dec. 411. num. 8. & licèt aqua per longiſſimum tempus vniformiter curriſſet, non per hoc quæritur aliquod ius vicinis Theſ. dec. 245. & eſt ratio, quia per rẽ inanimatam nil poteſt nobis quæri, gl.
25 ſollemnis in §. pen. Inſt. per quas perſ. nob. acq. Honded. conſil. 79. adeo qđ Dominus aquæ curſum illius vendere valet, cui voluerit, Borgn. dec. 5. num. 49. par. 5. niſi aqua illa priuata publico vſui pro victu hominum fuiſſet deſtinata: nam tunc tàm fauore publicæ vtilitatis, quam patientiæ partis, quæ vidit fieri talem deſtinationem ſuæ aquæ, non poterit curſus diuerti, vt Add. ad Theſſ. alleg. deciſ. Franc. Marcus dec. 111. par. 2. Et licèt contra prædictam concluſionem videatur obſtare tex. in l. 3. §. ductus aquæ ff. de aqua quot. & æſt. l. 2. in fine C. ad l. aquil. & l. 1. §. fin. ff. de Riuis, vbi habetur non licere diuertere aquam à ſolito curſu Intellige, vt iſta iura procedant, quando aqua ex loco publico quis vellet diuertere, vel opus aquæ ductus, manu factum, vellet deriuare, nam cum ius ſit quæſitum, iſtis caſibus fieri non poteſt aliqua immutatio, Bal. & Salic. in d. l. 2. Crauet. conſil. 124. Cœpoll. de ſeruit. tit. de aquæductu, Caualcan. deciſ. 6. par. 1. & nouè Staiban. conſil. 21. cum ſeq. alias licita eſt deuiatio, & variatio ad libitum Domini fundi, & ex prædictis remanet elucidata hæc materia, quando aquæ poſſint dici pertinere ad Barones, ità quod poſſit prohibere ſubditos, ab illarum vſu, vel concedere pro aliquo artificio, miniſterio, vel irrigatione, iuxta dec. Franch. 183. In omnibus tamen caſibus: finaliter aduertendum duxi, quod & ſi aquæ pertineant ad Barones, vſus tamen pro victu, & commoditate ſubditorum non dicitur exceptus, & ſic fructus piſcationum publicus remanet; Viu. deciſ. 443.

## ARGVMENTVM

Vniuerſitas quando conſentientibus omnibus ciuibus, collectas, & vectigalia abſque Principis licentia imponere poſſit.

Nundinæ ſi erunt conceſſæ ad certos dies, an facta prorogatione ipſarum, prorogata etiam dicatur iuriſdictio Magiſtri nundinarum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Barones nõ poſſunt imponere collectas, vel aliud onus perſonale, aut reale Vaſſallis, quamuis habeat iuriſdictionem meri, & mixti imperij.*

2 *Vniuerſitas etiam conſentientibus omnibus ciuibus, collectam abſque aſſenſu Principis imponere non poteſt.*

3 *Collecta, ſeù taxa inter ciues imponi poteſt per Vniuerſitatem, præcedente parlamento, & decreto Iudicis, ſi præſentanea, & magna vrgeat neceſſitas.*

4 *Ciues diuites cogi poſſunt ad mutuandum pecuniam Patriæ, exiſtente neceſſitate.*

5 *Vniuerſitas ſtante neceſſitate poteſt ante tempus exigere ſuos introitus.*

6 *Nundinæ erigi non poſſunt, nec Iudex in eis creari, niſi cum Principis licentia.*

7 *Nundinæ ſi ſint à Prorege prorogatæ, an ſpectat quoq; Iuriſdictio ad Magiſtrum Nundinarum, vſque ad numer. 17.*

*8 Iu-*

Digitized by Google

8 *Iuriſdictio ad tempus, illo finito expirat.*
9 *Omißum habetur pro ommiſſo.*
10 *Mentio expreſſa vbi eſt facienda, non ſufficit ſubauditus intellectus.*
11 *Iuriſdictioni ordinariæ, in dubio derogatum, quanto minus præſumitur.*
12 *Prædeceſſorum negligentia, & patientia, non nocet ſucceſſoribus in officio.*
13 *Principis mentem, & priuilegium interpetrari non ſpectat ad inferiores, quod declaratur num. 17. cum ſeq.*
14 *Priuilegium ex obſeruantia ſequuta, recipit interpetrationem.*
15 *Prorogatio extenditur, prout in præcedenti.*
16 *Præiudicium non dicitur factum tertio, ex modica dilatione.*
18 *Priuilegij interpetratio ſi fieri poteſt ex iuris diſpoſitione ad* Principem *concedentem non eſt recurrendum.*
19 *Princeps non eſt certiorandus, quando cœleris requiritur expeditio ob temporis lapſum.*
20 *In poſſeſſorijs vltimus actus attenditur.*
21 *Vna eademque res non debet diuerſo iure cenſeri.*

## CAPVT XLVII.

COnceſſa iuriſdictione, cum poteſtate meri, & mixti Imperij in Vaſſallos, non per tãtam prærogatiuam ſubintelligitur data poteſtas, vt Barones poſſint ſubditos grauare, exactiones, collectas, vectigalia, vel aliquod minimum onus reale, nec perſonale eis imponere, Lu-
1 cas de Pen. per illum tex. in l. 1. C. vt Ruſt. ad vllum obſeq. Doct. C. noua vectig. imp. non poſſ. Iacob. de Sancto Georg. de feud. verſ. & promiſerunt. Imò neque Principi licere, ſine vrgenti cauſa dixi ſupra cap. 1.

Neque Vniuerſitatibus conſentientibus omnibus ciuilibus datur facultas imponendi nouas gabellas, vel colle-
2 ctas abſque licentia Principis, nam eius eſt intueri, ne Subditi grauentur, ac depauperentur, & vti bonus Paſtor inuigilare debet, vt vniuerſales introitus, rectè diſpenſentur, & ideò ad ipſũ reſeruatum eſt videndi, ſi licentia ſit Vniuerſitatibus concedenda, vt noua vectigalia imponantur, Doct. in d. l. 1. C. nou. vectig. Guid. Pap. dec. 106. Capyc. in inueſt. feud. verſ. collectæ, maximè in Regno ex cap. Regni, Item quod Iuſtitiarij Iudices.

Sed antea quam ad alia diuertam, notabo, quod pluries fuit controuerſũ, an ſtante præſentanea neceſſitate, & improuiſa. Vniuerſitas poſſit impunè,
3 abſque Proregis licentia imponere aliquam extraordinariam collectam, vel gabellam pro illa vrgentia, deficiente introitu ordinario. Dũm multæ Vniuerſitates Prouinciæ Hidruntinæ eſſẽt anno præterito hoſpitiorum onere, & aliarum impoſitionum propter bella grauatæ, recurrebant ad Reg. Audientiam, vt eis licitum eſſet congregari, & taleam imponere poſſe, vt oneribus iniunctis ſatisfacere valerent, cum non ſuppeterent ſolitæ exactiones ordinariæ, & longa mora fuiſſet Principem adire, quando Milites, & Commiſſarij promptam, & præſtam pecuniam requirebant. Dubitabant Collegæ licentiam dare, quia ad Proregem hoc ſpectat, vt dixi, ſed replicaui, vt cognita veritate de ſupplicatis, qđ exitus ſuperabat introitum, & Vniuerſitas non habebat, vndè pecuniam exquireret, poterat ſine alia Principis licentia Ciues collectare, & taleã imponere, præcedente parlamento generali ſuper maiori expedienti, pro imminente neceſſitate. Ita Guid. Pap. deciſ. penul. ex Bald. doctrina in Auth. Sed ſi periculũ, C. ſine cenſ. vel reliq. Ioſeph. Ludouic. dec. 43. nu. 4. Auendan. de exeq. mãd. Reg. lib. 1. cap. 14. num. 7. & ſic habita ſummaria informatione de neceſſitate, & impoſſibilitate, fuit data licentia, ſe collectandi, vſque ad ſummam, quæ

Digitized by Google

quæ nobis viſa fuit neceſſaria tantum, pro illa occurrentia, E ſimiliter ad petitionem Vniuerſitatis cogebamus diuites ciues ad pecuniam mutuãdam, vſque ad certum tempus cum obligatione eorum de Regimine de reſti-
4 tuendo, quod de iure licitum eſſe fundaui in meo ſingul. 119. & ita Eſcobar poſtea viſus de ratioc. cap. 25. nu. 28. Et quandoq; conceſſimus, vt liceret Vniuerſitati exigere ſuos introitus à ciuibus, etiam antequam cederet tẽ
5 pus exactionis, & ſolutionis, vt probat tex. in l. 1. C. de condict. ex lege, Barboſ. in l. 1. part. 7. num. 1. ff. ſolut. matrimon.

Et redeundo ad primum inſtitutum Barones non poſſunt in Vaſſallorum præiudicium aliquid innouare, neque ſibi appropriare, ac vſurpare, quæ excepta ſunt, & reſeruata Principi, & in præced. tract. ſuper hac pragm. par. 2. numeraui caſus in quibus manus apponere non valent, & inter alios num. 51. dixi neque poſſe Nundinas in ſuis Terris indicere, Mercatores immunes facere, ac in cauſis mercatorum iuriſdictionem alteri delegare, vt vidi factũ à certo Barone: Nundinæ enim non poſſunt erigi, niſi cum Principis licentia, Sicq; creari particularẽ Iudicem in ipſis, de Pont. de poteſt. Proreg. tit.
6 de mercatis, & dixi ſupra cap. 39. Solet tamen conſentiente Barone, & ſubditis ſupplicantibus concedi hoc priuilegium nundinarum per dies, à Prorege, capta informatione, quod non fit præiudicium alijs, & ſolet commicti eidem Baroni, vt eligat Magiſtrum Nundinarum: In terris demanialibus eligit Prorex, ſi non adeſt particulare priuilegium tributum Vniuerſitati, vel particularibus ciuibus, vt exercere poſſint iuriſdictionem, durante termino dierum circumſcriptarum ad exercitiũ nundinarum: Et Salerni, in feſto Beati Apoſtoli Matthei, indictæ ſunt per decem dies, & iuriſdictio conceſſa reperitur Familiæ nobili Rugi, & vnus ipſorum exercet officium Magiſtri Nundinarum ipſis diebus, & fuit lis in Regia Audientia tempore quo ibi aſſidebam inter Straticotum ipſius Ciuitatatis, & Magiſtrum nundinarum: Fue-
7 runt inquam ad petitionem Vniuerſitatis Salerni prorogatæ nundinæ per alios dies quinque à Prorege, & iſtis diebus continuabat officium Magiſter nundinarum, ſed Magnificus Straticotus prætendendo, tempus priuilegij fuiſſe elapsũ, illum impediuit, & habito recurſu ad Regiam Audientiam à turbato in iuriſdictione: Straticotus ſe defendebat, quod iuriſdictio erat circumſcripta ad tempus, quo finito erat expirata, l. cum prætor ff. de Iudic. Nec
8 prorogatio feriarum facta à Prorege quoad immunitates mercatorum, extendi poteſt ad prorogationem etiam iuriſdictionis, quia ſi voluiſſet Princeps concedere, dixiſſet, cum ergo non dixit ommiſſum habetur pro ommiſſo, l. ſi extraneus ff. de condit. cauſ. data, l. ſi ſeruum §. prætor ait ff. de acq. hæred.
9 & vbi eſt facienda expreſſa mentio, non ſufficit ſubauditus intellectus, Bartol. in l. 1. ff. de iuriſd. omn. Iud. Eò magis,
10 quod non eſt de eſſentia, nec neceſſaria, vt connexa debeat eſſe iuriſdictio cũ ferijs nundinarum nã ſeperatè poteſt ordinarius cognoſcere ſummariè de cauſis, prout Magiſter nundinarum, & in dubio facienda eſt interpetratio, vt quanto minus cenſeatur de-
11 rogatum iuriſdictioni ordinariæ, l. 1. C. de offic. pref. vrb. Nec dicebat obſtare, aliàs Magiſtrum nundinarum exercuiſſe iuriſdictionem, facta ſimili prorogatione, quia negligentia, & patien-
12 tia prædeceſſorum non nocet ſucceſſoribus, Ann. in rubr. de Vaſſ. decrep. ætat. num 453. Palac. in repet. cap. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. fol. mihi 406. de Pont. conſ. 91. vol. 2. & iuriſdictio prorogari non poterat in perſonã, quæ non habebat, l. priuatorum conſenſus, C. de iuriſd. omn. Iud. Poſtremò allegabat, quod interpetrari mentem Principis, & eius priuilegium, non
13 ſpectat ad inferiores, ſed ab eo, qui legem

gem fecit,ad tex.in l.fin.C.de legib.& DD.in cap. cum veniſſent de iudic.

Contrarium tamen decreuimus,primò,quia ſic bis in facti contingentia tẽpore præterito fuit obſeruatum,& priuilegium ex obſeruantia ſequuta reci-
14 pit interpetrationem, Mant. de contr. amb.lib.2.tit.1.num.4.Franch.dec.22. & 166.vlterius prorogatio facta de nũdinis,cenſetur facta cum omnibus qualitatibus,& cum ſolito ſtatu, circa omnia,prout ex priuilegio erant conceſſę, Indè vidimus,Regiam Cameram, in damnum fiſci fuiſſe contentam, vt etiã tempore prorogato mercatores eſſent immunes à vectigalibus, & dohanis fiſco debitis,quia prorogatio extẽditur,
15 prout in præcedenti,Tiraq. de retract. conuent. §. 1.gloſ.10.num. 26. Marſil. ſing.52.& tex.in l.2.§.ſi Iudex ff.de Iudic.gloſ.in l.emilius ff. de minor. & quod non dicatur præiudicatum tertio ex modica dilatione,Tiraq.tract. de rebus exiguis num.79.Doct. in l. quo-
16 ties C.de prec.Imper. offer. Nec refert interpetrationẽ priuilegij ſpectare ad ſolum Principem : nam procedit
17 quando tractatur ſuper validitate, & valore ipſius priuilegij,ſecùs ſi incidẽder eueniat quæſtio inter partes circa earum præiudicium,nam tunc inferior cognoſcere poterit,Doct. in d. cap. cũ veniſſent,Gregor.Lopez l.27. gloſ. 1. part.2. Garſia de Nobil.§.1. gloſ. 1. Item ſi interpretatio fieri poteſt ex iuris diſpoſitione, non eſt neceſſarius re-
18 curſus ad Principem, vt perbellè articulum declarat Guttier.lib.4. quæſtio. 28.ex num.8. Inſuper tempus breue quinq;dierum,non patiebatur,vt Princeps eſſet certiorandus, quia interim tempus effluebatur , vnde celeris erat facienda prouiſio, Doct. in auth. niſi
19 breuiores C.de ſenten. ex peric. recit. & ex ijs Magiſtro nundinarum fuit data licentia exercendi ſuam iuriſdictionem.Idemque iudicauimus ad beneficium Magnificorũ de Pinto, & Cioffo Ciuitatis Salerni, qui ex priuilegio habent ius exigendi tributum ex certis Apotecis,& Salmis, quæ à mercatoribus introducũtur tempore dictę Feriæ: nã finito tẽpore ordinario oppugnabat Vniuerſitas d. Ciuitatis ,ipſos nõ poſſe amplius exigere,eò magis, quia ius ad ad eam ſpectare prætendebat, & quod aliàs in ſimili ea ſe oppoſuerat , & fuerat factum ſequeſtrum de dicta exactione , & ſic non erat in poſſeſſione exigendi, vt illi aſſerebant , & vltimus
20 actus eſt attendendus in poſſeſſorijs, Ann.alleg.131.Maſtrill.dec.51.Frãch. dec.548. replicabant prædicti,ipſos ab antiquo fuiſſe in poſſeſſione ſeruata forma priuilegij, & decretum anni præcedentis fuiſſe factum citra præiudicium ad euitanda ſcandala;vnde neminem lædebat,Doct.in l. æquiſſimum ff.de vſufr. & adducebantur quamplurimæ fides de eorum poſſeſſione , quæ de iure in poſſeſſorio ſummario ſufficiunt ad obtinendum,vt declarat Cancer.lib.3.var.reſol. titul. de manuten. & quod facta prorogatione nundinarum ius eorum etiam erat ſaluum fundabant ex decreto lato pro Magiſtro nundinarum,quod etiam erat obſeruãdum à ſimili in eorum cauſa, quia vna eademq;res non debet diuerſo iure cẽ-
21 ſeri,l.eũ qui ędes ff. de vſucap.& vna determinatio reſpiciens plura determinabilia pariter debet terminari,l.iam hoc iure ff.de vulg.& pupill.

## ARGVMENTVM.

Nobilitatis cognitio, an ad Principẽ tantum ſpectet.

Nobilitas generis, an amictatur ſi quis aliò ad habitandum migrauerit,vel ea conſeruetur per alios de familia,qui ibi degunt.

Identitas nobilitatis,& familiæ qualiter probetur, latè diſcutitur.

SVM-

Digitized by Google

## SVMMARIVM.

1 *Nobilitatis cognitio principaliter ſpectat ad Principem,ſed incidenter Iudex inferior cognoſcere etiam poteſt num.2.*

3 *Nobilitas generis deſcendit vſq; in infinitum,ideò graduum probatio neceſſaria non eſt.*

4 *Nobilitas quaſita in* Ciuitate *non amittitur, ſi Nobilis in alio loco habitauerit.*

5 *Nobilis de vna familia præſens in* Ciuitate,*cenſetur quaſi poſſidere pro abſentibus eiuſdem familiæ.*

6 *Familiæ identitas in antiquis probatur per præſumptiones.*

7 *Cognominatio eiuſdem familiæ, eſt præſumptio ipſius identitatis, maximè concurrentibus eiſdem inſignibus.*

8 *Inſignia aliena aliquem vſurpare non præſumitur.*

9 *Tractatus,& correſpondentia dãt pręſumptionem identitatis familiæ, & quaſi poſſeſſionem conſanguinitatis.*

10 *Nobilitatis coniectura eſt,ſi quis vixerit iuxta morem aliorum nobilium de ipſa familia.*

11 *Verba enunciatiua in inſtrumentis antiquis inducunt probationem ſuper identitate nobilitatis.*

12 *Archiuij* Regij *ſcriptura plenam facit probationem.*

13 *Coniecturarum plurium efficax dicitur probatio,& plena.*

14 *Publica vox,& fama ſuper nobilitate, in antiquis plenè probat,ſi de contrario non conſtet.*

15 *Idẽtitas familiæ probatur in antiquis per teſtes de auditu.*

16 *Teſtimonium intereſſatorum in cauſa probat in fauorem tertij.*

17 *Nobilium aſſertioni ſtandum eſt ſuper nobilitate alicuius.*

18 *Factum,& approbatum à maiori parte nobilium eſt obſeruandum.*

19 *Pro eo qui ad nobilitatem admitti petit,in dubio eſt pronunciandum.*

## CAPVT XLVIII.

INter caſus Baronibus exceptos, quorum cognitio ad eos non pertinet, ſed reſeruata eſt ſoli Principi,eſſe nobilitatis articulum obiter dixi in præc.tract.ſub hac prag.par.2.nu. 63. & ideo quando in aliqua Ciuitate diſtinctio Nobilium à plebeis tractãda eſſet,vel de declarando,quem eſſe nobi-
1 lem,talis cognitio ad Proregem remittenda eſt,quapropter dum in terra Rendę Prouincię Calabrię Citra in Regia Audientia eſſet hęc lis introducta, & cauſa vltra progrederetur,Collegis,& Partibus dixi nulliter procedicum ad Principem cognoſcere, vel de, legare has cauſas ſpectet,prout innuũt Otalora de nobili.par. 3.cap.2.Io.Garzia eodem tract.gloſ.1.ex num.28. D. Rouit.Prag. 3.num.6.de offic.Sac.Cõſil. Poſſent tamen inferiores incidenter cognoſcere, ſi quis vti nobilis aliqua immunitate gaudere prętendat, vel non condemnari ad pœnam plebeis de iure indictam, vt probat tex.in l.quoties C.de Iudic.Guttier. de iuramen.cap.16.num.7.Cęual.com. opin. quęſt.897.num.955.par.3.Auend. de
2 exeq.mand.cap.1. num. 33. verſ. 28. par.1.Caſſan.in Conſuetud.Burg rub. 6.§.4.nu.15.

Et in facto proprio, dùm via iudiciaria intentaſſem me eſſe reintegrandum ad gaudendam nobilitatem in Ciuitate Beneuenti,vndè mei anteceſſores ortum habuerunt, ex originaria, & antiquiſſima Nobili familia de Capiblãco, habui recurſum ad ſuam Beatitudinem,quę delegauit cauſæ cognitionem Gubernatori dictæ Ciuitatis, pœnes quęm fuit compilatus proceſſus,cum conditione,vt omnia ſuę Sac. Conſultæ referre deberet ante ſententię diffinitionẽ. Et ad victoriam cauſę ſe-

ſequentes allegationes ſcripſi, quas hic ad perpetuam veritatis memoriam inſerere volui, quod iure, & non gratioſè admiſſio, & reintegratio fuerit facta, & ſunt vtilia, & notabilia, quæ de iure ſupponemus, pro ſimilibus cauſis occurrẽdis in hac materia Nobilitatis.

Suppoſitis in facto, & in iure ſequẽtibus propoſitionibus, iuſtitia cauſæ Magnifici Doctoris Io. Franciſci Capiblanci Sole clarior eluceſcet.

Primò fundatur, communem eſſe DD. opinionem, nobilitatem generis in infinitum deſcendere, & propterea, non eſſe neceſſariam probationem gradum Agnationis in iudicio, vt quis gaudere debeat, ſed ſufficere demon-
3 ſtrare ipſum eſſe de familia, & ſtipite, licèt mille gradibus diſtet ab Anteceſſoribus, ſuper quibus erat fundata nobilitas, Bart. & Io. de Plat. in l. 1. C. de dignit. lib. 10. Tiraq. de nobil. cap. 15. Guttier. pract. quæſt. cap. 13. num. 38. lib. 4. Anna ſing. 102. Peregr. de fideicom. art. 43. num. 63. Nec talis generis nobilitas in aliqua patria quæſita perditur, ſi aliò quis ad conſtituendum domicilium ſe transferat, quia iura ſanguinis ſunt indelebilia, & ad poſteros iure naturæ tranſeunt, & loco non cir-
4 cumſcribuntur, ideò neq; abſentia, vel renunciatione ea amictuntur, l. iura sãguinis, ff. de reg. iur. l. ius agnationis ff. de pact. & ſic in terminis Guttier. dict. quæſt. 13. num. 95. Ann. conſ. 110. num. 68. Cęual. com. opin. quæſt. 688. Indè ſemper, vt quis ad Anteceſſorum patriam reuertitur, debet vti vnus de familia admicti, & ad honores reintegrari, prout alij de ſua agnatione gaudebant, & gaudent, Regens de Pont. conſil. 167. tom. 2. D Rouit. conſ. 80.

Et adeò ſolida eſt dicta concluſio, quod ſi quis de nobili familia in alium locum ad habitandum migrauerit, Ius nobilitatis ſuæ patriæ non amictit, neq; ſui deſcendentes, nõ ſolum quoad ius proprietatis, ſed ciuiliter retinet quaſi poſſeſſionem per alios de familia, qui habitant in loco (quod eſt notatu dignum) Ita quod ille, & poſteri ſemper, quod ad originarium locum redierint, non ſolum reintegrari, prætendere poterint, ſed conſeruari in poſſeſſione, li-
5 cèt diu non habitauerint, & honoribus loci gauiſi non fuerint, quia ſufficit naturalis potentia, & habitualis, quæ in ſanguine reſidet, & conſeruatur eorũ poſſeſſio per alios de familia, qui honoribus fruuntur, & per illos abſentes quaſi poſſidere cẽſentur, arg. tex. l. Põponius §. cum quis ff. de acquir. poſſeſſ. l. cum hæredes ff. de diuerſ. prçſcript. Bart. & Angel. in l. arboribus §. nam ſi agrum ff. de vſufr. Oldrad. conſ. 72. & in indiuiduo Seſe dec. 3. Garz. de expenſ. c. 9. ex nu. 20.

Quibus in iure ſic deductis, infertur, vt licet ipſe Io. Franciſcus, & ſui Parentes incolatum extra Ciuitatem Beneuẽtanam, in Ciuitatem Muri duxerint, cum probauerit, ortum ſuos Anteceſſores habuiſſe à perſona nobili, de ipſa familia Capiblanca Beneuentana, iurè ad honores Nobilitatis ipſius Ciuitatis admicti debet, & conſeruari in poſſeſſione, in qua ſteterunt, & ſtant alij de ſua familia.

Secundo ſupponimus ad probandam identitatem, vt quis ſit de aliqua familia, præſumptiones in antiquis pro per-
6 fecta probatione haberi, Dec. conſ. 595 & 146. Socc. conſ. 89. Maſcard. concl. 409. & 511. Simon. de Pret. de inter. vltim. vol. lib. 5. interp. 2. dub. 4. nu. 223. Crauet. conſ. 73.

Legitima enim præſumptio reputatur, quando perſona, cognomine ipſius familiæ ſemper vſa fuerit, nam iunctis alij coniecturis plenè probatur identitas: Nam etſi ſimpliciter non valeat cõſequentia: cognominatur quis de tali familia, ergo de ea eſt, attamen inter primarias legitimas coniecturas reputatur, Menoch. de præſumpt. lib. 6. c. 15 num. 48. Ann. ſing. 359. Garzia de No-
7 bil. glo. 4. nu. 29. Indè ſi concurrat, vt ea perſona vſus etiam fuerit eiſdem

armis

armis,& inſignibus,quibus vtitur illa familia,ſufficiens erit probatio,Bartol. in l.tutelas ff.de capit.dimin.& in tractat.de armis num.10.Ann. alleg.57. num. 20.Caſſan. in Catal. glor.mund. par.1.conſid.41.

*In* facto noſtro conſtat ex actis, & eſt notorium,ipſum Io.Franciſcum, & ſuos Anteceſſores ſemper cognominatos fuiſſe de ipſa familia, & vſos fuiſſe eiſdem armis,vt vtuntur Beneuēti ipſi Nobiles de Capiblanco,& vltra teſtes, Inſignia patent in eius Domibus, Monumento antiquiſſimo, & Monaſterio Monialium erecto ab ipſis.Iuſpatronatu familiæ ipſius Io.Franciſci, in dicta CiuitateMuri, in quibus omnibus con-
8 ſpiciuntur dicta Arma. Qui enim non eſt de ſtipite non præſumitur vſurpare aliena inſignia, cùm poſſet prohiberi, & puniri,l. 1.& ibi DD.C.vt nemi. lice.ſign. impon. Regens de Pont. de poteſt.Proreg.tit.de Inſignijs,& armis, Tiraq.de nobil.c.13.

Accedit alia iuris præſumptio; fuit enim probatus tractatus,ſeù correſpondentia adinuicem,inter illos de Capiblanco exiſtentes in Ciuitate Beneuēti, cum iſtis commorantibus in Ciuita-
9 te Muri ſemper habita, quæ maximā dat præſumptionem conſanguinitatis, imò quaſi poſſeſſionē parētelæ,ad tex. in l.non epiſtolis,& gloſ.in l.ſeq. C. de probat,Roland.à Valle conſil. 22. nu. 26.Paris.conſil. 10.vol.2.Ann. conſil. 110.nu.27.Genua de ſcrip.priu.lib. 3. quæſt.33.ex num.20.Surd.conſ.1.nu. 61.lib.1.

Inſuper ſatis confert, quod Perſona vixerit cum decore, & honore, iuxta qualitatem aliorum Nobilium de familia,Io.de Plat.in l.1.col.pen. C. de di-
10 gnit.lib.12.Alber. in Diction. verbo Nobilitas,Maſcard.de prob.concl.511. Actor ipſe qualiter cum ſplendore diuitiarum vixerit,notoriè conſtat,quibus honoribus fuerit inſignitus, non ignoratur.Parētes ſui,vz.Pater,&Auus fuerunt ambo Doctoratus inſignijs decorati,nobiliter vixerunt, & nobiliſſima matrimonia contraxerunt, nām ſuus Pater nomine Flauius ſe copulauit cum filia D. Franciſci Peralta Hiſpani generis Regni Nauarræ ex progenie Marchionum Falces: Auus nomine Ioannes nupſit ſe cum Lucretia Cauoto Ciuitatis Melfię ſorore Fra: Serafini Cauoti Excellentis militis Hieroſolymitani,& Commendatarij ipſius Religionis S.Ioannis,Et Abauus Bartolomeus,qui ſtipitē facit de ipſis à Beneuento ſe coniunxit cum Zenobia de Cillis Nobili, & diuite dictę Ciuitatis Muri,ob quod matrimonium ibi incolatum tranſtulit.

Nil refert,quod ex aduerſo aliquis voce dicat, in Ciuitate Muri eſſe aliquas perſonas,quæ ſimiliter cognominantur de Capiblanco: Nam notorium eſt lippis,& tonſoribus in dicta Ciuitate,& locis conuicinis,illos non eſſe,nec vnquam fuiſſe attintos ipſi Io. Franciſco,& ſuis Anteceſſoribus, nec ſanguine,nec affinitate,ſed à ſua familia prorſus alienos, prout per actum publicum etiam illi declarauerunt.

Vlterius coniectura identitatis familiæ concludens eſt, ſi in antiquis inſtrumentis, & publicis ſcripturis reperiantur verba enunciatiua, licèt propter aliud emiſſa,nominando perſonas Nobiles, deſcendentes ex tali familia:
11 Nam in antiquis veritatem enunciatam præſumunt,Grat.reſp.104.Rimin. *Iun*.cōſ.12.Affl.dec.83.& pro concluſione DD. ponunt verba enunciatiua, data temporis antiquitate probationē inducere,Crauet.conſil.564.vol.4.Maſcard. concluſ. 106.& 621. Franciſc. Marc.dec.208.par.1.In cauſa hac fuerunt præſentata inſtrumenta antiqua, quæ enunciant,illos noſtros anteceſſores degentes in d.Ciuitate Muri eſſe Nobiles Beneuentanos. Ad quid præfati hoc enunciare debuiſſent, ſi eis nō conſtitiſſet ſic eſſe veritatem, vndè cū nulla fraus,nullaque colluſio, ex tanto temporis curriculo argui poſſit,meritò con-

Digitized by Google

concludentem eſſe probationem aſſerendum eſt. Coadiuuat alia ſcriptura publica: Numerationi enim focula riorum à Sereniſſimo Rege ordinata in Regno in anno 1525. reperitur in Regio Archiuio ſequens declaratio, dum numeratur Ciuitas Muri, per hęc formalia verba (Dominus Bartolomeus de Capobianco de Beneuento, *Z*enobia vxor; *I*oannes Filius,) & ſcri-
12 pturam R. Archiuij plenã facere probationem omnes concludunt ex tex. in Authen. Ad hæc C. de fide Inſtrum. Auend. de exeq. mand. Reg. cap. 21. & Capyc. in *I*nueſt. feud. f. mihi 275. verſ. Archiuiarius ait, fidem extractã ex Archiuio probare, & legis vicẽ obtinere.

Ex quibus tot, & tantis legitimis præſumptionibus manifeſtè liquet ſatis
13 eſſe probatam Identitatem familiæ, ſi enim duæ coniecturæ in antiquis ſufficiunt, dato maiori numero efficacior eſt probatio, Crau. conſ. 143. nu. 12. & conſ. 156. Maſcard. quæſt. 10. num. 40.

Tertiò principaliter adducitur, quod vltra præcalendatas præſumptiones, & coniecturas adſunt aliæ ſequẽtes probationes, & Primo dicimus, de iure in antiquis publicã vocem, & famã ſuper Nobilitate, & deſcendentia plenam facere probationẽ, Aret. conſ. 37. Ceph.
14 conſ. 137. Maſcar. concl. 511. nu. 8. Tiraq. de Nobil. c. 10. ex n. 8. Quod fuerit & ſit publica vox, & fama in dictis Ciuitatibus, Ipsũ Io. Franciſcum, & ſuos Anteceſſores deſcẽdere ex ſtipite Nobiliũ de Capiblanco Beneuentanorum apparet ex proceſſu, & tali probationi ſtandum eſt, dũ contrarium non conſtat Soccin. conſ. 189. Ann. lib. 2. conſ. 110. nu. 52. Viu. com. opin. lib. 1. verbo fama, Crauet. de antiq. temp. 1. p. verſ. viſo à f. 93. Garzia de Nobil. glo. 7. nu. 22. & perbellè notat D. Regens Valẽz. Velaz. conſ. 92. à nu. 136.

Probatur etiã talis Identitas per teſtes de auditu, qui in antiquis perfectã probationem faciunt, Burſ. conſ. 152.
15 Menoch. de arb. Iud. caſu 475. Marſil. ſing. 371. Alex. conſ. 187. lib. 2. D. Valenz. conſ. 90. ex nu. 176. In facto noſtro adſunt probationes multorũ teſtiũ de auditu dictæ deſcendentiæ, quã ad partes diſtinguunt, & præcipuè depoſitiones Nobilium ſeniorum Ciuitatis Beneuenti, Perſonę omni exceptione maiores, qui teſtantur, redduntq; cauſã ſcientiæ, ſe audiuiſſe à ſuis Maioribus, quòd quondam Bartolomeus Capiblãcus, qui incolatum faciebat Muri erat de Nobili familia Capiblancorum Beneuentana, qui acceſſit cum Nicolao Antonio Peſce Beneuentano creato Epiſcopo in Ciuitate prædicta Muri, Auunculo dicti Bartolomei, & ibi dictũ ſuum Nepotem matrimonio copulauerat: Vndè ſatis ex hoc capite dicitur probata Idẽtitas familiæ. Ad cuius corroborationẽ fuerunt adductæ fides collationis Epiſcopatus in perſonam dicti Nicolai, & Inſtrumenta duplicatæ parẽtelæ, tunc temporis, inter illos de Capiblanco, cum dictis de Peſce Nobilibus Beneuentanis. Nec non deductum, dictam Familiam Capiblancorum in d. Ciuitate Beneuẽti eſſe originariam, & inter primarias antiquiſſimam.

Poſtremò confert alia probatio, & dicitur, nullam maiorem probationem ſuper Nobilitate, & ipſius identitate eſſe, quam teſtimonium ipſorum de familia, quibus vti intereſſatis, cum de eorum facto agatur plenè creditur, Bar
16 tol. in l. qui duos ff. de reb. dub. Maſcar. cõcl. 511. n. 9. & concl. 410. n. 33. Surd. dec. 145. Peregr. de fideic. art. 43. nu. 86. legatur publica atteſtatio quondã Thomaſij Capiblanci Beneuentani, qui Epiſtolam annis præteritis trãſmiſerat ad ipſum Doctorem, rogando, vt illam curaret ponere in tractatu, quem edebat de Baronibus, qui gloriatur de ſua familia talem deſcendere, Et in ſuo vltimo teſtamento mandauit Vxori, vt omninò curaret eorum filiam nuptui tradere cum Doctore Franciſco Antonio Capiblanco filio ipſius Ioan. Franciſci, vt bona conſeruarentur in familia, caſu quo ſuus filius vnigenitus ſine liberis decederet, quod



Digitized by Google

matrimonium( Deo ſic annuente )fuit deinde contractum.

Accedat etiam atteſtatio aliorum Agnatorum, qui ipſum Ioan. Franciſcum in talem receperunt, & aliarum omnium Familiarum Beneuenti, (præter tres perſonas, quæ ſe oppoſuerunt) quæ aſſerũt eſſe benè informatas,& clarè ipſis conſtare de aſſerta origine ipſius Io.Franciſci à Ciuitate Beneuẽti, & de facti veritate, & mediante ſcriptura declarauerunt eſſe proinde Ipſum cum ſuis deſcendẽtibus admictẽdum,& reintegrandum ad eorum Sedile, & Nobilitatem, vt gaudent alij Nobiles de Capiblanco. Aſſertioni enim tot Nobilium plenè eſt ſtandum cùm præſumi nequeat, tot inſignes
17 perſonas ita fatuas eſſe de negotio tam graui, vt ſine pleniſſima notitia conſentijſſent ipſum cum ſuis habere in eorum conſortio, ſic Felin. in cap. per veſtras, de prob. Ruin.conſil.141 vol.5. Rim.Iun.cõſ.53.cũ coaceruatis.

Quibus in facto, & in iure fundatis non eſt hæſitandum, ſententiam declaratoriam eſſe ferendam, vt ipſe Ioan.Franciſcus,vti de linea Nobili de Capiblanco admicti, & reintegrari debeat ad corpus Nobilitatis Beneuentanæ,vt gaudeat honoribus, & prærogatiuis,quibus gaudẽt aliæ Nobiles familiæ, quæ ſunt de Collegio,& Sedili.

Et remanet ex ijs excluſa oppoſitio illorum contrariorum, qui nil in facto adducere potuerunt,niſi emulationem. Neque erant à principio in Iudicio audiendi, ſed à limine ipſius expellendi, ex regula, quod factum à maiori
18 parte eſt obſeruandũ c.factum de reg. iur. in 6.l.qđ maior ff. ad municip. Et quãuis dicant, hoc negotiũ pertinere ſingulis,vt ſingulis,& ideò quilibet opponere poteſt, & audiri, Reſpondetur contrariam opinionem fuiſſe receptã, hoc ius pertinere ſingulis, vt vniuerſis tantum, vt per Pręſid. de Franch. dec. 2.vndè cum tres perſonæ de Nobilibus ſe opponunt aduerſus approbatum à cæteris omnibus, nullo modo audiri debebant, ſed contentus fuit ipſe Doctor, vt reſeruaretur ad merita cauſæ hæc oppoſitio, ad finem demonſtrãdi in facto, ſuam prætenſionem eſſe veriſſimam,& non mendicatam,ac pro obtinendo ſuam intentionem mediante Iuſtitia in contradictorio Iudicio.

Denique quamuis, vt fuit demonſtratũ, cauſa vllam habet difficultatẽ, illud aduertendum eſt in materia cooptionis ad nobilitatem ſemper pronunciandum eſſe pro eo, qui admicti petit, quando caſus eſt dubius,Bal.conſ.183 in fine,col.2.Alciat. conſil. 30. & 42. lib.2. Nam honor Collegij eſt, vt ſit plenum Hominibus,Seraſin.dec. 162. Franch.dec.207.à nu. 8. & cæteri ex tex.in l.Magiſtros,C.de profeſſ.lib.10. & l.3.in fin.ff. de decur. & ita indubitati iuris eſſe cenſeo,ni fallor in cauſa propria.Io.Franciſcus Capiblancus.

Sic fuit poſtea iudicatum in Sacra Congregatione Illuſtriſſ.Cardinalium declarando ipsũ Io.Franciſcum de ipſamet Familia Capiblancorum Nobili Beneuentana,& mandatum V.Gubernatori d. Ciuitatis, vt vti talem admicteret,& reintegraret ad corpus Nobilitatis affatæ Ciuitatis, prout gaudent cæteri Nobiles,& ita fuit per V.Gubernatorẽ exequutũ,& tradita poſſeſſio.

## ARGVMENTVM.

Prag.ędita,ne R.Tribunalia citare, & intromictere ſe habeãt in Vaſſallos Baronũ,niſi per viã appellationis,an extẽdatur,vt neq; poſſint capere informationes de delictis,quorũ cognitio pertinet ad Barones,& ſimiliter, an deſtinare poſſint Cõmiſſarios ad exequẽdũ in ciuilibus.

Informatio ſi erit capta ab Officiali loci, & alia poſtea a R. Cõmiſſario, ſi erunt differentes, & contraiæ,cui ſit ſtandum.

Remiſſio cauſę, an à Barone poſt ſententiam peti valeat.

SVM.

Digitized by Google

## *SVMMARIVM*

1 *Tribunalia Regia non poſſunt de primis cauſis ad Barones pertinentibus cognoſcere, niſi in caſu appellationis, & electionis fori.*

2 *Superiores poſſunt ad inſtantiam querelantium deſtinare Commiſſarios ad capiendas informationes de delictis Vaſſallorum, quorum cognitio ſpectat ad Barones.*

3 *Brachium non poteſt à Superiore inferioribus denegari.*

4 *Mutanda non ſunt quæ antiquam obſeruantiam habuerunt.*

5 *Brachium Regij Superioris poteſt impartiri contra debitores Vaſſallos.*

6 *Informatio capta ab Officiali loci poſt aduentum Superioris eſt nulla.*

7 *Informationibus duabus inter ſe repugnantibus captis à Superiore, & Inferiore de eodem delicto, attendenda eſt informatio Superioris.*

8 *Remittendæ non ſunt cauſæ Baronibus ſine termino.*

9 *Terminus non requiritur vbi non adeſt quæſtio facti.*

10 *Vaſſallus remittendus eſt ad ſuum Baronem ſine oſtenſione priuilegij, fallit in caſibus à iure exceptis.*

11 *Iudicatura bina vniformis inducit cõſuetudinem.*

12 *Exemplis non eſt iudicandum.*

13 *Sententiæ Inferiorum non faciunt ius.*

14 *Remittenda Baroni non eſt cauſa poſt ſententiam latam à Superiore.*

15 *Vna eademq; cauſa poteſt diuerſimodè iudicari, ex minima varietate facti.*

16 *Baroni non datur remiſſio poſt foriudicationem, fallit ſi foriudicatio ſit declarata nulla.*

17 *Ius ſingulare non eſt trahendum ad regulam.*

## CAPVT XLIX.

Licèt M.Cur. & Reg. Audientiæ dicantur Iudices ordinarij in toto Regno, & in dubio cumulatiuè, & non priuatiuè cenſeantur habere Iuriſdictionem ad Barones, vt dixi ſupra cap. 37. & in præc. tract. num. 67. tamen cum ferè omnes Inueſtituræ habeant hodiè ſaltim tacitè prærogatiuas abdicatiuas ad Regios Superiores, ideò ad ſupplicationem ipſorũ Baronum ęditæ fuerũt prag. 8. de citat. & 2. vbi de delicto, vt Vaſſalli eorum citari non poſſint, in ciuilibus, & criminalibus, & procedi ad
1 cognitionem cauſarum pertinentium ad iuriſdictionem Baronalem, niſi in caſu appellationis, vel facta electione ad inſtantiam Viduarum, & aliorum priuilegiatorum, quibus datum eſt ius adeundi ad Reg. Tribunalia, quia circuitus petendi remiſſionem, aliud non eſt, quam litigantes defatigare, & expenſis grauare.

*I*d quod nunc obſeruandum putaui eſt declarare articulum, quem Marchio Oriæ Prouinciæ Hidruntinæ in Collaterali Conſilio aſſumpſit, ſupplicando, ne permitteret, ſed prohibere debuiſſet Regiæ Audientiæ, ne ipſum turbaret, mittendo Commiſſarios ad capiendas informationes pro delictis, quæ committũtur in ſuis terris
2 à ſuis Vaſſallis, quorum cognitio, & poteſtas inquirendi, & puniendi ad ipſum ſpectat priuatiuè ad Reg. Audientiam, & Regios Superiores, tam virtute ſuorum priuilegiorum, quam ex diſpoſitione dictarum prag. & ita prouiſiones obtinuit, vt abſtineremus procedere, niſi in caſu negligentiæ, appellationis, & electionis fori: Replicauimus, nunquam Tribunal prædictum turbaſſe dictũ Marchionẽ, vel alium Baronẽ Prouinciæ ingerẽdo ex officio in eorũ cauſis, ſed quando Partes offenſæ



Digitized by Google

eorum expenſis, vel impotentes implorabant noſtrum brachium ſuperius, & efficacius ad detegenda delicta, in cauſis grauibus concedebamus Commiſſarium, & brachium, non ad turbandã iuriſdictionem, ſed ad maius Baronum auxilium, & cooperationem, nam præiudicium illis non infertur, ſed vtilitas, quia ipſis petentibus poſtea cauſæ remiſſionem, concedetur pinguis, & delictum magis probatum, quam ſi inquiſitio ab eius Officialibus inferioribus eſſet capta, Et quod Superior requiſitus teneatur oppreſſis petentibus brachiũ impartiri, & iniquũ eſſet ſubditis auxi-
3 lium denegare, probat notabilis tex. in l. ſi quis in hoc genus in fine, C. de Epiſcop. & cler. Viu. com. op. 356. & 369. Farin. quæſt. 97. caſu 4. Diaz pract. crimin. c. 154. Couar. pract. quęſt. cap. 10. prout eſt antiqua obſeruatio omnium Tribunaliũ ad petitionẽ delegare ca-
4 ptũrã informationis, vnde nõ ſunt mutanda, quæ antiquam obſeruationẽ habuerũt, iux. tex. in l. minime ff. de legib. Qua replicatione facta, ac relatione data Excell. Proregi, eiuſq; Collaterali, quamquã Marchio inſtetiſſet nil obtinere potuit, poſui hoc, quia multi Barones continuo ſuper hoc pugnant.

Ex eadẽ ratione defendebatur Secretarius d. R. Aud. (cuius officium retinet Dux S. Petri in Galatina) aduerſus d. Marchionẽ, qui prætẽdebat, vt R. Aud. brachiũ impartiri non deberet ſuper literis exequutorialibus, cõtra ſuos Vaſſallos debitores, & Cõmiſſarios expedire, dũ creditores ius, & iuſtitiã à ſuis Of-
5 ficialibus conſequi poterãt: Nã fuit reſponſũ, hoc obſeruari in omnibus alijs Prouincijs, & Tribunalibus, & non erat abſonum, quia experientia continua videtur, quod creditores, maximè exteri difficiliter à Capitaneis terrarũ obtinent, vt ſubditi coarceantur ad ſatisfaciendũ eorum debita liquida, inſtrumẽtaria, & obligationes iudiciales, licèt eſſẽt exequutiua, ſed accedentibus Executoribus, & Commiſſarijs Regijs recipiunt ſatisfactionem, & adeò vera eſt, hæc opinio, quod prag. 7. & ſeq. ſub tit. de Cõmiſſ. dãt facultatem creditoribus maioris ſũmæ Fiſcalium, & inſtrumentorum, vt poſſint deſtinare Ipſi Cõmiſſarios, & ſi contraria opinio foret vera, mandaſſet, vt Capitanei locorũ curam haberẽt exequi facere, ſed hoc non dixit, quia nunquam creditores haberent intentum.

Item præfatus Marchio, dũm in ſuã terram ad partis petitionẽ Auditor Tribunalis acceſſiſſet pro capienda informatione cuiuſdã homicidij proditorij ibi cõmiſſi, mandauit ſuo officiali, vt non deſiſteret in procedendo ſuper inquiſitione, & clandeſtinè examinauit, ſed habita de hoc notitia per Auditorem, ordinauit Capitaneo, vt non ſe intromitteret, & copiã illi cõſignare deberet, & licèt retinẽs fuiſſet, vi tamen coactus dedit, ſed erat ſatis diuerſa, & contraria ab illa, quæ erat capta per ipſum Auditorẽ, & cũ ambo fuiſſent ad Tribunal productæ, Fiſcus dicebat, nullã eſſe habendam rationem de teſtibus
6 examinatis per Officialẽ loci poſt aduentũ Superioris in eo loco, de quo plena notitia erat apud omnes: nã ſtatim, quod Superior manus imponit in aliqua cauſa, Iuriſdictio Inferioris abſtinere debet, Dec. in c. cum M. nu. 4. de Cõſtit. Cabed. dec. 85. p. 2. DD. in c. cæterum de reſcrip. adeo quod omnia innouata ſunt nulla, vt Auend. de exeq. mãd. Reg. c. 19. n. 2. verſ. hæc autẽ. Inſuper circũſcripto dicto artic. dicebatur, quando captę ſunt duæ informationes, vna ab ordinario Officiali loci, altera poſtea à Commiſſario Regio ſuper eadẽ cauſa, & eſt repugnãtia inter eas, tunc in pari probatione magis credendum, & ſtandũ eſt digniori Officia-
7 li, vt in ſimili firmant DD. in l. vbi repugnãtia ff. de reg. iur. & ea ferè ſẽper vtitur fiſcus, cũ maiorem habeat veriſimilitudinem, vt innuit Fontan. de pact. nupt. t. 1. clau. 4. gloſ. 11. nu. 87. Cumq; in d. cauſa facta exacta diligẽtia fuerũt ha-

habitę maiores probationes de veritate facti à noſtro Collega, nulla habita fuit ratio de alia, ſed aperta via ad inquirendũ de falſo teſtes receptos ab Officiali loci.

Se grauabat etiam præfatus Marchio, quod quando petebatur remiſſio de cauſis ad eum pertinẽtibus, ex quibus inquiſitionibus in R. Aud. exiſtentibus conſtabat, Vaſſallos ſuos eſſe, qui deliquerãt, vexabatur, dũ daretur
8 terminus ſuper remiſſione, ſed prætẽdebat abſq; alia inueſtigatione eſſe remittendũ ad locũ ſuæ originis, ſine oſtenſione inueſtituræ, prout de iure cõmuni ſtatuit tex. in l. 1. C. vbi de delict. ter-
9 minus enim non eſt dãdus vbi nõ adeſt quæſtio facti, & non requiritur probatio extrinſeca, Franch. deciſ. 221. Honded. conſ. 9. num. 38. Gratian. diſcep. forenſ. cap. 536. num. 18.

Fuit replicatum, hanc eſſe communem practicam omnium Tribunalium, quæ non erat ſine ratione, quia licèt ex parte Baronis ius videatur liquidũ, tamen multa in termino Fiſcus, vel Pars opponere poteſt, vt in dies videmus, dũ excipitur non eſſe Baroni cauſam remittendam, ob amicitiam, vel odium cum inquiſito, Iniuſtitiam, negligentiam, abuſum in alijs cauſis remiſſis, quos caſus infra notabo, ex quibus Baronibus remiſſio denegari debet, & ſic omnino neceſſariam eſſe dationem termini, alias Fiſcus, & Pars aggrauarentur, Et hæc volui adnotare, vt defendatur dicta practica. Sed pro vero habuimus, non eſſe neceſſariam præſentationem priuilegij: nam eſt Baro, ergo habet iuriſdictionem in Vaſſallos, e x cõmuni inueſtiturarum forma, eo magis cum de iure quilibet ſit re-
10 mittendus ad locum ſuæ originis, domicilij, vel delicti, DD. in Authẽt. qua in prouincia C. vbi de crim. Limita ſi tractaretur remiſſio cauſæ, cuius cognitio regulariter non pertinet ad Barones, niſi ex priuilegio ſpeciali, vti viduarum, & ſimilium, quę ſunt excepta, & non ſubintelliguntur ſub generali conceſſione, & ſic cauſæ latronum, falſæ monetæ, & aliorum caſuum, quos enumeraui in præc. tractat. ſuper hac prag. par. 2. His caſibus requiritur præſentatio tituli, cum ius reſiſtat, arg. tex. in cap. cum perſonæ, de priu. in 6.

Quid ſi extant alia decreta, ex qbus cõſtat in ſimilibus cauſas Baroni fuiſſe remiſſas, an ſufficiat pro quaſi poſſeſſione, & videtur dicendũ, quod ſic, nã conſuetudo inducitur, quando bis vni-
11 formiter iudicatum fuit, & in ea pars conſeruari debet, DD. in l. de quibus ff. de legib. Franch. dec. 726. cũ ſeq. & ita in hoc caſu eſſe obſeruandum, ait Petra ad Gram. dec. 26. Poteſt tamen in contrariũ pro Fiſco reſponderi, exemplis non eſſe iudicandũ, l. nemo C. de ſentent. & decreta Inferiorum à Sac.
12 Conc. dũ ius non faciunt, vt in l. fin. C. de legib. non poſſe præiudicare ipſi Fiſco, quia ſi lædatur reſtitui nõ poſſit, vt videtur deciſum in allegata deciſ. Franch. contra id quod Magn. Cur. pluries iudicauerat, Albe. & cæteri DD. in l. 1. C. ſi aduerſ. Fiſc.

Et coniungendo vltima primis prętendunt Barones, quod cum ex diſpoſitione iuris communis, & ex citata
13 prag. Regia Tribunalia non debeant cognoſcere in criminalibus, neque ciuilibus de cauſis pertinentibus ad Barones in ſuis terris, ſi fuerit ex prorogatione partium proceſſum ad ſententiã in Regijs Tribunalibus, quod adhuc
14 cauſæ eis debeant remitti, ſed contrarium defendi in præc. tract. hoc loco ex num. 91. & dicebam, opinionem pro Baronibus nõ poſſe iurę ſubſtineri, vt poſt cauſam terminatam à Superiore, Baro poſſit illam reuidere, reuocare, vel limitare, quia abſurdum magnum eſſet, & prorogatio iuriſdictionis poterat fieri, nemine conquærente, vt Barboſ. in l. 2. art. 3. ff. de iudic. & licèt Nouar. collect. 223 dicat, per Sac. Conſil. fuiſſe cauſam remiſſam. etiam poſt ſententiam latam in Magn. Curia, poſſimus dicere cum Franch. deciſ. 517. in fine, cuperem videre proceſſum, &



Digitized by Google

non ſententiam, quia ex iuſta cauſa iudex moueri poteſt iudicare in vna
15 cauſa certa forma,& diuerſum in alia. cum ex minima varietate facti ius diuerſum otiatur, l.ſi ex plagiarijs §. in cliuo ff ad l.aquil. ſi enim eſſet dictum de nullitate proceſſus,& ſententiæ, & fuiſſet decretum,nullitates obſtare,tūc eſſet locus remittendi cauſam,ſi foriudicationis ſententia per M.Curiam annullaretur,vel per alia Tribunalia,nam licèt poſt foriudicationem non detur Baroni remiſſio, Ann.ſing.56.tamen
16 ea annullata,Barone comparente ſemper iudicauimus cauſam eſſe remittendam,quia cauſa reducitur ad non cauſam,annullatis actis,vel ſententia,arg. ex l.qui per ſalutem ff.de iure iur. Tiraq. in l. boue §. hoc ſermone lim. 1. Iſto caſu poteſt ſuſtineri, remiſſionem dari poſt ſententiam,alias hæreticum puto ex rationibus ibi dictis, & ita Gram. deciſ. 27. Cabed. deciſ. 210. Hauil.in cap. prætorum cap.7. & Maſtril. deciſ. 147. à num. 12. ait, contrariam opinionem tunc poſſe ſuſtineri,ſi priuilegiū eſsēt Magno Principi conceſſum abdicatiuè, & irritatiue, quia tunc acta eſſent nulla,& dari poteſt materia formandi nouum proceſſum, vt diximus ſupra cap. 37. in fine, & ſic ille ſaluabat opinionem D. Tappia in tit. vbi de delict. qui pro Principe Biſiniani dicit, cauſam remiſſam, poſt ſententiam, & alij pro Principe Salerni, Iſtorum enim priuilegia fuerunt vltra omnes regulas, & nimirum
17 ſi poſſet dici, ius ſingulare non eſſe trahendum ad regulam, l. ius ſingulare ff. de legib. Poſt hæc ſcripta, vidi Thorum in 2.vol. ſui Compēdij deciſ. verbo remiſſio, referentem, remiſſas fuiſſe cauſas in terminis, in quibus ſunt repertæ, vt exequutioni dentur ſententiæ latæ per Superiores, non quod de nouo cauſæ ſint reſtaurandæ, quæ opinio arridet, & non contradicit ijs, quæ nunc & priùs concluſeram.

# ARGVMENTVM

Remota appellatione à ſtatuto,cum foriudicatis,vel in cauſis à Principe delegatis, an ea cenſeatur etiam prohibita ab incidentibus reſpicientibus fori exceptionem, vel aliam conſimilem, nouè explicatur.

## *SVMMARIVM*

1 *Decretum,quod cauſa remaneat in Regio Tribunali eſt interloquutorium reſpectu inquiſiti,ſed reſpectu Baronis eſt diffinitiuum.*

2 *Delegata cauſa criminali,ſi appelletur ab incidenti, an ſuperſedendum ſit in cauſa principali,diſtinguitur nu.7 & ſeq.*

3 *Appellatione reiecta per ſtatutum, intelligitur circa diffinitiuum decretū, non circa interlocutorium.*

4 *Incidentia criminalia ſunt eiuſdem qualitatis, cuius eſt cauſa principalis.*

5 *Appellatio tacitè cenſetur prohibita, delegata cauſa à Principe.*

6 *Appellatio admittitur ab incidentibus inretractabilibus, non obſtante delegatione.*

8 *Appellatio reijcitur à decreto, non obſtare nullitates, quando non poteſt appellari à ſententia diffinitiua.*

9 *Exceptio nullitatis nunquam intelligitur excluſa.*

10 *Exceptiones fori, minoris ætatis, vel clericatus admittuntur à foriudicatis,non aliæ defenſiones.*

11 *Exceptiones prædictæ, ſi fuerint reiectæ, & fuerit appellatum à tali reiectione, num ſit ſuperſedendum in exequutione ſententiæ foriudicationis.*

CA-

## CAPVT L.

A Decreto lato ſuper cauſæ remiſſione, ſi appelletur ex parte ſubditi, qui illam petijt, non cenſeri illud decretum diffinitiuum, ſed interlocutorium diximus in præc. tract. ſuper hac prag. par. 2. num. 98. & ideo per appellationem in cauſa
1 non ſuperſedetur, cap. ſuper eo de appell. Boer. deciſ. 73. ſi verò Baro remiſſionem petat, & ei denegetur, reſpectu ipſius reputatur diffinitiuum, quia nil aliud remanet faciendum, & per appellationem dicuntur ligatæ manus Iudicis in cauſa procedendi, vt eſt communis obſeruantia, Marant. in ſua praxi par. 6. verſ. & demum fertur ſententia num. 43. Valaſ. conſul. 47. ex num. 5.

Non immeritò hic cadit articulus, quem pluries in Regia Audientia excitatum vidi, multoties inquam in grauibus delictis à ſua Excellentia obtinetur, vt procedatur ex delegatione, via exequutiua, appellatione remota, vel tractatur cauſa foriudica-
2 torum, contra quos poſtquam ſunt carcerati proceditur ſimiliter, ad exequutionem ſententiæ, appellatione non obſtante, iuxta formam Conſtitut. Regni foriudicatorum: An ſi opponatur exceptio incompetentiæ Iudicis, & cauſæ remiſſio ad Iudicem Eccleſiaſticũ, vel alium Iudicem competentem petatur, & Princeps reſcribat, vt prouideatur de Iuſtitia ſuper remiſſione, ſi veniat denegata remiſſio cauſæ, à quo decreto appellatur, an appellatione non obſtante poſſit legitimè procedi ad ſentẽtiæ exequutionem contra foriudicatũ, & ſic ad incumbentia in cauſa delegata. De iure enim reſolutum eſt, vt licèt foriudicato denegari debeat audientia ſuper meritis cauſæ, tamen auditur ſuper clericatus exceptione, & incompetentia Iudicis, Franch. dec. 673. & ſic Baroni quamuis non debeatur remiſſio de foriudicato, vt in præc. cap. dixi, ſi tamen habeat priuilegium abdicatiuum, & irritatiuum, ſolet cauſa remitti, & ita, ſi ſententia foriudicationis fuerit à ſua Curia lata: ijs caſibus denegata remiſſione, & appellatione interpoſita non poſſe exequi ſententiã Aduocati Reorum dicebant: Nam reiecta appellatione per ſtatutum, vel Principem, intelligitur de iure circa diffinitiuam ſententiam tantum, non
3 circa interloquutoria, & incidentia, Alex. in rubr. ff. de re iud. n. 2. & ibi Iaſon num. 10. Bald. in l. ſi ex cauſa S. nunc videndum ff. de minor. & in l. 1. C. ſi de momen. poſſ. Auil. prætorum cap. 6. verſ. ſententia, D. Rouit. pragm. 7. nu. 1. de appell. In contrariũ Fiſcus oppugnabat, quod incidentia, & emergentia ſunt eiuſdem qualitatis vti eſt cauſa principalis, Bart. in l. ſolent nu.
4 16. ff. de alim. & cib. legat. Frãch. dec. 513. Io. Gran. de bello exulum quæſito 40. & idem Franch. in alia dec. 252. in fine firmat, quod vbi non datur reclamatio in ſententia, ſimiliter denegari ab incidentibus debet, vti acceſſorijs: quæ ſequi debent naturam principalis, cap. acceſſorium de reg. iur. in 6. & ita latiùs Peregr. de fideicom. art. 47. nu. 50. Vnus noſter doctus Collega conabatur dictas opiniones conciliare, quod aut cauſa eſt pœnes Principem, & eius Præfecti Prætorium, & tũc tam à diffinitiuo, quam interloquutorio decreto, quia nomine Regio proce-
5 ditur non datur appellatio, l. 1. ff. de offic. præfect. Prætor. Idemque ſi cauſa à Principe delegetur, quia tacitè intelligitur remota appellatio, vt Capyc. deciſ. 111. iſtis enim caſibus non eſſe admittendam appellationem ab incidentibus dicebat, & qđ ita innuebat Auil. loco cit. & ſic procedebant dec. Franch. ſupra allegatæ. Aut vero tractatur de

cauſa

cauſis foriudicatorum,contra quos pro hibita eſt appellatio, ex dicta Conſtit. & hoc caſu eſſet tenenda opinio, quòd prohibita appellatione à diffinitiua, non cenſeatur denegata ab incidentibus,vt Alex.Iaſ.& Ripa in d. Rubr. de re iudic.

Sed hanc diſtinctionem non poſſe ſubſiſtere replicaui,nam,& ſi vera eſſet opinio, incidentia & emergentia in cauſis exequutiuis eſſe eiuſdem conditionis,& ſequelæ;tamen ex communi omnium opinione non procedit, ſi ipſa decreta interloquutoria non poſ-
6 ſint amplius reparari,quia tunc acceſſoria non ſequuntur naturam principalis cauſæ,cū in odioſis,& inretractabilibus diuerſum ius ſit ſtatutum,vt appellatio admictatur,ſic punctualiter fuiſſe deciſum per Sac.Conſ.refert Præſ.de Franch.dec.637.quicquid dubiè dixiſſet in alia dec. 408. & eſt mirabile, quod plus tribuatur futuris incidentibus,quam principali negotio: Itèm remota appellatione à lege,vel à Principe in cauſa criminali, intelligitur circa ſubiectum criminalitatis, & punitionis delicti,ac illius connexitatem,
7 ſed ſi opponeretur quid diuerſum, vti exceptionis fori, Iudicis incompetentiæ,aut alterius exceptionis ſeparatæ ab articulo criminali,tunc ſtatutū, vel delegatio non extenditur ad ſeparata, quæ ſapiunt potius ciuilitatem,quam ſtatum cauſæ principalis, & propterea admictenda eſt appellatio, ita Riminald.conſ.529.vol.3.Alciat. conſil.12 lib.7.Baiard. ad Clar.quæſt.94. num. 43.Farin.quæſt.101. num. 97. Et ex prædictis conſtat,non poſſe procedere dictam conciliationem factam, ſed veram diſtinctionem eſſe, quod aut tractatur de incidentibus reſpicientibus proceſſum,& cauſā,aut de exceptionibus proponendis extra iuſtitiæ proceſſum:Primo caſu dicimus, quod ſi opponeretur aduerſus foriudicationem, vel cauſam delegatam exceptio nullitatis,
8 vt quotidie fit ad impediendam exequutionem, cum reiecta omni exceptione à ſtatuto,nō intelligatur excluſa oppoſitio nullitatis,Bal.in l.1. C.ne
9 liceat ter.prouoc. Frecc. de præſent. Inſtr.quæſt.5.nu.9.Franch.deciſ. 688. hoc caſu,lato decreto, nullitates non obſtare,appellatio facta à tali interlocutoria non impedit progreſſum exequutionis cauſæ,quia quando reijciuntur nullitates,confirmantur acta facta, & ſententia lata, vnde vti ab exequutione nō appellatur,ſic à decreto reiectionis nullitatum non debet ea admicti, vti ſequela proceſſus, ſic Peguer. dec.195.num.7.quia interloquutoria, quæ venit in conſequentiam alterius, exequutioni micti debet,Felin.in rubr. de ſentent.& re iudic. Bal. in l. actori C.de reb. cred.Corn.conſ.22.lib. 4. Angel.conſ.75.& in hac iuris conformitate extat Prag.1.cap.23. tit. de cauſ.decid.quæ ſtatuit,quod à ſententijs,à quibus non appellatur,ſed reclamatur,nō admictatur ſupplicatio à decretis reijcientibus nullitates, quia tūc nil noui agitur,dum confirmantur præcedentia,& ſic omnes aliæ exceptiones cauſam, & proceſſum ſequuntur naturam ſuam exequutiuam, iuxta normā, & cauſæ priuilegium. Aut ſecundo caſu tractatur de exceptionibus non dependentibus ab actitatis, ſed de exceptionibus ſeparatis à principali negotio,& crimine, vt eſt exceptio fori,cle-
10 ricatus,& minoris ætatis Rei, & tunc ſi tales oppoſitiones reijciantur, quia non poſſunt amplius reparari,ac ſapiūt ciuilitatem, & articulum ſeparatum à delegatione,& ab intentione Principis, qui habuit oculum ad punitionem delicti,& non ad alia extranea ab eo, & hoc caſu eſſe admictendam appel-
11 lationem,fui opinionis,& cum hæc cōferrem cum aliquibus doctiſſimis Reg. Conſiliarijs,& præcipuè cum numquā ſatis laudato D. Scipione Rouito nūc Meritiſſimo Præſidente Reg. Cameræ Summariæ ſequutus fuit hanc meam diſtinctionem,quæ vti quotidiana in

Reg.

Digitized by Google

Reg. Tribunalibus, at cum à nullo fuerit articulus iſte diſcuſſus, nec poſitus, notanda ſunt, & redeundo ad id, quod in principio dixi, Reſoluta eſt practica, quando à decreto remiſſionis cauſę detur appellatio, & impediatur proceſſus ad vlteriora. Verum ſi cauſa extraordinariè tractetur ex delegatione Principis, licèt ſuperſedendum ſit in exequutione, vt ſupra dixi, appellatio tamen debet fieri ad delegantem, & non ad alios, vt ei deferri debeat, l. 1. ff. quis, & à quo appellandum, & plenè Farin. quæſt. 101. nu. 78.

## ARGVMENTVM.

Ritus M.C. prohibens fieri remiſſionem cauſæ, Reo non præſentato, an habeat locum, ſi ille ſe præſentauerit ſponte coram ſuo Barone, vel captura fuerit colluſiua.

Dato ordine Curiæ Baronali, vt Reum detineat nomine Superioris, an inquiſitus poſſit habilitari, & ſi cautio frangatur, pœna fideiuſſionis an debeatur Baroni, vel Fiſco.

Remicti an debeat Baroni qui eſt inquiſitus de leui delicto, vel ſi illud non conſtet.

Reo non exiſtente in fortijs, an concedenda ſit reuariatio.

## SVMMARIVM.

1 *Remicti non debet cauſa, niſi reo exiſtente in fortijs.*

2 *Carcerationis exceptio admicti non debet per Superiores, ſi ſponte Reus ſe præſentauerit ſuo Baroni, ſed limita vt num. 3.*

4 *Carceratus quando quis detinetur nomine Superioris, videtur eſſe in ſuis carceribus.*

5 *Remiſſionis articulo pendente Baro nõ poteſt Reum habilitare, & nu. 7.*

6 *Remiſſionis articulo pendente Reus nõ debet amoueri à Carceribus Baronis, ſed limita ſi carceratio ſit affectata.*

8 *Pœna fideiuſſionis Fiſco, & non Baroni debetur, ſi Reus detentus nomine Superioris aufugiat.*

9 *Obligatio fideiuſſoria non poteſt incuſari in alia Curia, quam vbi fuit capta.*

10 *Vaſſallus Baronis carceratus à Superiore, an ſit conſignandus Baroni ad ſolam aſſertionem, quod eum habeat inquiſitum, diſtinguitur.*

11 *Fides inquiſitionis, an ſufficiat, vel copia actorum ſit exhibenda, vt quis cõſignetur vti Reus.*

12 *Remiſſio non datur, vbi non eſt delictum.*

13 *Reuariatio à Tribunali, ad Inferiorem, an detur, Reo non exiſtente in fortijs.*

14 *In habentibus ſimbolum, facilis, eſt trãſitus.*

15 *Reuariatio à Superiore ad Inferiorem dat præſumptionem colluſionis.*

16 *Exemplis non eſt iudicandum.*

## CAPVT II.

AD hoc, vt legitimè Baro cauſæ remiſſionem à Regijs Tribunalibus petere poſſit, neceſſe eſt, vt Reus citatus, ſeù inquiſitus à Iudice ſuperiori compareat de perſona, ex Ritu 269. ad cuius exornationem aliqua di-
1 ximus in præc. tract. Et ſi fuerit carceratus à Curia ſui Baronis, exceptio carcerationis admictitur, & proceditur ſuper remiſſione, dummodo carceratio non ſit affectata, quia Reus ſponte ſe præſentaſſet apud Officialem loci: nam tunc cum colluſiua præſumatur, non eſt admictenda, niſi cum effectu deper-

2 perſona Reus ſe præſentauerit, vt ait Carauit.in d.Rit.à nu. 15. ex qua doctrina pugnabat Fiſci patronus Prouinciæ Principatus vltra, vt non deberetur remicti Baroni Vallatæ illius Vaſſallus inquiſitus in Regia Audientia, quia nõ fuerat captus ab illa Curia, ſed ſpontè ſe præſentauerat: Dicebam, Carau. dixiſſe, nõ eſſe admictendã exceptionem carcerationis ab inquiſito, ſed non
3 quod Baro, non habeat jus quęſitũ petendi remiſſionem, ſiuè Vaſſallus spontè, ſiue coactè ſe præſentaſſet, Fabr. diff. 3. cum ſeq. C. de Iuriſd. omn. Iud. nil enim hoc Fiſco nocet, quia petita remiſſione, practica eſt, fieri ordinẽ illi Curiæ, vt Carceratus detineatur nomine Tribunalis, & quouſq; non veniet fides Officialis, quod detinetur illius nomine, non proceditur ſuper remiſſione, & ideò Carceratus poteſt dici
4 eſse in fortijs illius, vt ibi Carau. num. 14. & Petra ad Gram. dec. 26. num. 10. qui firmat, non fieri caſus de procurata carceratione, ſi Baroni debeatur remiſſio.

Sed accidit, quod facta fide carcerationis deuenit ad aures, carceratum verè non eſſe in carceribus, & tranſmiſſo Actuario pro diligentia, ita fuit re-
5 pertum, quod colluſiua fuerit fides carcerationis, vnde proceſſimus ad incũbentia, in forbanno, & alijs in cauſa. At cũ re vera poſtea inquiſitus in carceribus Baronis ſe pręſentaſſet, & iterum petijſſet cauſæ remiſſionem, Fiſcus dicebat, nullo modo cauſam eſſe remictẽdam ex præcedenti fraude, & colluſione inter Baronem, & Vaſſallum, quæ eſt potiſſima cauſa denegandi, dum cognoſcitur amicitia, facilitas Iudicis, & negligentia in Iuſtitia, vt innuunt Farin. quæſt. 7. num. 53. Maſtrill. deciſ. 147. & per Reg. Aud. fuit hoc caſu prouiſum, non eſſe procedendum ſuper petita remiſſione, niſi cum effectu Reus fuiſſet tranſmiſſus ad carceres Tribunalis: Nec reſiſtebat pragmatica, quod pendente articulo remiſſio-
6 nis Reus non eſt amouendus à carceribus: nàm limitatur, vbi eſt iuſta ſuſpictio iniuſtitiæ, & præſumptio carcerationis affectatę, cum fraus nemini debeat patrocinari, l. dolus ff. mand. l. ſiue hereditarium ff. de neg. geſt. Magon. deciſ. 110.

Quid ſi poſt fidem carcerationis, & ordinem illi Curiæ, vt Reum detinere deberet nomine Reg. Audient. fuerit detectum, fuiſſe poſtea habilitatum, an ſit iuſta cauſa denegandi remiſſionẽ, dum contra ordinem datum, vt cautè detineri deberet, poſtea fuerit habilitatus, ex parte Baronis dicebatur, car-
7 ceratum etiam dici illum, qui integrã non habet libertatem eundi quo voluerit, prout eſt qui manet ſub fideiuſſoria cautione, Gram. dec. 33. circa finem, Auend. de exeq. mand. cap. 5. ex num. 22. par. 2. & propterea non poſſe dici in dolo, dum ad omnem ordinem poterat rehaberi ab ipſo Tribunali: Fiſcus replicabat, quod quouſque cauſa non erat remiſſa, non poterat eam dici eſſe Baronis, ſed Tribunalis, vnde Curia non debebat in illa ſe Iudicẽ facere in habilitando, tanto magis facta inhibitione, vt cautè ſuo nomine in carceribus detineretur, vnde cum fuerit contrauentũ, & grauamen Fiſco illatũ, iuſta erat ratio retinendi cauſã, & amplius de remiſſione non tractari, Item quia excuſatur Reus, vt non veniat coram Superiore, qui eum citauit, quando ob carcerationem eſt impeditus, ſed quando erat in libertate, & poterat venire, & non venit, eſt iuſta cauſa præſumptionis colluſionis, Carau. in Ritu 269. num. 16. Verum quia fuit præſentata fides, qđ ex cauſa grauis infirmitatis ille fuerit domi habilitatus, cauſam remiſſimus, aliàs iuſtè poterat denegari remiſſio, vt innuit D. Reg. de Tapia in pragm. 6. vbi de delict. & maximè, quando caſus non requirebat habilitationem, & manifeſta iniuſtitia cõſpiceretur.

Sed quid dicendum ſi fuiſſet requiſitus

tus Reus habilitatus, vt ſe præſentaret, quia fuiſſet decretum, cauſam eſſe remittendam, & Reus noluerit ſe præſentare, pœna fideiuſſionis cuius eſſe deberet, Baronis, vel Fiſci. Ex parte Fiſci poteſt dici, quod licèt cautio non fuerit capta eius nomine: & de ſuo ordine,
8 illa tamen cauſa, ob quā fuit Reus habilitatus ſemper fuit Tribunalis, tam ante decretum, quam poſt latum, vt cauſa remaneret, vnde incidentia, & emergentia pertinere debent ad eum, qui eſt Dominus cauſæ, & non ad aliū,
9 l. non à Iudice §. 1. ff. de Iudic. Peguèr. dec. 169. & licèt cautio ab illo Iudice eſt requirenda; & exigenda, à quo fuit capta, iuxta tex. in l. cum apud ff. iudic. ſolu. Franch. dec. 320. attamen hoc eſt verum, ſi ille fuiſſet Iudex cauſæ, ſed quia cauſa eſt alterius Iudicis, pœna illi erit applicanda, pœnes quem ſtat cauſæ cognitio, Theſſ. dec. 202. & in ſimili dixi latiùs ſupra cap. 38. & in indiuiduo Cancer. lib. 3. var. reſ. cap. 13. in fine.

Vlterius, quid ſi Vaſſallus per Superiores Iudices, & eius Miniſtros fuerit captus, non vti inquiſitus illius Tribunalis, ſed quia ſuſpitio erat illum eſſe
10 delinquentem in Curia ſui Baronis, an ad ſolam requiſitionem illius Baronis ſine termino ſuper remiſſione, & præſētatione copiæ inquiſitionis debeat conſignari carceratus cuſtodibus, vt aſportent ad Baronē, dicitur ex parte Baronis, Regium Superiorem non habere quid remittere, cum non ſit ibi inquiſitus, & propterea dùm ille ſit Baronis Subditus, ei eſt conſignandus, ſed ex aduerſo Fiſcus replicat, illum eſſe in priſtinum reponendum, ſi non doceatur de ſua inquiſitione, ex Felyn. in c. fin. de foro compet. nam ſine legitima cauſa quis nō eſt capiendus, & vti malefactor; conſignādus ſuo Iudici, vt benè Peguer. dec. 2. & 66. & licèt Barboſ. in l. hæres abſens §. proinde ff. de iudic. teneat, ſufficere fidem inqui-
11 ſitionis, tamen tutiùs eſt intueri ex actis, ſi verè ille carcerari poterat, & captiuus eſſet mittendus: nam ſi tranſmiſſa copia appareat, illum nō eſſe taliter inquiſitum, vel inditiatum, vt legitimè detineri poſſit, debet liberari, ſeù licentiari: nam quando non eſt delictum, non eſt locus remiſſioni, & ſic ſi
12 eſſet crimen leue, vel inditia inſufficiētia, Carau. Ritu 235. nu. 10. Gamma dec. 363. In practica tamen obſeruatur fieri remiſſionem, quando ſunt inditiati ſubditi Baronis, vt ille honoretur, & ſuam iuriſdictionem exerceat, in habilitando, impinguando, & alijs neceſſarijs, vt latiùs hoc loco in præc. com. n. 99. dixi, & nunc addo Petra ad Gram. dec. 26. Auend. de exeq. mand. c. 7. num. 6. par. 2. & hoc quando Officialis Baronis cępiſſet informationem, ſed ſi Superior nixus fuerit inquirere, & debilia ſunt inditia, vel nil conſtet, ipſum debere licentiare, vel abſoluere fui ſemper opinionis, & continuò obſeruauimus ad tollendum circuitum, & vexationem pauperum Vaſſallorum.

Quid ſi non petatur remiſſio ad inſtantiā Baronis, neq. partis, ſed priuilegiatus elegerit forū R. Aud. vel M. C. & ibi propoſuerit accuſationem, ſi ille
13 poſtea variaret forū ad ſui domiciliū, vt de iure Regni facultatem habet, an cauſæ remiſſio concedi debeat, ſi Reus non erit in fortijs. Iſtum articulū tetigi in præc. tract. prag. 8. p. 1. n. 346. & inclinaui, vt cauſa non debeat remitti, quia reuariatio eſt ſpecies remiſſionis, quæ vt in principio huius c. dixi nō debetur, ſi Reus non ſit in fortijs, & ſi-
14 milium eadem debet eſſe iuris diſpoſitio, l. illud ff. ad l. aquil. nam in habētibus ſimbolum idem eſt tranſitus, l. à Titio ff. de furt. eo maximè, quia quando petatur reuariatio à Tribunali-
15 bus Regijs, ad Inferiores, adeſt ſuſpictio colluſionis, & fraudis inter partes, vt Franch. dec. 100. num. 21. licèt Anton. de Ball. tract. crim. lib. 4. quæſt. 2. videatur innuere, ex cauſa variationis cauſam debere remitti ad locum vbi priuilegiatus voluerit Iudicium proſequi, etiam Reo non carcerato,

Digitized by Google

rato, cum in ſua voluntate ſit, prout etiam vidi prouiſum in Magna Curia ad inſtātiam cuiuſdam viduæ petentis reuariationem ad terram Caſtellutij Prouinciæ Principatus Citra de homicidio commiſſo à Beamōte Stellauato, Actuario Franciſco Tartaglia. Quia tamen exemplis non eſt iudicandum,
16 vt in l. non exemplis, C. de ſentent. & diuerſimodè audio fuiſſe obſeruatum, cogita in occurrenti.

## ARGVMENTVM

Latrones, qui dicantur, vt habeat locum pragmatica, quæ cuilibet Officiali eos capienti dat authoritatem cognoſcendi, & quid ſi captura fiat à priuatis perſonis loci. Et an hoc etiam extendatur contra Piratas Maris, & recacta commictentes.

Prag. 8. & 12. de exul. imponentes pœnam foriudicationis ſine alia declaratoria contra inquiſitos de recactu, an procedant ſi non conſtet, delictum plenè, ſed per inditia.

## SVMMARIVM.

1 *Latrones publici non remictuntur, ſed cognoſcuntur à Iudice capiente.*

2 *Latro publicus non dicitur, niſi qui ſolitus eſt plura latrocinia facere.*

3 *Furtum vnicum in ſtrata commiſſum ſi non erit magnum, pœnam mortis nō meretur.*

4 *Statutum recipit interpretationē à iure communi.*

5 *Furtum commictens in ſtrata, cum quatuor, vel vltra armatis, licèt nō ſit reiteratum, intrat contra eos poteſtas ad modum belli.*

6 *Furtum non dicitur factum in ſtrata publica, ſi fuerit commiſſum in maſſaria, vel in loco extra viam publicam,*

7 *Strata publica dicitur, quæ habet introitum, & exitum ad aliam viam publicam.*

8 *Iudex dicitur furem cœpiſſe, ſi eius familia illum cœperit.*

9 *Latro captus per perſonam priuatam, & conſignatus* Regio Tribunali, *vel* Iudici *non ſuo, remicti debet ad* Iudicem *delicti.*

10 *Iudex* Regi *noſtro, non ſubiectus, non dicitur competens ad puniendum latronem ibi captum, qui deliquit in* Regno.

11 *Confeſſio facta ab inquiſito coram* Iudice *non competente, vel coram* Barricello *non valet.*

12 *Pirata maris cognoſcuntur à Iudice capiente, & reputantur pluſquam latrones.*

13 Recactum *commictentes cū ſequeſtratione perſonæ, cognoſcuntur à* Iudice *capiente.*

14 *Sententia declaratoria requiritur, niſi ſtatutum expreſsè dicat, quod* Reus *pro condemnato, & declarato habeatur.*

15 Prag. 8. *de exul. imponens pœnam foriudicationis ipſo iure commictenti recactum declaratur, vt procedat ſi delictum ſit plenè probatum.*

16 *Foriudicari quis poteſt ex inditijs ad torturam, ſed limita ſi procedatur cum abbreuiatione dierum, & ſine alijs ordinarijs ſollemnitatibus, nam tunc requiritur, quod delictum ſit plenè, vel indubitatè probatum.*

17 *Specialia non ſunt multiplicanda, maximè in odioſis.*

18 *Inconuenientia ſunt euitanda, ne ſequantur.*

CAP.

## CAPVT LII.

MVlta excepta crimina, quæ de iure à Regijs Superioribus remicti Baronibus non debent, in præc. comment. enunciaui, ex num. 107. par. 2. huius prag. Nunc alias quæſtiones, quæ in facto poſtea occurrerunt adnotabimus.

Dixi inter alios caſus, non eſſe locũ remiſſioni de cauſis latronum publicorum, & disrobatorum ſtratarum, quia in Regno pragm. 5. Vbi de delicto dat
1 Iuriſdictionem Iudici, qui eos capit, vt libentius omnes, illos proſequi, & capere poſſint, vt innuit Præſ. de Franch. dec. 142.

Sed multoties fuit controuerſum, an omnis, qui in ſtrata furtum commiſerit dicatur publicus latro, & ſtratarum disrobator, vt tam d. pragmat. quam alia iura de iſtis perſonis loquẽtia practicari contra ipſos poſſint.

Ad alium finem ſupra cap. 29. dixi, latronem publicum non dici, niſi qui
2 ſolitus ſit plura latrocinia facere, l. capitalium §. graſſatores ff. de Pœnis, & Gaſp. Theſſ. quæſt. 80. ait, pro ſolo fur-
3 to in ſtrata publica, ſi non erit magnũ mori quem non debere, & ſequitur Peguet. dec. 40. Et proindè, vt habeat locũ pragmatica, quæ à iure cõmuni interpretationem recipit, l. non eſt nouũ
4 ff. de legib. Crauet. conſil. 259. num. 2, oportet, vt ij pro latronibus ſint diffamati, & per Campaneam incedant latrocinia cõmictentes. Iſti enim, vt dictat Regia Pragmatica dicuntur publicæ pacis violatores, rebelles, & propriè latrones.

Si autem furtum, licèt non reiteratum, in comitiua quatuor, vel vltra per ſonarum cum armis in ſtrata patratum fuerit, tunc vendicat ſibi locum con-
5 tra eos pœna mortis naturalis, & intrat cum iſtis poteſtas militaris ad modum belli, & reputantur foraſciti, & graſſatores, vt conſtat ex prag. 11. de off. iud. §. 48. & prag. 11. ſub titul. de exul. & ſic Muta ſuper Prag. Sicil. tit. de furt. Io. Gran. de bello exulum fol. 42. num. 19. & fol. 54. num. 7. Aliàs ſi duo clandeſtinè in ſtrata furtũ feciſſẽt, & poſtea ad terram rederint, iſtos non poſſe dici publicos latrones, eſt aſſerendum, licèt pœna ſit capitalis, Muſcat. in ſua praxi crim. tit. de furt. & la-
6 troc. Idem ſi furtum fieret in locis priuatis, vti Maſſarijs, vel Campis extra viam publicam, quia non diceretur factum in ſtrata, Cancer. lib. 3. var. reſol. tit. de ſono emiſſo num. 21. & quæ dicatur via publica, vide DD. in l. 2. §. viarum ff. ne quid in loco publ. nam
7 oportet, vt habeat introitum, & exitum ad aliam viam publicam, ad differentiam viæ priuatæ, & vicinalis, Bartol. in l. 1. ff. de loco publ. Bertazz. de clauſ. gloſ. 38. clau. 20.

Hoc præmiſſo, (quod ommiſi tunc declarare) deueniendo ad elucidationem dictæ prag. 5. quæ mandat, illum Iudicẽ de latronibus cognoſcere poſſe, qui eos cęperit, Fuit dubitatum, quid ſi Officialis, tales perſonas non carcerauerit, ſed ſua familia, an pragmatica locum habeat, dixi, quod ſic: nam familia repreſentat Officialem,
8 l. 1. §. familiæ ff. de public. & qui per aliũ facit per ſe ipſum facere videtur, l. 1. §. fin. C. de vet. iur. enucl. & ita Gratian. diſcep. cap. 202. num. 36. Verum ſi capientes non ſint de familia Officialis, neq; milites, ſed perſonæ priuatæ, qui tales cœperint, & conſignauerint Regio Tribunali, vel alio Iudici
9 non ſuo, an Baro originis, domicilij, ſeù delicti poſſit petere remiſſionem, ſeù carcerati conſignationem, Dic, iſto caſu remiſſionem faciendam eſſe, vt Franch. dec. 342. & 426. nam cum pragmatica ſit exorbitans à iure communi, ſtrictè eſt intelligenda, l. 3. §. hęc verba ff. de neg. geſt. Tiraq. de retr. in præfat. num. 62. De iure enim ſi quis



Digitized by Google

non ſortiatur forum ratione originis, domicilij, aut delicti, ab alio Iudice cognoſci non poterit, etiam ſi Reus conſentiat, & omnia geſta eſſent nulla, Peguer. dec. 2. & 87. ſolum odio latronum tributa eſt omnibus Iudicibus iu-
10 riſdictio, dummodo illos capiant, & ſint ipſi Iudices Regi noſtro ſubiecti, nam alij hoc prætendere non poſſent, vti in Gubernatore Beneuenti dixit Franch. dec. 342.

Indè diebus elapſis rationem non habuimus de confeſſione facta coram Capitaneo cuiuſdam loci à carcerato de homicidio, cõtumace Reg. Aud. Salerni, capto à noſtro Caporali, qui ipſũ interrogando, confeſſus fuerat dictum crimen, & ille fecit diligentiam, vt cõfeſſio fieret coram Iudice vbi carcera-
11 tus fuerat, qui non erat originis, neq; domicilij, aut delicti competens, & dũ poſtea in Tribunali procederetur tanquam ſuper confeſſo, & dato termino ſuper confeſſione, viſo deinde proceſſu dixi, eam confeſſionem factam coram Iudice penitus incompetenti eſſe nullius momenti, vndè requirebatur conteſtatio litis, & illo examinato, & negante, non fuit habita confeſſio, niſi pro inditio, vnde torto, & in tortura perſiſtente, fuit liberatus in forma, ſequendo dec. citatas Peguer. in terminis noſtræ quæſtionis.

Inſuper ad exornationẽ dictæ pragmat. dico, illam procedere, etiam contra Piratas Maris: Iſti enim reputantur pluſquam latrones, & maiores pœnæ ſunt contra eos ſtatutæ, DD. in Auth. Nauigia C. de furt. Franch. dec. 142. &
12 per Conſtitutiones Pontificũ ſunt ipſo iure excommunicati, non gaudent generali indultu, nec poſſunt guidari, Muta ſuper Pragmat. Sicil. titul. de Piratis.

Ampliaui etiam, vt pragmatica extendatur ex indemnitate, & maioritate rationis, contra delinquentes, & inquiſitos de recactu, qui reputantur peiores latronibus, & Piratis, dùm ſequeſtrant perſonas pro habenda pecunia ad libitum, & crimen prædictum com-
13 micti dicitur ſtatim facta ſequeſtratione hominis pro extorquenda pecunia, vt in prag. 11. §. 48. de offic. Iudic. & adeò exoſum, & deteſtabile reputatur hoc crimen, quod prag. 8. & 12. de exul. ponunt pœnã foriudicationis ipſo iure contra inquiſitos de hoc delicto, vti eſſent per ſententiam condemnati, & impunè poſſunt offendi, & licèt de iure quando ſtatutum loquitur per verba latæ ſententiæ requiratur declaratoria ipſum incidiſſe, Capyc. deciſ. 121. num. 24. Franch. dec. 163. nu. 11. acta-
14 men quando ſtatutum dicit, ipſos haberi pro cõdemnatis, & ſic declaratis, nulla alia declaratoria requiritur, ita Gabr. Rom. tit. de Malef. concl. 12. nu. 16. Tiraq. de reuoc. donat. verſ. reuertatur nu. 402. Ruin. conſ. 4. quòd quando ſtatutũ trahit ſecum executionem, non requiritur alia declaratoria, cũq; prag. ſtatuat, vt impunè offendi poſſint non eſt neceſſaria alia prouiſio. Et ex ijs conſtat, quod ex indemnitate, & maioritate rationis iſti, qui hæc recapta commictunt ſunt pluſquam latrones tractandi, & ad eos iurè extẽdi dictam prag. 5. concludo.

Sed dùm de foriudicatione dictorũ Inquiſitorum obiter dixerimus, liceat mihi nõ inutiliter aduertere, quomodo ſint practicandæ dictæ prag. v 3. 8. quæ ipſo iure imponit foriudicationem cõmicteri tale delictũ recaptus, & prag. 12. quæ mandat, vt poſt citationem ad informandum, elapſis quatuor diebus, quis habeatur pro foriudicato: In primo caſu poteſt naſci inconueniens, quod ſit quis inquiſitus, & inditiatus, & habita notitia ab alijs occidatur. Vidi prouiſiones Collateralis Conſilij, quas recollegit quondam Horatius Lõ-
15 gobardus Secretarius Prouinciæ Salerni, declarantes, dictam prag. 8. eſſe obſeruandam dummodo delictum plenè, & non præsũptiuè conſtet. Ideq; eſſet obſeruandũ ſuper practica alterius prag. 12. non ſic faciliter expedire citationes ad informãdum, cũ abbreuiatio-



Digitized by Google

ne quatuor dierum, ſeruata forma illius ſanctionis, niſi delictū eſſet plenè, vel indubitatè probatū, & licèt ad effectum procedendi ad foriudicatio-
16 nem, inditia ad torturam ſufficere videantur, vt Guttier.pract.quæſtio.cap. 76.lib.1.Viu. dec.439.D.Rou. in rubric.de ſentent.foriud.num.34. poteſt ſubſtineri, quando ordinariè proceditur, quia poſt citationem Reus habeat anni beneficium, intra quem deliberare poterit, & cōparere, ac ſecurè notitiā habere præſumitur qualiter fuerit inquiſitus citatus, requiſiti coniuncti, & multa procedunt antequam ſententia, foriudicationis feratur, ſed quando ex abrupto, ex proceſſu informatiuo, infra dies ſic breues quis eſt foriudicandus, qui multoties de citatione notitiam habere non poteſt, vel ſaltim deliberare, tunc eſſet attendenda alia opinio DD.quæ eſt ſecurior, vt ſententia foriudicationis ferri non debeat ex cōtumacia, niſi delictum ſit plenè, vel indubitatè probatum, vt innuunt Farin. quæſt.11.ex num.16.Oldrad.conſ.75. Plot.conſ.crim.diuerſ. 72. à num. 16. & latiùs Muta ſuper prag. Sicil.tit. de ſententia Banni num. 40. Specialia enim non ſunt multiplicanda, maximè
17 in odioſis, l.1. C. de dotis promiſſ. pragmatica, inquam, multa exorbitantia à Iure communi diſpoſuit, abbreuiationem termini ſic breuiſſimum quatuor dierum, & quod ipſo iure ſine declaratoria cenſeatur foriudicatus, & tollit citationem agnatorum, aliaque ſollemnia, propterea reſtringenda eſt, vt vendicet ſibi locum, ſi delictum ſit probatum, alias quiſquam de facili poſſet ad Inimicorum inſtantiam inquiri, inditiari, & ſtatim occidi, & non eſt dāda occaſio, ſed amputanda, ne incon-
18 uenientia ſequantur, l.conuenire ff.de pact.dotal. Et quamuis dicta prag.12. dicat ſufficere adeſſe inditia ſolita ad citandum, prout in alijs delictis, tamē nunquam ſic formaliter vidi obſeruatam, cum dura in hoc viſa fuerit, & lex per non vſum abrogatur, l. de quibus ff.de legib. vltra quod, aduerte, dictam diſpoſitionem eſſe bannum factum in illo tempore quo vrgebat magna quātitas Bannitorum, vnde ceſſante illa motiua cauſa, ceſſat eius effectus, l.adigere §.quamuis ff. de iurepatron.& vide notata infra cap.88.

## ARGVMENTVM

Inquiſitus, confugiens ad alium Regnum, an ad requiſitionem arreſtari, & remitti debet, vel ſaltim ibi puniri.

Vagabundus quis dicatur, vt omni loco capi poſſit.

Quæ mora requiratur, vt quis dicatur habitare in loco.

## *SVMMARIVM*

1 *Delinquens confugiens ad aliam Prouinciam, eidem Regi ſubiectam ſecurus eſt, & captus, in priſtinum reponi debet, & nu. 2. ſed contra in Regno, vt nu. 3,*

4 *Inquiſitus ſi ad alium Regnum ſuo Regi non ſubiectum confugiat ſecurus eſt.*

5 *Latrones publici capi poſſunt, ſi confugiant ad locos Sedis Apoſtolicæ ſubiectos, ex ordine Pontificio.*

6 *Confugienti ad aliud Regnum exterū, ſecuritas non eſt ſeruanda, ob criminis immanitatem.*

7 *Delinquens ſi aliud Regnum petiat, an ibi puniri poſſit, ſi quærelans ius ſuum ibi proſequatur,*

8 *Iudex non competens, in non ſubditum iuriſdictionem exercere non valet.*

9 *Vagabundi vbiq; puniri poſſunt.*

10 *Vagabundus propriè dicitur, qui nullibi locum permanentem habet.*

11 *Aufugiens à patria ſua, ad alium locum, videtur ibi habere animum conſtituendi domicilium.*

12 *Pragmatica pœnalis, ſtrictè eſt interpetranda* P 2 13 In-

Digitized by Google

13 *Incolæ, & habitantes in Ciuitate Neapolis, & ſuis Suburbijs, non poſſunt cognoſci ab eorum Baronibus.*

14 *Incolatus cõſtituitur per habitationem decennij.*

15 *Habitatio dicitur, per aliquod tempus.*

16 *Neapolitanus mutando domicilium, ibi poteſt conueniri, & puniri vbi reſidet.*

17 *Neapolitanus ratione rei ſitæ, damni dati, & adminiſtrationis tutelę, alibi poteſt conueniri.*

18 *Vaſſallus Baronis delinquens in Patria, ſi transferat ſe habitando Neapolim, per tempus, an captus à M. C. V. ſit remictendus ad Baronem.*

19 *Neapolitanus non poteſt renunciare eius foro.*

20 *Fugitiuus non dicitur habitare, vt ibi domicilium conſtituere voluiſſe præſumatur.*

21 *Habitare non dicitur, qui in loco non retinet domum, & familiam, ſed alteri inſeruit.*

22 *Initium eſt actendendum.*

23 *Clericus delinquens, ſi poſtea efficiatur laicus, an remictatur Epiſcopo.*

24 *Priuilegium ſuperueniens, non mutat forum.*

25 *Priuilegium miſerabilium perſonarũ ceſſat cum Neapolitanis.*

## CAPVT LIII.

QVæſtio dubitabilis eſt, an delinquẽtes ad aliam Prouinciam, vel alienum Principem confugientes, remicti debeant, ſi Iudices vbi Rei degunt requiſiti fuerint. Et primo caſu, quando aufugit quis ad locos Principi ſubie-
1 ctos, licèt ſeparati ſint diuerſis inueſtituris, ſi in illa terra ipſe non deliquit, nec originarius eſt, vel ibi domicilium habeat, ad requiſitionem ſui Iudicis capi non debet, ſed quòd ſecurè
2 conſeruandus ſit, & captus, in priſtinũ reponendus; firmant Caball. reſol. crimin. caſu 191. Gomez var. reſol. tit. de captura num. 4. Peguer. deciſ. 2. & 66. Fontanel. de pact. nup. clauſ. 4. gloſ. 11. num. 38. Sed in Regno ceſſat dicta diſceptatio, cum ex prag. 4. & 5. tit. vbi de delicto (quæ emanata fuit, ad extirpationem delinquentium) vna iuriſdictio debet alteri auxilium præſtare, & ſic vnus Præſes Prouincialis remictit inquiſitos alteri, & Prorex vnius Regni ſimiliter remictit Reos ibi confugientes, & in iſtis Regnis Siciliæ vltra,
3 & citra continuò obſeruatur, & probat tex. in §. ſi vero quis comprehenſorum, ibi (& ad Iudicem Prouinciæ transmictere, in qua peccauit) Auth. vt null. Iud. & §. audient Auth. de defenſ. Ciuit.

Secundò caſu, ſi tractatur cum iuriſdictionibus non ſubiectis vnico Principi, ſed inter poteſtatem Regiam, & Eccleſiaſticam, vel Regem Franciæ, & no-
4 ſtrum, aut alios, tũc alter alteri brachiũ impartiri, & confugiente caperẽ non tenetur, Caſtrenſ. conſil. 309. volu. 2. Boer. deciſ. 29. Prout videmus in Regno, quod confugientes ad Ciuitatẽ Beneuenti ſunt ſecuri, niſi eſſent publi-
5 ci latrones, quos Pontifex immunitate priuauit, vt ex prag. 7. de exul. conſtat ſolet etiam vna poteſtas alteri complacere, ſi criminis immanitas eſſet tanta, vt ſecuritas non eſſet ſeruanda, vt
6 Peguer. innuit deciſ. 66. & Gamma dec. 53.

Sed quid ſi pars offenſa veniat ad locum extra Regnum, vbi delinquens
7 confugerit, querelam proponat, exhibeat copiam captæ informationis, & petat illum caſtigari, an ſit audiendus. & primo videtur, quod cum poteſtas loci, in quo Reus degit non ſit Iudex competens, ratione originis, domicilij, neque delicti, non poſſit iuriſdictionẽ
8 exercere, vt per DD. ſupra citatos, Alij autem contrarium ſenſierunt, iſto modo crimen remanere impunitũ, cõtra iuris regulas. Vnde in ſubſidium

Iu-

Digitized by Google

Iudex requiſitus poteſt cognoſcere, vt innuere videtur Couar. pract. quæſt. cap. 11. num. 10. Gram. dec. 26. Plot. in conſil. crim. diuerſ. 133. vol. 1. Cald. in cap. fin. de foro compet. & fundari poteſt iuriſdictio etiam alia ratione, quia Reus donec vagatur à ſuis proprijs locis, dicitur vagabundus, & iſti vbiq;
9 puniri poſſunt, gloſ. fin. in l. 1. C. vbi de delicto, Menoch. de arbitr. caſu 531. de conſuetudine tamen prima opinio recepta eſt, vt ſecurus ſit confugiẽs ad alienã Iuriſdictionẽ, prout ſunt confugiẽtes ad Eccleſiã, Theſſ. dec. 90. n. 4. Hipol. conſil. 90. Farin. quæſt. 7. Clar. quæſt. 38. Bonacoſ. commun. opin. lib. 1. verſ. Remiſſio Rei. Hinc legitur etiã in Teſtamẽto veteri, in Deuter. cap. 4. & 19. Deſignatas fuiſſe tres Ciuitates, quò delinquentes ſecurè ſe receptare poſſent, & hanc magis communem opinionem ſequitur Barboſ. in l. hæres abſens §. proinde ex num. 145. ff. de iudic. qui ait, delictum non poſſe dici impunitum, ſaltim in partem dũ delinquens exul ſit à propria patria, & Regno, & ibi ciuiliter mortuus dicatur, ſi cauſa ſit capitalis, ob foriudicationis ſententiam, quæ contra eũ fertur. Nec refert, quod vti vagabundus poteſt à quocumq; Iudice puniri de ſuis delictis, quia iſti vagabundi propriè dici nequeunt, cum vagabundus is verè dicatur, qui non reſidet in loco, & eis di-
10 ci non poteſt habere locum permanentem, gloſ. in l. 4. §. prætor, & ibi DD. ff. de damn. infect. Seſe dec. 100. Muta ſuper pragm. Sicil. tit. de Vagabundis: Sed dum quis aufugit à Patria, & Regno, & confugit ex cauſa ad alium lo-
11 cum, videtur habere animum conſtituendi ibi domicilium, Bartol. in l. 1. C. de tiron. lib. 11. hæc indagatio eſt neceſſaria, ad diſpoſitionem, quam habemus in Regno in pragm. 2. de vagabund. quæ imponit pœnam quinque annorum triremium perſonis vagabundis, quia nulla maior peſtis, vt Doct. p
12 illum tex. in l. 1. C. de mẽdicant. lib. 11

quæ cum ſit pœnalis ſtrictè eſt interpetranda cap. odia de reg. iur. in 6.

Vlterius continuando materiam, quando remiſſio denegari poſſit, dicimus, quod quando quis tranſtulit ſuũ incolatum, vel habitationem in Ciui-
13 tatem Neapolis, ex priuilegio Ciuitati conceſſo, Baro originis non poterit de cauſis ciuilibus, nec criminalibus illius cognoſcere ex Ritu 301. Quod priuilegium non ſolum conceditur illis, qui domicilium conſtituerunt, ſed qui accederũt ad habitãdum, vt Carau. ibi num. 50. & Gram. dec. 87. etiã in Suburbijs, Frãch. dec. 129. & differt incola ab habitatore, quia incolatus nõ conſtituitur, niſi per habitationem de-
14 cennij, l. 1. C. de patr. poteſt. Habitatio verò ſufficit, quod per aliquod tempus ſit facta, gloſ. in l. 3. C. de Incol. lib. 10.
15 Bertaz. de clauſ. fol. 27. n. 12. Grat. diſcept. 484. vtroq; igitur caſu quis gaudet priuilegio fori Neapolitanis conceſſo, qui trahunt, & non trahuntur,

Sed quia videntur hæc contraria illis, quæ dixi in præced. commentar. prag. 12. ex num. 4. Barones, vel ciues Neapolitanos ſortiri forum ratione delicti, vel contractus, aut domicilij ex Capyc. dec. 59. proindè aduerte, articulos eſſe diuerſos, quãdo enim quis hãbitat Neapolim gaudet, quando verò incola, vel etiã originarius Neapolita-
16 nus mutat domiciliũ, & aliò ſe trãsferat, tunc ibi poterit conueniri pro cauſis ciuilibus, & puniri pro criminalibus iuxta dictam deciſ. Capyc. Prout deciſum eſt in Muliere Neapolitana extero nupta, quæ ſortiendo forum Mariti, ex l. cum quędam puella ff. de iuriſd. omn. iudic. non gaudet amplius foro Neapolitano, & eius priuilegijs, Frãch. dec. 416. Affl. dec. 382. & confirmatur ex prag. 2. de immun. Neapol. & ſic in ſimili dicit Anna iudicatum ſing. 132.
17 ratione damni dati, Neapolitanum ibi conueniri poſſe, vel ratione rei ſitæ Franch dec. 389. ſic & ratione adminiſtrationis tutelæ, vel ſimilis oneris,



Digitized by Google

nam ibi circumſcripta fori exceptione cogi poterit, Gratian. deciſ. 180. & dicam infra cap. 61.

Quid ſi Vaſſallus Baronis deliquerit in loco, & tranſtulerit ſe Neapolim, & aliquo tempore habitationē ibi duxerit, an iure Baro poſſit facere illum
18 arreſtari, & præſentata copia ſuæ Inquiſitionis petere ſibi conſignari.

Accidit mihi in facto in Sacro Conſilio defendere partes Principis Montis Militum, cuius eram ordinarius Aduocatus. Fuit enim in dicta Terra inquiſitus Franciſcus Palumbus ſuus ſubditus de homicidio in perſonam Iulij Cęſaris Conſulis, & de inſultu in perſonam Ioannis Laudati, & iſte ob timorem aufugit Neapolim, vbi inſeruiendo cuidam Domino, quatuor annis habitauerat. Carcerato deniq; illo per Magnam Curiam ad inſtantiā dicti Principis, dum petierat remiſſionem. Ille oppoſuit, non eſſe locum, quia gaudere debebat priuilegio Nea politano, cui etiam ſi renunciare voluiſ
19 ſet, non poſſet, vt deciſum refert Vrſil. dec. 41. & dato termino, & probata habitatione, Mag. Curia decreuit, cauſam eſſe remanendam, & non eſſe locū remiſſioni, à quo decreto conſulto negotio poſtea mecum, appellauimus ad Sacrum Conſilium, & defendebam appellationem ex duabus rationibus. Primo, quod habitatio illius non dicebatur vera habitatio animo permanēdi, ſed ratione inquiſitionis aufugerat, & vti fugitiuus non dicebatur habita-
20 re, vt domicilium vellet conſtituere, & ſic inter habitantes nō poterat dici, Maſcar. de probat. concluſ. incip. domicilium num. 26. & probatur eò magis aſſumptum, quod non erat ibi cum ſua familia, nec domum retinebat, ſed
21 alteri inſeruiebat, vndè habitare propriè non dicebatur, vt in terminis Ioſeph Seſe dec. 9. & latiùs dicam infra capit. 60. à nu. 22.

Secundo fundaueram, vt dato, quod conſtituiſſet domicilium poſt delictum non per hoc eximebatur à iuriſdictio-
22 ne Iudicis ſub quo deliquerat, quia initium eſt attendendum, l. 1. ff. de pœnis, & ibi Bartol. Franch. deciſ. 417. & benè Gramat. dec. 10. de eo qui exiſtēte clerico deliquerat, & poſtea effectus erat laicus, quod petita remiſſione ab
23 Eccleſiaſtico fuit ei conſignatus, quia iuriſdictio attenditur, ſub qua ille deliquetit, quod dictum intellige, vt Carauit. Ritu 66. num. 9. Craſſ. de effect. cleric. cap. 1. num. 648. Gratian. diſceptation. 226. Giurba conſil. 15. cum coaceruatis ab ipſis. Priuilegium enim ſuperueniens non mutat forum, Frāch.
24 dec. 544. Et ideò eſſe remittendum Principi in Sac. Conſil. dicebam, in quā ſententiam omnes inclinauerant, ſed quia fuit allegata ſuſpictio in perſonam Principis, illum eſſe vnum ex defendentibus lites Vniuerſitatis cōtra Principem, & eſſe ſuum inimicum; indè cauſa non erat ei confidenda, ex hoc capite cauſa non fuit tunc deciſa, ſed datus alius terminus ſuper hac exceptione, Cumquè diſceſſiſſem mandato Proregis à Reg. Aud. neſcio quid fuerit deinde iudicatum, ſed ex prædictis veritas patet.

Et ex ijs eſt declaratus articulus, quando quis vti Neapolitanus gaudeat, & trahatur. Nam magnum eſt hoc priuilegium, adeo quod non ceſſat
25 cum habentibus priuilegium perſonarum miſerabilium, Viſcont. ad Franch. deciſ. 416. ex capit. Regni 53. & procedit etiam ſi agant ex cauſa ceſſionis lucratiuæ, Vrſil. ad Afflict. deciſ. 74. num. 6. & gaudent etiam negotiorum geſtores Neapolitani, Anna ſing. 401. Et ſi fuerint laudati in Authores poſſunt forum declinare, nec habet locum l. venditor ff. de iudic. Anna ſing. 45.

AR-

## ARGVMENTVM.

Fur quando poſſit puniri in loco, vbi cum re furata reperitur.

Raptor mulieris, an puniri poſſit, vbi reperitur cum ea, ad inſtar Furis.

Forum quis ſortitur ratione rei ſitæ in loco, licèt ſit quacunq; fori exceptione priuilegiatus, ſed limitatur pluribus modis, Et quid in rebus mobilibus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Fur inuentus cum re furtiua, debet ad Iudicem delicti remitti, ſed in Regno Iudex capiens eum punit.*

2 *Fur captus eſt remittendus ad Iudicem delicti, ſi furtum eſſet magnum, vel qualificatum, aut ſi non eſſet tunc plenè probatum coram Iudice capiente, & nu. 3.*

4 *Iudex originis, ſi habeat Priuilegium de delictis extra territorium, debet ſibi remitti fur alibi captus.*

5 *Sublimita, ſi Iudex capiens haberet priuilegium de delictis factis ab exteris in ſuo territorio.*

6 *Fur tranſiens cum re furtiua, ſi non ſteterit ibi, an dicatur contrectaſſe nouum furtum in eo loco.*

7 *Raptor mulieris, vbi reperitur, ibi puniri poteſt, ratione contrectationis.*

8 *Rei ſita ratione quis ſortitur forum dummodo ille repertatur in loco, quādo Iudicium incipit, & nu. 11.*

9 *Ampliatur primo, etiam ſi Reus eſſet alio priuilegio munitus, Secundo quācunque actione reali quis conueniatur nu. 10.*

12 *Forus ratione rei ſita, & contractus æquiperantur.*

13 *Res mobilis ſi ſit reperta in loco, an quis ſortiatur ibi forum, vt ibi poſſit conueniri.*

14 *Aduena de breui receſſurus à loco, an ibi conueniri poſſit.*

15 *Suſpectus de fuga, & non habens ſufficientia bona in patria, cogitur præſtare cautionem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, alias poterint eius bona mobilia ſequeſtrari.*

## CAPVT LIV.

FVrem cum re furtiua inuentum, debere ad Iudicem delicti remitti, in præc. tract. num. 134. fundauimus, ſed in Regno contraria opinio inualuit, vt
1 vltra Capyc. dec. 104. ſic Frànch. dec. 681. Nunc latius hunc articulum declarando, limita concluſionem ſuprapoſitam, ſi furtum eſſet magnum, vel probationes non eſſent ſic plenę apud
2 Iudicem, qui furem cœperit cum re furtiua; nam tunc ſi Iudex vbi fuerit patratum delictum remiſſionem petierit, eſſet illi remittenda, tam pro publico intereſſe, quam priuato, pro maiori complemento Iuſtitiæ, & partis offenſæ ſatisfactione, & eſt ſingularis reſtrictio, vt Bald. cōſil 47. lib. 1. Ruin. conſ. 100. lib. 1. & nouè aduertit Muta ſuper prag. Sicil. tit. de furtis, qui ampliat hoc dictum, Idem procedere ſi furtum
3 eſſet qualificatum, non ſolum ratione magnæ quantitatis, ſed quia fuiſſet patratum in Palatio alicuius Magnatis Principis, vel Eccleſiæ, nam tunc ad exemplum, intereſt vt remittatur ad locum vbi deliquerit: ſimiliter ſi Iudex capiens non habeat probatum delictū, & Iudex delicti plenam habeat inquiſitionem contra delinquentem, Superior inclinare poterit, vt potius illi quā capienti cauſæ cognitio concedatur, Farin. quæſt. 7. num. 18. Couar. pract. quæſt. cap. 11. ex num. 8.

Secundò limitatur concluſio, ſi Iudex originis in ſua inueſtirura priuile-
4 gium etiam extra territorium habe-
ret

Digitized by Google

ret,nam tunc ratione facultatis priuatiuæ ad alios, poſſet Iudex originis, carcerati remiſſionem à capiente petere,vt Foller.in ſua praxi crim. verſ. audiantur excuſatores num.64. & hoc approbare videtur Franch.d.dec.681. in fine.

Sublimita,ſi Iudex capiens (vbi cõ-
5 trectatũ de nouo dicitur furtum) habeat priuilegium cognoſcendi de delictis factis ab exteris in ſuo territorio, tunc tam ratione diſpoſitionis iuris cõmunis,quam virtute priuilegij, maximè ſi ſit anterius non teneretur carceratum ad Baronem originis remictere, qui habet priuilegium extra territoriũ vt abundè ſcripſit Foller. loco citato ex num.71.& D.Rouit. in prag. 1. tit. vbi de delicto ex num.8.

Tertiò limitatur concluſio, ſi fur tranſierit per locum cum re furata, nã
6 ſi non ſtererit, non dicitur in eo loco contrectaſſe nouum furtum,Caball. in d.reſol.crim. caſu 163. non inquam dicitur veniſſe qui non ſtetit,ex l.illud ff.de offic. Præſid.licèt alij contrarium ſenſerint,quod ſufficiat eſſe in loco cũ furto repertum,licèt moram ibi non traxerint,Baiard.ad Clar. quæſt. 38. num.45.& ſic innuit Capyc. in d. deciſ.104.

Inſuper nota, dictam concluſionem procedere,non ſolum in furto bonorũ,
7 ſed etiam in raptu mulierum, nam vbi repeiuntur, puniri poſsũt,licèt ille nõ ſit Iudex originis,aut domicilij,nam ratione contrectationis delicti in loco, Iudex capiens efficitur competens, & eſt ſingulare dictum, & pauci aduertunt,& ſic Caſtrenſ.& Fulgoſ. in l. raptores C.de Epiſc.& cler.Peguer.dec. 43.num.13.Decian.tract.crim. lib. 8. c.9.nu.6.& ſuper hac ampliatione, & extenſione ad concluſionem deſuper poſitam adaptari poſſunt aliæ limitationes ſupraſcriptę ad articulum furis,cum re furtiua reperti,vt procedãt in raptu,prout in fure cum re furtiua.

Ex eodem fonte oritur alia concluſio,quod ratione rei ſitæ ſi quis poſſideat rem in loco, in quo nõ hàbet do-
8 micilium vbi res ipſa ſita eſt, poterit trahi,quia iudicium,ipſam rem potius reſpicit,quam perſonam,l.fin.C.vbi in rem actio,cap ſanè,& cap.fin. de foro
9 compet.& procedit hæc regula etiam ſi Reus eſſet alio fori priuilegio munitus,vt non poſſit trahi coram alio Iudice,quam ſuo,ſic probat tex. in cap. 1.de priuil.in 6.Item nõ ſolum ſi actio reiuendicationis proponatur ad rem vendicandam, ſed etiam ſi quæcunq;
10 actio realis,vti hypothecaria, vel in rem ſcripta intentetur,gloſ.& DD. in l.1.C.vbi de poſſeſſ.& in l.1.C.vbi de hęredit.Franch.dec. 177.cumq; multę ſint actiones in rem ſcriptæ,quas enumerat Franc.Marc. deciſ. 402. par.1. & Marant.in ſua praxi art. iudic. perſ. vel real.eſt notandum,vt non detur remiſſio, quando iudicium moueretur fundatum ſuper iſtis actionibus,non obſtante quocumq, priuilegio, & ſic Cancer. variar.reſolut.lib.3.cap.1. ex nu.69.

Limitãt aliqui, quod ad hoc vt poſita concluſio procedat,debet quis re-
11 periri in loco,quãdo incipit iudicinm, vt Caſtr.in d.l.fin. C.vbi in rem actio num.2.& Cancer. & Franch. locis citatis,nam forus ratione rei ſitæ, & ra-
12 tione contractus æquiparantur. vt Panorm.in cap.fin.nu.44.de foro compet.ſed in loco contractus, quis non poteſt conueniri,niſi ibi reperiatur, c. 1.§.contrahentes de foro compet. vnde idem erit obſeruandum ratione rei ſitæ,vt præcitati DD. concluduut, ſed etiam ſi ibi non reperiatur procedere iudicium aſſiſtentiæ iudicatum refert Thor.tom.2.verbo inc.remiſſio cauſæ aſſiſtentiæ.

Vlterius,non ſolum ratione rei ſtabilis ſitæ in loco, ſed etiam pro re no-
13 bili repoſita, poteſt quis conueniri,& deneganda eſt remiſſio,non obſtante regula,Actorem debere ſequi forum Rei, nam ratione rei poteſt quis in eo loco conueniri,l.non alias §.fin.ff. de iudic.Barboſ.in l.hæres abſens artic.3.

§.proin-

§.proinde ff. de iudic.num.4. Exemplũ pone, ſi quis prætendat equum eſſe ſuum, & illum in aliquo loco reperiat, vt in facti contingẽtia accidit, & Reus excipiat, conuenire eum debere in loco ſuæ originis, vel domicilij, an ratione rei in loco quo reperitur poſſet conueniri, de iure eſſet dicẽdum ex d. regula. Verũ enim verò diſtinguendũ eſt, quod aut quis contraxit in eo loco, & eſt quæſtio ſuper re mobili ibi vendita, donata, vel permutata, & tunc ibi Iudicium poteſt moueri, ratione contractus, & rei, & non datur remiſſio. Abb. in cap. fin. num. 33. de foro comp. Stracca tract. de mercat. tit. quomodo in cauſis mercat. ſit proced. num. 20. & Bal. in rubr. num. 5. C. quæ in fraud. credit. Nec obſtaret hoc caſu conuen-
14 tum eſſe Aduenã, & de breui receſſurũ, quo caſu DD. concludunt, vt non poſſit verè dici cõtraxiſſe, vt ſortiatur forum, dum contrahens ſciat, illum quẽ conuenire intendit nõ eſſe ibi permãſurum, & propterea obſtare exceptionem incompetentiæ Iudicis, tex. eſt expreſſus in cap. 1. §. neque etiam, & ibi gloſ. verbo reſpondere de foro comp. Alexan. cõſil. 89. lib. 7. & Cappell. Tholoſan. quæſt. 103. Nam limitatur, vt nõ habeat locum in contractu, qui ibi tũc eſt explicãdus. Indè Aduenæ, & Negotiatores, qui veniunt in Nundinis, licèt ſint exteri, & de breui receſſuri, vnde regulariter conueniri non poſſunt, l. vnica C. de nundin. & ibi Doct. limitatur pro negotijs ibi geſtis pertinentibus ad negotia Nundinarum, Stracca de Mercat. tit. cit. num. 2. & Barboſ. latius in d. l. hæres abſẽs §. proinde artic. 3. ex nu. 44.

Secundò verò caſu, ſi quis conueniatur in aliquo loco pro re mobili, quam ibi tenet, & prætendat ſibi eſſe obligatam, vel dicat, ſibi ſatisfieri pro ſuo credito, & tunc ratione rei mobilis non ſortitur forum, arg. à l. ſi debitor ff. de pignor. ſed ſi is ſuſpectus ſit, quia fortè eſt fugitiuus, & non habeat in ſua patria bona ſufficientia, & con-
15 ſtet de prædictis, tunc cogi poterit cautionem præſtare de Iudicio ſiſti, & Iudicatum ſoluendo, coram ſuo Iudice competente, l. ſciendum in princ. ff. qui ſatiſd. cogant. vel ſi fideiuſſores non habuerit, res poterit ſequeſtrari, l. ſi fideiuſſor §. fin. ff. eodem, vel cautionem dare de re exhibenda, & non baractãda, vt reſoluit Marian. in cap. ſanè nu. 4. de foro compet. Iaſ. in d. l. ſi fideiuſſor. §. fin. num. 1. & cœteri in l. non alias §. 1. ff. de Iudic. & in praxi vidi cõpluries hanc quæſtionem occurriſſe, & arreſtata bona mobilia ad inſtantiam creditorum pro eorum creditis in locis extraneis, & ſemper prouidimus, Vt reſtituerentur. Imò etiam ſi eſſent expeditæ literæ exequutoriales virtute pragmaticæ, neq; extra territorium debitoris poſſunt exequutioni demandari, & pignorari, niſi in caſibus ſuſpicionis fugæ debitoris, & inopiæ, quia extra domicilium originis, cõtractus, vel deſtinatæ ſolutionis quis conueniri nõ poteſt, licèt bona mobilia obligata habeat in loco.

## ARGVMENTVM

Ratione contractus non datur remiſſio; Sed quid ſi ibi non reperiatur, vel Baro habeat priuilegium de cauſis Vaſſallorum cõtrahentium extra territorium.

Debitor carceratus, an in loco deſtinatæ ſolutionis, vel ſui domicilij detineri debeat.

Debitor ſi ſuo foro renunciet, cum poteſtate conueniendi vbiq; locorum, an data mora in Regijs Tribunalibus conueniri, ac remiſſio denegari poſſit.

SVM

Digitized by Google

## SVMMARIVM.

1 *Contractus ratione, quis ſortitur forũ, qui eſt alijs potentior, ſicut forus delicti.*

2 *Baro ſi habeat priuilegium cognoſcendi de ſuis vaſallis extra territorium contrahentibus, valet remiſſionem petere, ſi in loco contractus Vaſallus conueniatur.*

3 *Vaſſallus in præiudicium ſui Baronis non poteſt eius foro renunciare.*

4 *Clauſula cognoſcendi de delictis extra territorium, an cenſeatur conceſſa cumulatiuè, vel priuatiuè.*

5 *Verba debent intelligi, vt aliquid operentur.*

6 *Debitor obligatus pœnes acta, extra ſuum domicilium, & carceratus, cum brachio R. Audientiæ, vel M.C. an debeat remitti ad Iudicem domicilij.*

7 *Debitor non debet extrahi à proprijs laribus, & alibi detineri.*

8 *Actio iudicati realis, & perſonalis in loci debitoris eſt exequenda.*

9 *Locus deſtinatæ ſolutionis dicitur forus legitimus.*

10 *Remiſſio denegatur, quando quis cum iuramento eius foro renunciat.*

11 *Debitor moroſus, coram quocumq; Iudice conueniri poteſt, dummodo ſit Iudex competens, & nu. 16.*

12 *Iuriſdictionem, ei qui de iure illam nõ habet partes dare nequeunt.*

13 *Iudicium dicitur cœptum in loco quo literæ exequutoriales ſunt expeditæ.*

14 *Prag. 8. de citation. quod Regia Tribunalia nõ procedant in cauſis Vaſſallorum declaratur.*

15 *Debitor cum iuramento renuncians eius foro, & permittens ſoluere in alio loco, an in Regijs Tribunalibus conueniri poſſit, non obſtante dicta pragm. 8.*

17 *L. 1. C. de eo, quod certo loco explicatur.*

18 *Forus communis dicitur locus, vbi reſidet Princeps, & eius Regium Tribunal, & eſt omnibus competens, vt num. 14.*

19 *Ratione legis ceſſante, ceſſat legis diſpoſitio.*

## CAPVT LV.

EXplicatum fuit in præcit. tract. ſuper hac prag. nu. 150. par. 2. quod forum quis ſortitur in loco cõtractus, & ſi ibi reperiatur, legitimè cõueniri poterit, nec Baro ſui domicilij, vel alius Iudex, & ſi eſſet quocunque foro priuilegio munitus remiſſionem petere valebit, ſicuti enim reſolutum eſt, locum delicti omnibus alijs eſſe
1 potentiorem, ſic forum contractus, cum valeat augumentum de vno ad alium, l. omnẽ ff. de Iudic. Euerard. loco top. 50. & ita Franciſ. Marc. dec. 400. part. 1. Ricc. collect. 750. vltra alias authoritates loco citato adductas. Nunc ad prædictam concluſionem aliquas vtiles limitationes adduco, quæ in facti contingentia occurrerunt, & primo.

Quid dicendum, ſi Baro habeat priuilegium cum clauſula, vt tam ratione delicti, quam contractus Vaſſalli ſi deliquerint, vel contraxerint extra terri-
2 torium ad ipſum remitti debeant, an hoc caſu ſupradicta regula ceſſet, quæ prohibet in contractibus remiſſionem Et dum caſus accidiſſet, quod Princeps Vetranæ Prouinciæ Hidruntinæ petijſſet in Reg. Audien. eſſe ſibi remittendam cauſam ſui Vaſſalli conuenti in Ciuitate Vgenti; qui ibi contraxerat, & fuiſſet à Curia dictæ Ciuitatis excluſus; appellata cauſa, prætendebat Actor, ſtante iuris diſpoſitione, ac fori renunciatione debitoris, omninò illum eſſe in eo loco contractus cognoſcendum. Sed replicatum fuit, fori renunciationem ipſi non obſtare (licèt nocceret Vaſſallo) cum in Baronum præiudi-
3 cium ſubditi foro renunciare nequeāt,

Ca-

Digitized by Google

Capyc. dec. 9. Franch. dec. 417. Giurba conſ. 95. iuris diſpoſitio neq; refragabatur, cum Rex poteſtatem habeat diſpenſandi, & derogandi ea, quæ iuris poſitiui ſunt, & Franch. dec. 192. latiùs declaraui in prag. 1.

Indè licèt Iudex loci delicti ſit omnibus potentior, tamen ſi Baro originis clauſulam habeat, vt cognoſcat de delictis extra territorium, debetur ſibi remiſſio à Iudice delicti, Foller. in ſua praxi crim. verſ. audiantur excuſatores ex nu. 64.

Et licèt replicaretur huic motiuo, dictam clauſulam de delictis, & con-
4 tractibus extra territorium in priuilegio poſitam cenſeri cumulatiuè conceſſam, ſed non priuatiuè, data præuētione, ex ijs, quæ adducit D. Rouit. pragm. 1. ex num. 8. tit. vbi de delicto, quod non cenſeatur facta derogatio priuilegiatis in corpore iurs, niſi expreſsè: Tamen fuit reſponſum, vt ſi prædicta opinio haberet locum inutile eſſet priuilegium, & illa clauſula eſſet de
5 vento, & nil operaretur, quod non eſt dicendum, l. ſi quando ff. de leg. 1. Et propterea, quæ dicit ibi D. Rouit. poſſūt adaptari ad illū articulum, quē poſuit circa delicta, de quibus originis Iudex inquirere poſſet etiam de commiſſis extra territorium, ſed de remiſſionibus propter contractus non poteſt dari caſus remiſſionis, niſi quādo Vaſſallus foras conueniretur. Et propterea cum verba priuilegij ſint abdicatiua ab omni alio foro, erat remictenda ad forum debitoris, & iuriſdictionem Principis, & ita iudicauimus. Vnde vbi adeſt tale priuilegium datur remiſſio in contractibus.

Eadem diſcuſſio pluries fuit facta, cum debitoribus, qui pœnes acta Curiarum extranearum, & extra locum domicilij ſe obligauerant de ſoluendo
6 pecuniarum quantitates tempore cōuento, quo adueniente, & nō facta ſolutione, creditores accuſauerunt obligationes, & expedierunt literas exequutoriales, ſuper quibus brachium Reg. Aud. vel M. C. impartiri procurauerunt, quarum virtute fuerunt carcerati, vbi fuerunt reperti. Petebant ergo debitores, ad carceres ſui domicilij remicti, cum de iure à proprijs laribus
7 extrahi non debeant, & alibi detineri, Doct. in auth. qua in prouincia C. vbi de delicto, & dixi prag. 3. Nam actio iudicati realis, & perſonalis in loco debitoris eſt exequenda, & non in omni loco, vbi Reus reperitur, l. à diuo pio
8 §. ſuper rebus, vbi Alex. num. 20. ff. de re iudic.

Creditores verò pugnabant, vt detineri deberent in loco contractus, & deſtinatæ ſolutionis, qui duplici ratione legitimus forus eſt, nam contractus facit quempiam foro illius ſubijci, vt diximus; deſtinata ſolutio tanto magis, l. 1. C. de eo, quod certo loco, eo fortiùs ſtante fori renunciatione cum iuramēto, quæ eſt efficax ad denegandam remiſſionem ex quacumq; cauſa, Guttie-
10 rez de iuram. 3. par. cap. 16. Auil. in c. 27. pręt. gloſ. entreguen. num. 16. cum ſequent.

Replicabatur ex parte debitorum, tàm forum contractus, quam deſtinatę ſolutionis tunc operari, quando Reus reperitur in loco, & licèt gloſ. in d. l. 1. dicat, moroſum, poſſe conueniri in om-
11 ni loco, maximè exiſtente pacto vbiq; conueniendi, tamen intelligitur, in loco competenti originis, domicilij, vel communis, ſed non in alio extraneo, Doct. in l. ſi conuenerit ff. de iuriſ. omn. iud. Borgn. deciſ. 3. Viu. com. opin. 64. quia partes non poſſunt dare iuriſdi-
12 ctionem ei, qui de iure nō habet, l. priuatorum conſenſus C. de iuriſd. omn. iud. cumq; debitores in loco cōtractus, vel deſtinatæ ſolutionis reperti non ſint, ergò nulliter fuerunt carcerati, & proinde eſſent excarcerandi, vel remictendi ad locum domicilij, ex Peguera, qui in ſimili iudicatum refert deciſ. 3.

Quod motiuum eſſet conſiderationis, & haberet ſubſtantiam, vt debitor eſſet excarcerandus, ſi captura à Iudi-

ce

Digitized by Google

ex extraneo facta fuiſſet,ſed cum facta fuerit cum brachio Reg. Aud.quæ habet in omni loco iuriſdictionem, Ideò iudicauimus, debitores detineri debere in loco contractus,vel deſtinatæ ſolutionis,vbi legitimum forum contraxerunt, & vbi Iudicium erat cœptum
13 ex literis exequutorialibus expeditis, & ita Bal.in l. conſentaneum num. 8. C.quomodo,& quando Iudex, & Barboſ.in l.hæres abſens §.1.ex num. 156 ff.de iudic.& ſic remiſimus in facti cõtingentia carceratos ad carceres vbi contraxerunt,& in dubio ad carceres domicilij debitoris.

Ex cuius inueſtigatione venit reſoluẽda alia quæſtio:Extat inquam nouiſſima prag.8.ſituata ſub tit. de citatio.
14 vt Regia Tribunalia non ſe intromittant in citando Vaſſallos Baronum, & procedendo contra eos in cauſis ciuilibus, niſi eſſent perſonæ priuilegiatæ,quæ Regium forum eligerẽt,& hoc ad euitandos circuitus petitionis remiſſionum,& expenſarum,vnde timorati Iudices numquam ſubſcribunt mãdata iuſtificata,quæ cõtinuò priùs expediebantur, ad cuiuſuis inſtantiam in Regijs Tribunalibus, niſi Actores ſint priuilegiati,prout continuò obſeruaui in Reg.Aud.& cum in hac M.C. Vicariæ talem abuſum inueniſſem, ex incuria Iudicum, & importunitate Actuariorum ob eorum intereſſe,facta à me relatione Excellentiſſimo Duci Alcalà Principi Vigilantiſſimo, & omni virtutum genere ornatiſſimo, quem Deus per multos annos incolumẽ conſeruare nobis debeat ſub graui pœna dictæ prag.obſeruantiã M.C.V. mandauit ſub die 8.Nouembris 1629.

Dubium ergo eſt,quid ſi debitor cũ iuramento ſuo foro renunciauerit, & conſtituerit ſe ſoluturum in loco con-
15 tractus,vel vbiq; locorũ, an data mora creditor poſſit illum conuenire in Magna Curia, vel R.Audientia, quæ Tribunalia de iure dicuntur eſſe de foro communi,l.Roma ff. ad municip. non obſtante d.pragmatica.Et videtur dicendum,quod ſic,quia caſus ommiſſus remanet in diſpoſitione iuris, l. ſi extraneus ff. de condit.ob cauſ. cumq; pragmatica non loquatur in iſto caſu, quando debitor in loco deſtinat ſolutionem,& conuenit, vt vbiq; locorum conueniri poſſit, ergò ſtandum eſt in eo,quod ius ſtatuit.

Et quod moroſus poſſit conueniri in loco contractus,domicilij,& foro cõ
16 muni,dicit gloſ.in d.l.1. C.de eo, qđ certo loco,Bal.conſ.50.lib.3.Chartar. dec.Genuæ 3.& ratione(maximè) renunciationis fori cum iuramento, nullam opponere poteſt exceptionem, quin trahi nõ poſſit ad Iudicem competentem,quem elegerit creditor, de ijs quibus debitor ſubijci poterit. Sic gloſ.in l.1.verbo(pro non dato)quam ſingularem ibi dicit Bartol. ff. ſi quis in ius vocat.non ier. & communẽ dicit ibi Alex.eſſe opinionẽ, & ſequũtur Couar.pract.quæſt.cap.10. num. 5. ac Guttier.de iuram.d.par.3.c. 16. quod debitor etiam ſi non reperiatur in loco,ratione renunciationis cum iuramẽto,ad Iudicem contractus trahi poteſt. Et quòd ratione deſtinatæ ſolutionis ſi debitor non ſatisfecerit, in alio foro conueniri poſſit,ſunt verba tex.in d.l.1.C.de eo quod certo loco,ibi(qui
17 certo loco ſoluturum pecuniã ſe obligat ſi ſolutioni non ſatisfecerit arbitraria actione,& in alio loco poteſt cõueniri)gloſ.in d.verbo (alio loco) declarat, vt intelligatur de omni loco idoneo,vbi poteſt quis forum ſortiri,& Iudex non ſit incompetens,cumque forus communis competẽs ſit,vti ſunt illi originis,domicilij, delicti, aut contractus,vt in d.l.Roma, & Doct. in c. fin.de foro compet.& loco Romæ, quã dicit tex.eſſe communem patriam, eſt Curia,in qua Princeps, eiuſque Vica-
18 rij reſident, vt Abb.in d.cap.fin.num. 45.& Barboſ. in l.2.§.legatis num. 31. ff.de iudic.in ſtatu Regum,nam in Eccleſiaſtico adhuc eſt Roma, quæ tempore Legiſlatorum erat tunc caput mũdi. Et redeundo ad inſtitutum, cum

ſit

ſit in poteſtate creditoris eligere locum; data mora ſoluendi, locus omnis ſubrogatur in forum deſtinatæ ſolutionis, propterea non obſtante diſpoſitione dictæ pragmaticæ poſſet defendi, vt iure debitor conueniri valeat, & citari apud Regia Tribunalia. Cum enim remiſſio denegari poteſt, quia vt dixi ceſſat in contractibus. Ergo intentio pragmaticæ, quæ eſt non vexandi ſubditos, quorum cauſæ ſunt remittendæ, ne partes expenſis, & laboribus in petendo talem remiſſionem defatigentur; cumque ceſſet hoc caſu ratio, & intentio dictæ pragmaticæ, ceſſare debet legis diſpoſitio, l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. Si
19 enim debitor ſortitur forum communem, ſi illum creditor elegerit, & in contractibus, non datur remiſſio, ergò nil comune habet diſpoſitio pragmaticæ cum quæſtione noſtra.

Et dato hoc aſſumpto pro vero; neque comparente Barone debitoris, petendo à Regio Tribunali cauſæ remiſſionem, eſſet ei concedenda: nàm datur remiſſio eis, quia cauſæ primæ ſunt cognoſcendæ in loco domicilij rei, tanto magis reſpectu Baronis, qui de illis eſt inueſtitus: ſed quando quis ſortitur de iure forum, vti ratione delicti, vel deſtinatæ ſolutionis, non fit remiſſio, niſi eſſet particulari priuilegio aliquis Baro munitus, vt poſſet retrahere ſuos ſubditos, etiam extra territorium delinquentes, vel contrahentes, vt ſupra diximus. Conſidera quęſo, quia noua eſt apud me quęſtio, & nouum aſſumptum. Sed ex prædictis veritas apparet.

## ARGVMENTVM.

Exemptus aliquo priuilegio à iuriſdictione Baronis, an ſi ibi delinquat, vel in contractu foro renũciauerit, ab ordinario Officiali loci puniri, & conueniri poſſit.

Milites, quando pro debitis contractis poſt militiam carcerari poſſint.

Vaſſallus exemptus à iuriſdictione Baronis, an etiam ſit immunis à iure reuerentiali, & debitis obſequijs, & contrafaciendo ab ipſo puniri poſſit.

## SVMMARIVM.

1 *Vaſſallus exemptus à iuriſdictione Baronis, ſi delinquat extra cauſam officij ſui, punitur ab Officiali* Baronali.

2 *Iudex ordinarius cognoſcere poteſt Officialem maiorem ibi delinquentẽ, delegatum.*

3 *Famulus Magiſtratus, eiuſq; Actuarius delinquens, tàm intuitu officij, quàm extrà, ad illum eſt remittendus, & non dicitur ſuſpectus.*

4 *Vaſſallus à* Baronis *iuriſdictione exẽptus, ſi in ciuilibus renunciauerit ſuo foro, poteſt conueniri in Curia* Baronali, *& nu.* 7.

5 *Miles renunciare poteſt quoad ſe, in ciuilibus eius priuilegio. Fallit ſi compareat pro eo Magiſter militũm, vt nu.* 7.

6 *Alteri per alterum iniqua conditio inferri non poteſt.*

8 *Miles pro debito contracto poſt militiam carcerari poterit, ſi doloſè cõtraxiſſet, vel bona occultaſſet.*

9 *Miles carcerari poterit pro debitis contractis cauſa gabellarũ, affictus, & negotiationum.*

10 *Miles, vel alius exemptus, delinquens poterit à ſuo Iudice delicti inquiri, & nomine ſuperioris carcerari, ſi qualitas delicti expoſcat capturam.*

11 *Vaſſallus exemptus à iuriſdictione* Baronis, *non eſt exemptus à iure reuerentiali, & ab obſequijs. Fallit ob magnam dignitatem, ſed adhuc tenetur ad talem qualem reuerentiã, num.* 13.

13 *Obſequiales opera, nec pacto, nec præſcriptione remicti poſſunt.*

14 *Filius in magna dignitate conſtitutus, etiam quod Pater ſit humilis, tenetur ei ad obſequia conuenientia.*

15 *Obſequia in quibus conſiſtant.*

16 *Inimicitia erit argumentum, ſi quis non ſalutauerit alium, vt mos eſt.*

17 *Pœna non præſtantis obſequia, eſt arbitraria.*

18 *Tex. in l. nullum, C. de teſtibus, procedit etiam ſi Officialis non honoretur, & quomodolibet offendatur eius honor, & iuriſdictio.*

19 *Vaſſallus non tenetur Baroni obedire vbi eſt honoris ſuſpictio, cùm ius honeſtatis ab omni ſuperioritate dicatur exceptus.*

20 *Doctores in domibus Officialiũ, quamuis maiorum, ſedent, & cooperiuntur.*

## CAPVT LVI.

SVnt multi, qui à Baronum iuriſdictione ſunt exempti, licet eis ſubditi ſint, vti ſi reperiãtur priuilegiati, & alijs Iudicibus ſpecialiter aſſignati, vti ſunt matriculati in aliquibus exercitijs lanæ, ſerici, ferri, & Dohanarum, qui ad ſuos Officiales deputatos ſunt remictendi, vt latè in præcitato tractatu declaraui ex nu. 162. Princeps enim quamuis non poſſit regulariter vaſſallos eximere à iuriſdictione Baronum, poſtquam eis cõceſſit vtile dominium; ex cauſa tamen alicuius ſeruitij, magiſterij, militiæ, & ſimilium, poteſt altũ dominium exercere, vt dixi ſupra cap. 13.

Dubia tamen plura ſuper hoc articulo occurrunt: & primò, quid ſi iſti exempti delinquant in Terra Baronis, ſed non intuitu officij, an tunc poſſint
1 ab eo cognoſci, & puniri, & de hoc dixi multa in præc. tract. n. 185. & prag. ead. p. 1. nu. 228. diſtinguendo, quòd ſi extra cauſam officij delinquant, tunc vti priuatę perſonę reputantur, & proindè à Baronę puniri poſſunt, & nunc addo Cancer. var. reſol. cap. 13. lib. 3. n. 221. Farin. in fragm. n. 973. Gizzar. dec. 24. Cęual. com. opi. 897. ex n. 766 Caball. caſu 53. qui dicunt, etiam delegatos Principis delinquentes in loco Baronis ibi ſortiri forũ; Et quod
2 Iudex ordinarius poſſit punire maiorem, probat tex. in l. Officiales, C. de offic. Rect. Prou. Carau. in ritu 49. n. 14 & benè ibi Caball.

Si verò delinquentes eſſent de familia alicuius Magiſtratus, qui haberet iuriſdictionem abdicatiuam, & priuatiuam à quocumque, & tunc ſiuè intuitu officij, ſiuè extra deliquerint remictendos eſſe ad ſuum Præpoſitum, communiter affirmant DD. ità quod
3 tàm famulos, quàm Actuarios inſeruientes, ab ipſo eſſe recognoſcendos, dixerũt Theſſ. dec. 22. & latè Gratian. diſcept. 340. cum ſeq. & declaraui ſingul. meo 12. & licèt potius ſuſpectus eſſe deberet Officialis, circa cognitionem ſuæ familiæ, c. cũ contingat de foro compet. Inno. in c. dilectus, de pœn. tamen contraria opinio eſt recepta, Gratian. d. diſcep. 341. n. 14. Clar. q. 35. Frãch. dec. 407. D. Rou. prag. 28 de off. S. C. cumq; multa ſuper hoc dixerim nunc, & prius, alia verba non effundam.

Secundò fuit controuerſum, quid ſi exempti in ciuilibus negotijs renũciauerint eius foro, an iure legitimo, in Curijs Baronalibus cõueniri poſſint, &
4 præcipuè milites an poterint ſibi præiudicare, ſi ſunt de ſtipẽdiatis, qui ſortiuntur forũ magiſtri militaris, tex. in l. ſi quis in cõſcribẽdo, C. de pact. dicit
5 ad literã, quemlibet poſſe ſuo foro militiæ renunciare, ibi (etiã cingulum militiæ, vel dignitatis) & confirmant ibi glo. & Dec. Barboſ. in l. alia, §. elegãter n. 20. ff. ſol. mat. Gom. var. reſ. to. 2. c. 11 n. 54. Cęual. comm. opin. q. 688. & verã, ac communem teſtatur Gutt. de iuram. cap. 16. par. 1. quod ſaltim ratione iuramenti renunciatio ſit ſeruanda.

Alij

Alij contrarium dixerunt, priuilegium reſpicere ordinem, vndè ei non poteſt præiudicari, nam alteri per al-
6 terum iniqua conditio afferri non poteſt ex vulgata regula; argum. ex cap. ſi diligenti de foro compet. & ſic Fontan. de pact. nupt. clauſ. 3. gloſ. 3. n. 39. Caball. reſol. crim. caſu 225. Muta dec. 63.

Indè in facto, dum Miles quidam cõſtituendo ſe debitorem alicui, renunciaſſet foro militari, & eius priuilegijs, dum fuiſſet accuſata obligatio penes acta, & carceratus, allegabat exceptionem fori, vel quòd tenebatur in quantum facere poterat, & ſic non debebat carcerari: vt diximus in præcit. tract. ſuper hac prag. par. 1. n. 320. Et dum eſſet replicatum ei obſtare renunciationem cum iuramento, fuit detentus,
7 & opinio hæc habita pro vera, quoad renunciantes, ſed ſi pro iuriſdictione tuenda compareret Iudex ipſius ſubditi, tunc puto ſeruandam eſſe opinionem, vt renunciatio non noceat, & ita videtur conciliare opiniones Fontan. loco citato: verùm ſi Miles eſſet monitus pro cauſa militiæ, tunc exceptio hoſtica ei opitularetur. Franch. dec. 286. Graſſ. de except. cap. 3. ex n. 19.

Et antequam ad alia diuertar, limita id quod dixi, Militem non poſſe carcerari pro debitis contractis poſt militiam, vt DD. in l. miles, & l. item miles, ff. de re iudic. Peguer. dec. 222.
8 ſi ille dolosè contraxiſſet, vel bona occultaſſet, quia tunc ſemper carcerari poterit. Bart. in l. fin. §. hæc actio ff. quæ in frau. cred. gloſ. & DD. in cap. inter de purg. canon. Tiraq. in terminis de Nobilit. cap. 24. Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 17. num. 158. & Gutier. de Iuram. cap. 16. par. 1. qui infert ad omnes alios, qui habent priuilegium ne carcerentur, vti ſunt Mulieres, & alij, nam ob præſumptum dolum, verum, vel coniecturatum, perdunt priuilegium: nempè, ſi poſtquam contraxerit debitum, bona donaſſet, vel occultaſſet.

Item Milites carcerari poſſunt pro
9 debitis contractis cauſa affictus gabellarum, territoriorum, aut cauſa negotiationum, nam cum ab ijs, vti ſeparatis ab habitu, & profeſſione militari abſtinere debeant, l. Milites, C. de locato, contrafaciendo, priuilegiũ militare amittunt ad tex. notabilem in l. vnica C. in quib. cauſ. milit. & probat prag. 16. §. 9. de Milit. & ſic continuò prouiſiones contra eos expediuntur ab Auditore exercitus, & Collat. Conc. Item carcerantur pro debitis cõtractis ante militiam, vt ſupra cap. 43. in fine.

Inſuper in caſibus, in quibus locus eſt exceptioni fori, aduerſus Iuriſdictionẽ Baronis, An ipſe poſſit delinquẽtem
10 inquirere, & ſi qualitas delicti expoſcat, carcerare nomine Superioris: Dic hanc auctoritatem non eſſe ab Ordinario abdicatam, arg. tex. in l. nihil, & l. defenſores C. de Defenſ. Ciuit. Gregor. Lopez par. 5. tit. 9. l. 2. gloſ. verb. penden. Cancer. var. reſol. lib. 3. c. 13. num. 127. & proindè inquirere, & carcerare non denegatur, certiorando tamen ſtatim Superiorem.

Poſtremò pro coronide huius articuli, notandum duxi, Vaſſallos exemptos à Iuriſdictione Baronis, ex aliqua cauſa, vel priuilegio, non per hoc eſſe exemptos à Iure reuerentiali erga Dominum, cum obſequia ei naturaliter
11 debeantur, & omni iure præſtanda ſint, Bal. in l. fin. C. de oper. libert. vbi, quod licèt Baro locet ſuam Terrã cum Iuriſdictione alteri, non per hoc Vaſſalli ſunt à nexu obligationis operũ obſequialium exempti, & Caſſan. in cathal. gloriæ mundi conſid. 72. par. 1. aſſerit, tales operas obſequiales pacto,
12 nec præſcriptione remitti poſſe, & ſic Abb. in cap. cum venerabilis de cenſ. Gomeſ. in §. pœnales Inſtit. de action. col. 14. Verùm Vaſſallus exemptus ratione grauis dignitatis, quamuis non erit obligatus ad tantam reuerentiam,
13 tamen tenetur talem qualem conuenit præſtare, Put. dec. 113. lib. 3. Et indè



Digitized by Google

dè filius ſi erit in magna dignitate, & Pater ſit vilis, tenetur eum filius honorare, & obſequia conuenientia præſta-
14 re, arg. tex. in l. 1. §. ſin tamen ſocius C. com. ſer. manumiſ. Bal. in l. 1. in ſecũda lectione in fin. C. de reuoc. donat.

Obſequia conſiſtunt in ſe diſcoperendo, aſſurgendo, ſalutando, ſollem-
15 nibus diebus viſitando, & alij, quos enumerat Caſſan. in cathál. gloriæ mũdi par. 1. conſid. 12. cum ſeq. aliàs quis prçſumeretur paruipendere, & deſpicere Superiorem, & dum quidam Baro carceraſſet quemdam Capitaneum Cohortis militum nouæ militiæ, qui nõ eum ſalutauerat, prçcipuè dum ſternutaſſet, quia erat liuor inter eos, cum habuiſſet recurſum ad R. Aud. Principatus, diximus nõ grauaſſe eam Curiã, quia hoc obſequium prçſtari debebat etiam inter æquales, Luc. de Pen. in l. 1. C. de com. qui prou. reg. Gratian. diſcept. 284. qui dicit, vbi mos eſt,
16 vt Mulieres inter ſe occurrentes deoſculentur, ſi deficiant, erit argumentũ inimicitiæ: ſolitum namq; quando non ſeruatur, iniuria eſt cap. Adrianus 63. diſt. gloſ. in l. ad hoc C. de appell.

Pœna autem erit ſecundum facti qualitatem: nam aut eſt negligentia
17 non præſtandi obſequia, aut in ſpernendo, vel malè de eo loquendo: primo caſu pçna erit leuis carcerationis, vt dixi ſingulari meo 74. & 139. ſecũdo caſu pœna erit grauior, ex tex. in l. 1. & ibi Io. de Plat. C. de domeſt. & protector. Valaſc. conſul. 100. Giurba conſ. 38. Vaſq. contr. illuſtr. in præfat. Et propterea cum etiam exempti teneantur ad prædicta, ſi neglexerint, poterint puniri, & forum Baronis ſor-
18 tiuntur, dum ipſum offendunt, l. nullũ C. de teſt. quæ licèt loquatur in caſu ſuo, tamen ea lex fuit extenſa, vt procedat quomodolibet offẽdatur honor, vel Iuriſdictio alicuius, Franc. dec. 717. & 679.

Hæc enim de raro accidũt, niſi cum Baronibus, qui ſunt mites, & bonç conditionis, cum in genere alij ſint adeò tyramni, quòd non ſolum ſunt contenti debitis obſequijs, ſed requirunt Iduliam à Vaſſallis, vti Dij: Cognoui quẽdam Ducem, qui non erubeſcebat videre Vaſſallos ſibi loqui genibus flexis, quæ eſt ſpecies adorationis, quæ neq; Regi debetur, ſed ſoli Deo, DD. per illum tex. in l. 1. C. de ſilent. & decur. lib. 12. Surgen. de Neap. illuſ. cap. 10. Itẽ Mulieres cogebat ire ad tripudiandum ad Palatium, & non ſunt obligati Vaſſalli ad obediendum, vbi aliqua poteſt dari honoris ſuſpictio, & macula, nam ab omni ſuperioritate ius hone-
19 ſtatis intelligitur eſſe exceptum, ad tex. in l. quod ex liberta. C. de oper. libert. & ibi Doct. & in l. 2. ff. de ijs, qui sũt ſui, vel al. iur. Bellac. com. opin. tit. 7. num. 40. Item non permittunt, quemquam licèt nobilem, vel Doctorem cooperiri, quæ eſt iniuſtitia, cum etiam apud Regentes R. Cancellariæ, & alios Iudices ſupremos domi ſedeãt,
20 cooperiantur, iuxta tex. in l. fin. C. de Aduoc. diuerſ. Iudi. Felin. in rubr. extra de maior. num. 9. verſ. & adde, quod Iudex. Et illi Magiſtratus repreſentant Regem immediatè in exercitio iuſtitiæ. l. item eorum §. decuriones ff. quod cuiuſque vniu. l. municipibus, ff. ad municip. Barones verò, qui Vaſſallos amare, & honorare debent, eos tractant quaſi mancipia, & de iure pares vices alter alteri præſtare debet, Affli. dec. 265. Capyc. in inueſt. verſ. parilitas. Prætermicto iniurias reales, & verbales, violentias in honorem erga mulieres. Proh dolor, miſera temporum conditio? Principatus erectus ad ſubleuamen, & ſubditorum auxilium, factus eſt in ruinam, & diſſipationem, Exurge Domine, quare obdormis, vindica clamorem pauperum, ſed ſi hoc in ſæculo Vltionem non videmus, in alio potentes potenter tormenta patientur, & verax eſt Sermo Dei, Cœlũ, & Terra trãſibunt, verba eius non præteribunt; Videbat. n. Ioannes Angelum clamantem in Cœlo, vt in Apocal. dicentem, Ve, Ve, vobis qui iudicatis Terram.

AR-

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Filius an poſſit in loco originis maternæ prætendere ciuilitatem, & forum, prout in loco patris.
Vxor quando ſortiatur forũ viri, & gaudeat illius honoribus, & immunitatibus: Et quid in viduis, & quid in tranſeuntibus ad ſecunda vota.

## *SVMMARIVM.*

1 *Vxor ratione matrimonij ſequitur forum viri, etiam ſi ſit Neapolitana, & hæres patris; Et quid in foro ſpeciali, diſtinguitur, nu. 7.*

2 *Monialis facta in aliqua Ciuitate, cuius mater erat Ciuis, ſed traducta ad locum viri ſui, an debeat ſoluere dotem, tanquam extera, vel vti Ciuis ex matris origine.*

3 *Vxor retinet ciuilitatem ſuæ patriæ, licet alibi vadat cum marito, cùm forus originis immutabilis ſit.*

4 *Filius ſequitur etiam forum originis Matris, quòad honores; & num. 6. diſtinguitur.*

5 *Filius ſpurius ſequitur originem matris.*

6 *Filius forum originis patris ſequitur.*

7 *Dignitas mariti, deſcendens ex genere, vel officio, cui eſt annexus honor, communicatur vxori.*

8 *Vxor militis quando gaudeat eius foro.*

9 *Vxori in bonis extra dotem, non competit immunitas collectarum, conceſſa marito.*

10 *Vidua retinet omnes dignitates, & prærogatiuas generis, & accidentis viri ſui, & forum. Limita in dignitate reſpectu officij, nu. 11.*

12 *Vidua, ſi ſecundum duxerit virum, an gaudeat dignitate primi mariti, diſtinguitur.*

13 *Maritus an fruatur vxoris dignitate, & honore tituli?*

14 *Titulus eſt dignitas, quæ ſemel quæſita, nunquam perditur.*

## CAPVT LVII.

MVlier ratione matrimonij ſequitur forum viri, & ibi eſt conuenienda, etiã ſi eſſet Neapolitana, vt diximus in præcit. tract. num. 191. par. 2. adeo,
1 quod licet eſſet hæres patris, & in loco hæreditatis forum de iure ſortiatur, vt in l. 1. C. vbi de hæred. tamen ſi matrimonio erit copulata, & traducta à viro in locum mariti, ibi forum ſortitur, Fabr. diff. 5. C. de in ius vocand. & diff. 4. C. de iudic.

In quadam tamen cauſa fuit diſcuſſus articulus, An filij dicantur habere etiam originem in loco matris, ita quod ſi ibi voluerint habitare, poſſint gaudere vti Ciues honoribus, quibus gaudent originarij: Fuit inquam poſita in Monaſterio Brunduſij quædam nobilis puella, cuius mater
2 ciuis erat illius Ciuitatis, & nupta in Ciuitate Lycij; & dùm dicta Monialis intendebat facere profeſſionem, Ciuitas, & Monaſterium prætendebãt dotem, vti ſolita erat dari ab alienigenis: Parentes verò puellæ contendebant ſoluere dotem, prout Ciues præſtabant, quæ erat ſatis minor, & dicebatur, quòd dùm mater eſſet originaria, & ſua puella elegiſſet habitare in loco originis maternæ, debebat gaudere priuilegio vti Ciuis: nàm licèt
3 vxor ſequatur forum viri, non per hoc deſinit, illam eſſe ciuem ſuæ patriæ, quia forus originis immutabilis eſt, & ideò retinet honores illius, Bart. in l. fin. §. idem reſcripſerunt, ff. ad municip. qui dat exemplum in forenſi prohibito à ſtatuto, poſſe acquirere bona ſtabilia in loco, quòd tale ſtatutum



Digitized by Google

non comprehendat mulierem ibi ortam, quamuis alio loco cum marito tranſmigrauerit, & ſic Bald. & Salyc. in l.2.C.de iuriſd.omn.Iud.Ruin.conſil.49. lib.3. Morot. reſponſ. 53. qui hanc veram opinionem eſſe firmat, & propterea inferebant, quod filij ſeque-
4 bantur originem matris, etiam quòad honores, quamuis ratione domicilij, quod eſt forus potentior, ibi debeat conueniri, vt dicam in ſequenti Capit.

Adducebatur etiam conſ.Bal.182. li.2. incip.Statuto Veronæ, vbi ſtatuebatur, non eſſe admittendos in Collegiũ Doctorum, niſi Ciues originarios; & tamen fuit receptus vti Ciuis, filius cuiuſdam mulieris nobilis, quæ erat cum extraneo maritata. Item allegabant glo. in l.filios, C. de municip. & origin.lib.10.verbo materna, quæ dicit, quòd licet filius ſequatur patris originem, ſortitur etiam maternam
5 iure proprio: Inde ſpurij, qui ignorant patrem, matris originem ſequuntur, Affl.dec.384.

In contrarium fuit reſponſum, filios originem paternam tantùm ſequi, ex tex. in l. 1. verſ. ſed ſi ex patre, ff. ad
6 municip. vbi probatur, quòd filius ex patre Campano, & ex matre Puteolana ſequitur originem patris, niſi priuilegio aliquo maternũ forum habere poſſit, & ſic in l.aſſumptio, ff.eodẽ, DD.in l.origine, C.ad munic.& orig. lib.10.Gramm.voto 10.Boer.dec.13. Nec obſtare dicebantur adducta in contrarium: nàm procedunt quando filius eſſet natus in loco materno, nam ratione ortus iuncta origine materna, de æquitate aſſerit Bald. fuiſſe illum in Ciuem receptum, & ſic intelligitur glo.in d.l.filios, vt habeat locum, ſi filius naſcatur, & ibi domicilium trahat, & non alias, prout in indiuiduo reſpondit Guttier.conſ.7. Cumque caſus de quo agebatur eſſet dubius, ex quo iſta filia erat nata in loco materno, quamuis poſteà pater continuò ad ſuam patriam habitauerit, & cum illa intendebat ibi perpetuò permanere, partes inter ſe tranſigerunt, & parum vltra dotem ſolitam à Ciuibus dari fuerunt contentæ, ſed ex prædictis veritas apparet.

Inſuper ad prædicta vtilis inueſtigatio eſt, & difficilis, propter differentes leges, & iura, quæ ad inuicem pu-
7 gnare videntur: An vxor ſequatur forum viri ſui domicilij, ac etiam forum ſpeciale marito conceſſum, ratione alicuius priuilegij, Et circumſcripta longa diſputatione, quæ poſſet fieri, concluſiuè ea diſtinguendo concordabimus: aut enim tractatur de dignitate mariti deſcendente ex genere, & ea communicatur vxori, l. fin. C.de incol.lib.10. & l.mulieres, C.de dignit. lib.12. Vel tractatur de alia dignitate mariti, perueniente ex officio ei collato, cui eſt annexus honor, & adminiſtratio, & ſimiliter immunitas, & fori priuilegium ad eam extenditur viuo marito, l.ſordidorum, & ibi glo. C.de excuſ.muner. lib.10. & l.2. C.de Epiſc. & cler. aut maritus conſequutus fuit officium non habens dignitatem annexam, ſed miniſterium, & tunc priuilegium mariti non communicatur vxori, l.ſemper, §.immunitatis, ff.de iure immun. Bart. in l. maximarum, C. de excuſ. muner. lib.10.
8 in fine, Franch.dec.363. Hinc vxores militum, non gaudent foro, l.1.C.de vxor. mil. niſi eſſent milites cum dignitate, vt DD.in d.l. & in l.vnica, C.de caſtr.dignit. lib.12. Tiraq. de nobil.c.8.proùt aiunt de vxoribus clericorũ, qui ratione ordinum dicuntur habere dignitatem annexam, vt ſunt hi, qui viuunt lege Græcorum, Craſſ. de effect.cler.art.1.nu.155. & ſic intelliguntur deciſio.Capyc.76.& 172. & interprætatur text. in l. in ſacris 3. C.de prox.ſacr.ſcrin.& l.fi. C.de præpoſ.agent. lib.10.

Inde priuilegium immunitatis vectigalium, & collectarum marito con-
9 ceſſum, non competit vxori in bonis extra dotem, Caſtrenſ.conſ.329.lib.1. Alex.conſ.207.lib.6.Palac.in rubr.de do-

donat.inter vir.& vxor.§.31. Ottalor. de nobilit.4.par.cap.8.

Item ſi priuilegium eſſet perſonale,non communicatur cum vxore,niſi lex exprimat,l.1.C.de in ius vocand. l.Princeps, ff.de legib. quæ diſponit, non eſſe eandem iuris diſpoſitionem cum Regina,vti eſt in Rege, Doct. in l.ſi maritum,ff.ſolut.matrim. Tiraq.de legib.connub. glo.2. nu.55.& ex dicta diſtinctione decidere poteris omnes quæſtiones, & concordare iura pugnantia,quæ ſic diſtincta non reperies.

Quid autem erit de iure reſpondendum cum Viduis,an forum mariti retineant, & eius dignitatem: Dic quod
10 omnes prærogatiuas nobilitatis mariti,generis, & accidentis retinent, ac eius forum,l.filij. §.vidua, ff ad municip.l.quoties,C.de priuil.ſchol.lib.12. l.pen.C.de fabric. lib.11. Surd. deciſio.330.n.27.cum ſeq.Ann.conſ.108. Capyc.in inueſtit. fol.45. verſ.amplia ſecundo. Inde viduæ intitulantur dignitate Comitiſſæ,vel Marchioniſſæ, aliorumque titulorum mariti mortui, de Ponte conſ.31.à n.8.Palac.in rub. de donat.cap.31.nu.8.Ottalor.de nobil. lib. 4. cap. 8. Si verò tractaretur de dignitate mariti,reſpectu officij,eo mortuo extinguitur, l.ſemper, §.immunitatis, ff. de iure immun. l.Medicos,C.de Profeſſ.lib.10. Tiraq. regu
11 la ceſſante cauſa,num.107.Nobilitas tamen remanet, Guid.Pap. dec.379. Fabr.diff.3. C.vbi Senatores, Barboſ. in l.quia tale,ff.ſol.matr.

Si verò Vidua tranſeat ad ſecunda vota, an gaudeat nobilitate primi vi-
12 ri; videtur, quod non; nàm quæ prioris mariti eſt oblita, à priore non adiuuabitur, Guid. Pap. deciſio. 349. & Tiraq. de nobil. cap. 18. Sed contrarium probat tex. in l. mulieres,C.de dignit. lib.12. & in l. fœminæ,ff.de Senat.l.cùm te,C.de nupt. nempè eam non perdere nobilitatem primi viri, niſi nupſerit alio, ſatis imparis conditionis primi,& propterea iure poſſit retinere titulum, Don, vel Comitiſſæ, quo maritus primus fruebatur, licet ſecundus vir non habeat, Fontanell.de pact.nupt.clauſ.7.glo.3. par.15. ex nu.59.

Et ſic ſeruatur etiam in fortiori caſu in marito, qui licet non corruſcat radijs vxoris, vt in d.l.fœminæ, adeò quod ducens vxorem nobilem, nihil
13 nobilitatis, aut honoris ex ea conſequitur,ſi ipſe ſit ignobilis, vt ex l. fin. C. de nupt. attamen Conſuetudo præualuit, vt ex perſona vxoris quis dignitates conſequatur, in tantum quod nubens cum vxore titulata,gaudeat titulo illo,de Curt. in ſuo diuerſ. feud. fol.12.à num.24. & etiam poſt mortem vxoris,& poſt tranſitum mariti ad ſecunda vota, vt videmus in facto cum Ill.D.Tiberio Carafa, qui licet titulum Principis Biſiniani ab vxore Vrſina acceperit, dùm ſecundo loco contraxerit matrimonium cum Principiſſa Scyllæ, vtroque titulo decoratur: Titulus enim de per ſe perpetuus eſt,& dignitas,quę ſemel quę-
14 ſita taliter remanet oſſibus infixa, quod nunquam perditur, adeò quod etiam refutato,vel vendito feudo,quis vocatur Dux, vel Comes, Regens de Ponte conſ.31. nu.10.

## ARGVMENTVM

Continentia cauſæ licet non detur in criminalibus, an autem ne pœna diuidatur, ſed vnica fiat ſententia, plures informationes in diuerſis Curijs captas contra reum, ſuperior ad ſe auocare poſſit,nouè diſcutitur.

## *SVMMARIVM.*

1 *Continentiæ, & indiuiduitatis ratione,ceſſat cauſæ remiſſio,in ciuilibus.*

2 *Continentia cauſa non datur in criminalibus.*

3 In-

Digitized by Google

3 *Inquiſitus carceratus poteſt impa ari ab alio Iudice, vt ſi remaneat locus pœnæ, illi remictatur, & nu. 10.*

4 *Tribunal ſuperius, habens poteſtatem cognoſcendi reum, de vno delicto, ſi ille ſit inquiſitus de alijs criminibus in alijs Curijs, omnia auocare poteſt, & de omnibus illum punire.*

5 *Inquiſitus de pluribus delictis, plures pœnas exiliares merentibus, poteſt relegationis pœna puniri ex pluribus, vnam maiorem pœnam augendo.*

6 *Indiuiduæ dicuntur cauſæ, quando ſi diuiderentur perplexitatem adducerent.*

7 *Connexorum vnum debet eſſe iudicium.*

8 *Pœnæ non debent diuidi, quando ex pluribus vna poteſt fieri.*

9 *Continentia cauſæ non datur in criminalibus reſpectu plurium perſonarum, ſecus reſpectu vnius, nàm poſſunt plures cauſæ accumulari, ſub vno Iudice.*

10 *Carceratus pro vna cauſa criminali, quando poſſit recomendari pro alia.*

## CAPVT LVIII.

Ceſſat remiſſio cauſæ ratione indiuiduitatis, vel continentiæ ex l. 1. ff. de quib. cauſ. ad eundem Iudic. eatur, & dicit Auend. quòd accumulatur forus foro, cap. 1. de exeq. mand. verſ. in cap. vigeſima octaua cauſa attributiua ad forum; Et hæc concluſio præcipuè vendicat ſibi locum in cauſis ciuilibus, vt diffuſè explicaui in præc. tract. n. 196. par. 2. Sed in criminalibus videtur, non poſſe dari indiuiduitatem, & cauſæ continentiam, vt quilibet ex reis non poſſit ad diuerſos Iudices remicti, licet diuerſæ ſententiæ poſſint oriri, Franch. dec. 426.

1 (margin, beside "rum; Et hæc concluſio")

In pluribus tamen cauſis grauibus, in Regijs Audientijs introductis, & ad eas pertinentibus ex delegatione, vel ex electione fori prætendebam, poſſe Tribunal procedere ad punitionem non ſolum delicti, de quo ipſa Regia Audientia poterat procedere contra reum, pro crimine capitali, ſed de omnibus alijs, de quibus ille reperiebatur inquiſitus in Curia Baronali ſui domicilij, vel originis, aut delicti: Et dùm caſus accidiſſet, Marchio Oiræ pugnabat non conſignare copias informationum cuiuſdam ſui ſubditi criminoſi, & dicebat, vt Regia Audientia illũ expediret pro cauſa delegata à S. E. & pro alijs, in quibus reperiebatur inquiſitus in ſua Curia, ſi remanebat locus pœnæ, ad ipſum ſpectauerat reum punire.

Vndè fuit altercatum, ſi potuiſſemus dictas cauſas auocare: Ex parte
2 ergò Baronis aſſerebatur, in criminalibus non dari continentiam cauſæ, ſed poſſe, & debere diuidi, ex Franch. loco ſupra citato, & ante eum Vrſil. ad Affl. dec. 213. nu. 8. Farin. quæſt. 100. cap. 3. num. 143. & in terminis, quando vnus, & idem reus eſt inquiſitus in diuerſis locis, quod poſſit emparari, vt ſi remaneat locus pœnæ remictatur Iudici originis, vel delicti, pro inquiſi-
3 tione, de qua reperitur actinctus, & hanc eſſe practicam aiunt Carau. ritu 269. nu. 14. Foller. in prax. crimin. verbo, carcerentur, num. 26. Farinac. quæſt. 7. nu. 42. cum alijs ab eis coaceruatis.

Contrarium tamen ex parte Regij Fiſci nouiter fundauimus, quod quando Tribunal maius eſt competens, ſuper cauſa capitali quæ vrget, iure po-
4 terit ad ſe auocare alias inquiſitiones exiſtentes in alijs locis contra reum, vt is vnica pœna, & ſententia puniatur, non ratione continentiæ cauſæ, ſed nè pœna diuidatur, & vt ex pluribus mixtis vnum ſupplicium conficiatur, & non plures fiant ſententiæ, ex quibus reus non veniret ſic explicitè punitus, propter perplexitatem, & diuer-

uerſitatem pœnarum: Si enim ex vno
delicto reus veniret ad tempus ad tri-
remes condemnandus, & eſſet poſteà
eo finito cognoſcendus de alio crimi-
ne, de quo ſimiliter eſſet pœna trire-
mium plectendus; non eſſet magis
congruum, vt vnica vice condemnatio
ſequatur de omnibus: ſicque ſi ex plu-
ribus delictis pœnam exiliarem merē-
tibus quis eodem tempore cognoſca-
5 tur, non nè de iure ex omnibus poſ-
ſet ad relegationem condemnari? vt
Gramm. voto 17. Marſil. ſingul. 378.
Carrer. §. circa lo fine, num. 107. Ideò
rectiùs, & ad abſurdum vitandum,
melius erit, vt reus vna vice, vnica
ſententia, & pœna puniatur.

Quod aſſumptum, ſuper iuris con-
cluſionibus permanet; regula ſiqui-
dem eſt, cauſas dici indiuiduas, quan-
6 do ſi diuiderentur, perplexitatem, &
abſurdum adducerent, & tunc licet il-
læ de per ſe ſeperatę ſint, tamen apud
vnum Iudicem ſunt remittendæ, Me-
noch. de arbit. Iudic. caſu 371. & per-
bellè Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 1.
nu. 50.

Inſuper connexorum vnum debet
eſſe iudicium, l. 1. ff. de quib. reb. ad
eundem Iudicem, Menoch. caſu 95.
7 Et cauſæ connexæ tunc non diuidun-
tur, quando vna confert ad perfectio-
nem alterius; vt ibi Menoch. num. 5.
Cumque perfectio punitionis rei ple-
na erit, ſi omnes inquiſitiones ſimul
vniantur, vt vnica naſcatur pœna, er-
gò cum connexitas de iure operetur,
vt forus foro attribuatur, vt diximus
ſupra; ergò vnum debet fieri iudicium,
& maximè ſi erit apud Magiſtratum
maiorem, vt dictat Conſt. Regni, incip.
Contingit, la ſeconda, & Barboſ. in
l. hæres abſens, §. proindè, num. 129.
ff. de iudic.

Item adſtipulatur: concurſum plu-
rium inquiſitionum in reo, facere vnũ
iudicium indiuiduum, quod ſi ſepare-
tur, non remaneret adæquatio, & ex
ſeparatis ſequeretur abſurditas, quo
caſu ratione indiuiduitatis, vnus de
congruo debet eſſe Iudex, Gratian.
8 diſcept. 529. nu. 17. Cumque vt dixi
ex pluribus, & diuerſis informationi-
bus, & ſententijs non poſſet dari vni-
ca, & perfecta pœna, ſed perplexitas,
& diuerſitas, vna ad remigandum, alia
ad exulandum, vel alia in pecuniariã,
quæ ſtare non poſſent eodem tempo-
re; ergò ad euitanda prædicta incon-
uenientia, iure poſſe Regia Tribunalia
auocare ad ſe alias rei inquiſitiones
in alijs Curijs exiſtentes dicebam; &
in indiuiduo ità innuit Peguer. deci-
ſio. 224. & Fabr. diff. 1. C. de iudic. &
diffin. 26. C. de iuriſd. omn. Iud. quòd
ratio criminis priuilegiati trahit ad
maiorem Iudicem omnia delicta com-
munia, & ita Capyc. dec. 122. qui licet
dicat, eſſe præheminentiam Magnæ
Curiæ Siciliæ trahere ad ſe cauſas, nõ
per hoc inferri debet, vt ſit ius ſingu-
lare, nàm ibi præheminentia eſt parti-
cularis, quia indiſtinctè auocat, nos
loquimur in caſu ſupradicto particu-
lari, ſecundum tramites iuris.

Nec obſtat deciſio Franch. in con-
trarium adducta, in criminalibus non
dari continentiam cauſæ, nàm loqui-
tur circa diuerſas perſonas: erant
9 enim ibi plures inquiſiti, & prætende-
bat Magna Curia de omnibus cogno-
ſcere, & non remittere aliquem ſuo
Baroni, & fuit dictum, non eſſe incon-
ueniens, vt quilibet à ſuo Iudice pu-
niatur. Caſus noſter eſt diuerſus, nàm
cauſæ omnes, & plures conueniunt in
vna perſona, & ſic ex diuerſis non eſt
facienda illatio, l. Papinianus, ff. de mi-
nor.

Minuſque refert practica allegata,
carceratum pro vna cauſa poſſe reco-
mendari ab alijs, vt remittant, quando
eſt expeditus ab eo, qui illum iure de-
tinet, & eſt competens ad cognoſcen-
dum: nam procedit, quando Iudex
qui detinet, non eſt competens reco-
10 gnoſcendi reum de alijs inquiſitioni-
bus: Pone, quod Iudex delicti cogno-
ſcat quenquam extraneum, quia deli-
quit ibi, quapropter ſortitur ibi forũ,
& non

Digitized by Google

& non tenetur remictere, vt Franch. dec. 37. Is enim non poterit auocare, & trahere ad ſe alias inquiſitiones, de quibus eſt reus inquiſitus in loco domicilij, quia ſuper ijs iuriſdictionem iudicandi habere non poteſt, & ſic in alijs Baronibus paribus, ſed in Magna Curia, & Regijs Audientijs, quæ dicuntur habere ordinariam iuriſdictionem ſuper omnibus, l. Roma, ff. ad municip. Frecc. de ſubfeud. tit. de offic. Mag. Iuſtit. Carau. ritu 53. & Viui. deciſ. 401. data cauſa trahendi, & accumulandi forum, ceſſare debet Baronis prætenſio: Et quamuis ratione inueſtituræ, præſentato priuilegio cauſæ vaſſallorum debeant remicti, vt plenè ſuperiùs explicauimus, limitatur in multis caſibus, eis de iure exceptis, quos paſſim ſuprà in hac pragmatica narrauimus, inter quos hunc caſum poſſe defendi, puto, quando forus foro de iure accumulatur, & ſic iudicauimus.

## ARGVMENTVM

Tutores plures adminiſtrantes, quando inſolidum conueniri poſſint, & an indiuidua dicatur cauſa rationum, vt omnes ſimul ſub vno Iudice computa præſtare debeant.

Cauſa poſſeſſorij, & petitorij, an ſit indiuidua, ita quod apud eundem Iudicem debeat terminari: Et quot modis dicatur continentia cauſæ.

### *SVMMARIVM.*

1 *Adminiſtrator quilibet, inſolidum tenetur.*

2 *Tutor quilibet habet actionem inſolidum.*

3 *Exceptio diuiſionis, tunc habet locum, quando omnes adminiſtrarunt.*

4 *Rationes ſunt indiuiduæ, quando omnes adminiſtrationem exercerunt.*

5 *Adminiſtratores plures, ſub vno Iudice ſunt conueniendi.*

6 *Iudex qui fuit competens in poſſeſſorio, an debeat eſſe in petitorio, & detur indiuiduitas Iudicis.*

7 *Indiuidua reputatur cauſa decoctionis Banci, vel mercatoris graduationis.*

8 *Forus foro accumulatur in multis, licet non adſit cauſa continentia, & num. 10.*

9 *Continentia cauſæ, quot modis dici poſſit.*

11 *Indiuiduitas cauſarum, qualiter cognoſci poſſit.*

12 *Cauſa fideicommiſſi, actio hypothecaria, & cauſa alimentorum, ſunt indiuidua.*

13 *Emergentia, connexa, & dependentia, quæ dicantur.*

## CAPVT LIX.

ET continuando materiam, quã in præcedenti Capitulo tractaui, vt quando cauſæ ſunt indiuiduæ, omnes correi in ciuilibus differentijs, apud vnum Iudicem ſint vocandi, & non debeatur remiſſio, & multos caſus poſui in præcedenti commentario *nu.* 199. quando cauſæ dicantur de iure indiuiduæ: Nunc liceat mihi addere alium, quem in facto accidit.

Io. Antonius Baldus terræ Petræ Paganæ fuit vnus ex tribus tutoribus pupilli Marij Baldi, & fuit inſolidum impetitus ad reddendas rationes tutelæ, & duo dubia fuerunt diſcuſſa, An inſolidum potuiſſet conueniri, vel pro parte. Secundo, ſi pro parte teneretur, an iuridica eſſet exceptio, vt ſimul rationes omnium contutorum videantur, dùm indiuiſim omnes adminiſtrauerint,

uerint, & ſub vno Iudice rationes ſint recognoſcendæ; Cũque quæſtio vtilis ſit, ideò notandam hic duxi.

Ad primum diximus, non habere de iure difficultatẽ, vt quilibet adminiſtratorum inſolidũ poſſit conueniri, quando tutela non eſt diuiſa, ex tex. in l. 2.
1 C. de diuid. tutel. l. 1. C. de tranſact. vbi glo. & DD. rationem dat acutiſſimus ille Cuiac. tit. de muner. Magiſt. lib. 11. quod ſicuti quilibet eorum habet inſolidum adminiſtrationem, l. 1. C. ſi ex
2 plur. tutor. ſic & in rationum reditione quilibet inſolidum conueniri poteſt, cùm eadem ratio debeat eſſe in contractu, vt in diſtractu, l. nil tàm naturale ff. de reg. iur. Euerar. loco top. 39. & latiùs ſequitur Maſtrill. dec. 15.

Verùm ſi conuentus vti voluerit beneficio diuiſionis à lege tributo, vt cõueniatur de eo quod geſſit, tùnc ope exceptionis, non poteſt niſi pro rata
3 ſua conueniri, & condemnari, l. 1. §. nùnc tractemus ff. de tutel. & rat. diſtr. Boer. dec. 59. Ronchegal. de duob. reis l. 9. nu. 219. Montan. de tutel. cap. 39. ex nu. 95. cum ſeq. Et hac exceptione per conuentum oppoſita, fuit admiſſa in iudicio.

Sed ex parte adulti aſſerebatur, quod poſtquàm ille pro parte ſua erat ſignificandus, omnes ſimul deberentur trahi ad rationes; nàm cùm vnicũ ſit patrimonium, & factum vnius co-
4 hæreat alteri, rectè non poterit ſignificari factum vnius, niſi altero audito, propter abſurdum, & perplexitatem, quæ poſſent oriri, ſi cuiuſquam rationes ſeparatè viderentur, dùm indiuiſim omnes adminiſtrarunt; Pone enim, quod aliqua partita diſgregaretur à rationibus vnius, & agregaretur alteri, parum prodeſſet talis agregatio, alio non audito, qui poterit poſteà ſe defendere in viſione ſui computus, & negotium laberetur in infinitum, & proptereà ad euitandum circuitum, & abſurdum, DD. cõcluſerunt, indiuiduam eſſe hanc cognitionem, tàm reſpectu fori, vt omnes ſub vno Iudice debeant
5 conueniri, quàm reſpectu cauſæ, vt ſimul ſignificentur, Gail. obſer. 32. nu. 5. lib. 1. pract. obſer. Montan. de tutel. c. 39. nu. 94. Guttier. de tutel. cap. 15. par. 1. ita quod ſi eſſet vnus abſens, deberet expectari, Doct. in l. 2. C. ſi ex plur. tutor. Gratian. diſcep. 86. Et licèt nouiſſimè multa in contrarium adducat Muta deciſ. 32. tamen loquitur, quando tutela, vel alia adminiſtratio ſit diuiſa inter adminiſtratores, ſed quando indiffinitè quilibet adminiſtrauerit, omnes inſolidum tenentur, & ſimul ad rationes redendas cogi poſſunt, & ſic fuit iudicatum, & eſt articulus obſeruatione dignus.

Item cauſa poſſeſſorij, & petitorij diuidi non poteſt, vt in vno iudicio, ſeù loco cognoſcatur de poſſeſſorio, & poſteà in alio de petitorio; Et in facto,
6 in loco rei ſitæ Actor alienigena conuenit quempiam, qui ibi domicilium trahebat, ſuper poſſeſſorio retinendi cuiuſdam territorij, & obtinuit contra conuentum, vt manuteneri debeat in poſſeſſione, ſaluis iuribus reo in petitorio, cui ſententiæ acquieuit conuentus, & actionem ſuper reiuendicatione propoſuit in eadem Curia; Actor verò fori exceptionem oppoſuit, vt conueniri deberet in ſuo foro; nàm diuerſa erat actio poſſeſſorij à petitorio, l. 3. §. nil commune ff. de acq. poſſeſſ. Et actor debebat ſequi forum rei, & dùm fuiſſet exceptio reiecta, appellata cauſa, confirmauimus decretũ, & adducebam tex. in terminis, in cap. fin. de iudic. quod cauſa poſſeſſorij, & petitorij eſt de iure indiuidua, licèt diuerſæ ſint actiones, nàm vna confert ad aliam, vnde connexæ dicuntur, & vti tales, in iudicio poſſeſſorij, debet terminari petitorium, proùt deciſum refert Peguer. deciſ. 224.

Hinc in practica obſeruatur, quod emanauit ex eodem fonte, vt quoties agatur de vna hæreditate, graduatione creditorum, vel fallimento mercatoris, non poteſt ſub diuerſis Iudicibus
7 reus conueniri, licèt actiones, & iudicia

Digitized by Google

cia ſint de diuerſis cauſis, ſed apud vnum, eundemque Iudicem omnes accedere debent, & accumulatur forus foro, Gail obſeru. 22.& 32. lib. 1. Capyc.dec.122. nu 8.Vrſil.dec.354. nu. 3. Non enim dicimus de jure hoc caſu adeſſe continentiam cauſæ, ſed
8 ratione annexitatis, & conuenientiæ, plures cauſæ ſub vno Iudice ſunt recognoſcendæ, Alex.in l.nulli nu.18.C. de iudic.

Continentia verò cauſæ, quot modis dicatur,& cognoſci poſſit, vt diuidi non debeat, DD. ſparſim ponunt, ſed ſub hac diſtinctione reducitur eius
9 cognitio. Primò, quando eſt eadem actio, rei, & perſonæ. Secundò, vbi eædem ſunt res, & perſonæ, ſed actio diuerſa, vti poſſeſſorij, & petitorij, vt ſuprà dixi. Tertiò, vbi eædem ſunt per-
10 ſonæ, eadem actio, ſed res non eædem. Quartò, vbi eſt diuerſitas perſonarum, & rei, ſed eadem actio, quæ ex vno fôte procedit in plures. Quintò, vbi eſt eadem actio, eadem res, ſed perſonæ ſunt diuerſæ. Seſtò, quando iudicia ſe habent, vt genus, & ſpecies, vti ſunt adiacentia, emergentia, & connexa, Quorum omnium idem eſſe debet iudicium, Menoch.de arbitr.Iud.caſ.95. DD.per illum tex. in l.ſi idem §.quod ſi mutuæ ff. de iuriſd. omn. Iud., & Auend.lib. 1.de exeq.mand.cap.1.ponit viginti duos caſus, & exempla
11 attributionis, & accumulationis fori ad forum, quæ in occurrenti ſunt videnda, quia ſingularia ſunt, Menoch. caſu 371. ponit materiam continentiæ cauſæ, & alia pertinentia ad eam notat Viu. dec.521. apud quos recurre, nè dicta eorum tranſcribam.

Poſui etiam in præc. tract. aliquos caſus indiuiduos, vti cauſa fideicommiſſi, actio hypothecaria, & cauſa ali-
12 mentorum, vt videre poteris. Quæ verò dicantur emergentia, & connexa, vide Mutam dec. 32. Cancer.var. reſol.lib.3.cap.1.nu.43. cum ſeq. qui
13 cæteros cumulant; quæ neceſſaria ſunt ad cognitionem indiuiduitatis,& continentiæ cauſarum, cum ſequantur naturam cauſæ principalis,& ad multa alia conferat talis cognitio.

## ARGVMENTVM

Exiſtente controuerſia finium inter duos Barones in aliqua parte territorij, ſi ibi committatur delictum, quis eorum erit competens Iudex.

Si concurrat Iudex originis, & domicilij ſuper remiſſione delinquentis, quis eorum ſit præferendus.

Habitare, quando quis dicatur, vt priuilegijs habitatorum gaudeat.

## *SVMMARIVM.*

1 *Forus delicti eſt potentior, ſi Iudex originis, vel domicilij non præuenerit.*

2 *Remiſſio non debetur, quandò iuriſdictio Baronis non probatur.*

3 *Regiæ Audientiæ ſunt Iudices competentes de delicto commiſſo in territorio controuerſo per Barones.*

4 *Exiſtente dubio cuius eſt territoriũ, vbi reus deliquit, potior erit cauſa illius, qui præuenerit.*

5 *Forus originis eſt immutabilis, nec deſinit per tranſlationem incolatus in alium locum, & vide nu. 9.*

6 *Origo paterna transfertur in filium, licet alibi Pater domicilium tranſtulerit.*

7 *Domicilium dicitur propriè naturale forum.*

8 *Accuſari, vel conueniri quis non poteſt in loco originis, ſi ibi non reperiatur, ſecùs in loco domicilij, & num. 13.*

9 *Forus originis licèt ſit immutabilis, tamen quoàd iuriſdictionem, præualet forus domicilij.*

10 *Subdi-*

Digitized by Google

10 *Subditus is propriè dicitur, qui habitat in loco.*

11 *Domicilij locus poteſt mutari, & extinguitur præcedens, non ſic locus originis, & nu. 18.*

12 *Conueniri quis non poteſt in domicilio antiquo.*

14 *Habitatores dicuntur ij, qui non conſtituerunt adhuc domicilium.*

15 *Domicilium conſtituitur tacitè per habitationẽ decemnij, & expreſsè per declarationem, quod ibi intẽdit habitare, ſi adduxerit familiam, & bona.*

16 *Habitatio parui tẽporis non operatur, vt quis poſſit dici habitans in eo loco.*

17 *Priuilegium conceſſum etiam in habitantes, & habitatores, quid operetur.*

18 *Priuilegium Brunduſinum conceſſum euntibus ad habitandum, declaratur.*

19 *Habitans per multum tempus, ſi non habet animum continuandi, & permanendi, non gaudet priuilegio conceſſo habitantibus.*

20 *Scholaris diù permanens in loco, non dicitur propriè habitare, vt gaudeat priuilegio habitantibus conceſſo.*

21 *Mercator non dicitur in loco habitare, ſi non habet animum ibi permanendi.*

## C A P V T LX.

ANtiquam illam Doctorum controuerſiam, qualis Iudex ſit præferendus, domicilij, vel originis, aut delicti in præc. tract. ſup hac prag. ex n. 206. p. 2. explicauimus, reſoluẽdo, quod ſi reus ſit in poſſe tertij, forus delicti ſit potentior, ſi verò præuenerit Iudex originis, aut domicilij, is poterit de cauſa cognoſcere, etiam ſi delictum ſit extrà territorium, ex magis recepta opinione, quicquid alij in contrarium dixerint, cùm delicta non puniantur principaliter propter offenſam territorio factam, ſed propter odiũ criminis, Franch. dec. 37. nu. 3. dec. 66. & 505. Clar. q. 39. Cabal. reſ. cri. caſ. 162. & Pegue. dec. 87. cum coaceruatis; ibidemq; ēt narraui, qualiter debeat eſſe ꝑuentio realis, vel verbalis ſufficiat; Modò aliquas notabiles quæſtiones, ſuper eadem materia prętermictere nolui.

Accidit in facto in Reg. Audien. Principatus Vltrà, quod duo Barones, Comes Montis aperti ex vna, & Baro Piæ ex altera, contendebant ſuper materia finium certi territorij, quilibet ipſorum præſupponendo eſſe ſuum; In ipſo inquàm territorio controuerſo fuit commiſſum homicidium, & reus fuit captus ꝑ milites Reg. Aud. & ambo Barones concurrebant ad petendã remiſſionem, quia delictum erat commiſſum in eorum territorio, & iuriſdictione, & dùm eſſet datus terminus ſuper remiſſione, teſtes deponebant, locum eſſe in controueſia dominij, & iuriſdictionis, & litem eſſe in S. C. ſuper poſſeſſorio, & teſtes vtriuſq; partis producti ad inuicem pugnabãt ſuper poſſeſſione, & erant contrarij, fuit proindè dubitatum; quid erat agendum, ſuper articulo remiſſionis.

Ex parte Fiſci fuit dictum, quod cũ
2 iuriſdictio Baronum non poterat fundari, non debebatur remiſſio, Peguer. dec. 2. Foller. in prax. crim. verſ. audiãtur excuſatores n. 82. & dũ Reg. Aud. ſit competens Iudex, & ordinarius in tota Prouincia, Frecc. de ſubfeu. tit. de offic. Mag. Iuſt. nu. 10. non conſtito cui
3 debebatur remiſſio, illa cognoſcere poterat de delinquente, & ità fuit prouiſum, & appellata cauſa ad M. C. fuit remiſſa; & cõferunt adducta ꝑ Menoc. de arb. Iud. caſ. 466. & ꝑ Farin. q. 7. n. 51.

Iterùm inter eoſdem Barones pro eadem cauſa fuit diſceptatum; nàm alter ex delinquentibus, quorum vnus ꝑ Reg. Aud. fuit cognitus, eſtitit captus, & carceratus per Comitem prędictum Montis aperti, & dùm alter Baro comparuiſſet, vt cauſa deberet cum carcerato remicti ad eum, vel citrà præiudiciũ Reg. ipſa Aud. cognoſceret, ſtante lite ſuper poſſeſſorio in S. C. & dubie-



Digitized by Google

tate facti; Comes replicabat, ipſum habere reum in fortijs, & præueniſſe in inquirendo, & capiẽdo, vndè cauſa nõ erat ei denegandà, vt poſſet cognoſcere, & dùm Collegę eſſent ancipites in determinãdo, cũ nõ reperijſſent doct. i
4 nã in terminis, aduxi doct. Bar. in l. iuriſperitos §. cũ oriũdus ff. de excu. tut. dicentẽ, quod ſtãte ambiguitate conſiliũ is qui in cauſa pręuenerit, poſſit de delicto cognoſcere, & innuunt Clar. q. 38. n. 11. Hieron. de Monte tract. fi. regund. c. 25. & nouiſſimè Barboſ. in l. ſi quis poſteà n. 104. ff. de iud. & ex ijs ſic punctũ diffiniuimus, vt Comes citrà litis pręiudicium in cauſa procederet.

Vlteriùs circà ſubiectum principalis materiæ eſt ſciendũ, Doctores ſemper indiffinitè loquutos fuiſſe, competẽtes foros eſſe Iudices delicti, aut originis, vel domicilij; ſed vtiliter, & curioſè eſt inueſtigandum, ſi concurrant Iudex domicilij, in quo quis incolatũ facit, & Iudex originis, vndè reus ex perſona ſua, vel patris originem trahit, & ambo cauſæ remiſſionem petant à Superiore, qui delinquentem habet in fortijs, quis ſit præferendus.

Ex parte Iudicis originis poſſet dici, ipſum eſſe pręferendum, cuius forus eſt immutabilis, nec per translationem incolatus ad alium locum deſinit eſſe
5 ciuis loci, vndè originem trahit, l. pen. ff. de Senat. l. fin. C. de munic. & orig. lib. 10. l. 3. in princ. ff. de muner. & honor. Anchar. conſ. 37. Alex. conſ. 100. lib. 3. & quod origo paterna transferatur in filium, licèt alibi domicilium transtulerit, probat tex. in l. aſſumptio in princ. ff. ad municip. l. origine C. de
6 municip. lib. 10. & Gramm. dec. 103. num. 113. quia vt dixi, eſt immutabilis origo, vt in d. l. aſſumptio in princ.

Sed ex aduerſo reſpondetur, domicilium eſſe præcipuam cauſam iuriſdictionis paſſiuæ, & proprium natu-
7 ralem forum, Bal. in rub. in prin. C. ſi à non comp. Iud. & eſt fortior, & potentior foro originis, Cagnol. in l. exigere n. 9. ff. de Iudic. Sal. in l. 2. n. 8. C. de iuriſ. omn. Iud. & ideò in eo quilibet poteſt conueniri, & accuſari, etiam ſi ibi non reperiatur, quod cõtrarium eſt de iure in alijs foris, vbi ſi quis non repe-
8 riatur, nõ poteſt citari ciuiliter, nec criminaliter, gl. in c. ſtatutum §. 1. verbo vnã . . . Dec. cõſ. 352. n. 2. Rolan. de lucro dot. q. 22. & nouè Barbòſ. in l. hæres abſens §. fin. ex nu. 32. cum ſeq. ff. de Iudic. nec obſtant contraria, nàm circa forum originis, quod ſit immu-
9 tabilis, eſt verum quoàd honores, & onera perſonalia; ſed quoàd iuriſdictionem attenditur locus domicilij, & ità conciliat Barboſ. iura pugnantia loco cit. nu. 43. Imò ſubditus propriè is dicitur, qui in loco habitationis eſt, Gail. obſer. 36. nu. 9. lib. 2. Menoch. de præſ.
10 lib. 6. præſump. 42. ex nu. 6. Tiraq. de retract. conſang. §. 9. glo. 2. nu. 21. cum alijs ab eis coaceruatis.

Dixi, ſubditum dici, qui in loco domicilij habitat; nàm poteſt dari caſus, vt quis domicilium conſtituerit in alio loco verè, vel præſumptiuè, & poſteà illum mutauerit ad alium locum, ſi mutatio ſit facta animo non reuertendi,
11 tùnc locus primi domicilij extinguitur, & non eſt facienda illatio, proùt diximus de loco originis, cuius forus non perditur per translationem ad alium locum, nàm domicilij mutatio facit perdere incolatum, iuriſdictionẽ, ac priuilegia præcedentis loci, l. cum quædã ff. de iuriſd. omn. Iud. & ideò in domicilio antiquo quis nõ poteſt con-
12 ueniri, neq; citari, Barboſ. in d. l. hæres abſens §. proindè p. 1. nu. 10. & dicam in ſequenti: In loco originis nõ poteſt quis conueniri, ſi non reperiatur, aliàs ſic, Bar. in d. l. aſſumptio §. filius nu. 2.
13 Dec. in d. l. cum quędã nu. 5. Affl. dec. 384 nu. 6. & Abb. in c. poſtulanti de for. compet. Et redeundo ad concluſionem quæſtionis propoſitæ, verior, ac magis recepta eſt opinio, Iudicem domicilij præferri Iudici originis ſuper remiſſione ſubditi, qui extra ipſos locos deliquerit, quia ſi in aliqua parte fori originis, vel domicilij delictum

eſſet

Digitized by Google

eſſet cõmiſſum,tùnc ratione delicti,Iudex ille eſſet potior;forus.n.delicti eſt omnibus potentior, qñ non præuenit alter, vt ſuprà in princ.declarauimus.

Pro complemento eſt ſciendum, quod quamquam in principio huius cap. dixerim, quem ſortiri forum ratione delicti, originis, aut domicilij, Attamen multi Barones, & alij habẽt priuilegium cognoſcendi etiam de habitatoribus, & ij ſunt, qui non conſtituerunt adhuc domicilium, quod contrahitur tacitè per habitationem longam decennij, vel expreſſam dedi-
14 cationem, & declarationem, quod in loco intendit facere incolatum,& non ſolùm voce, ſed facto,familiam, & bona tranſtulendo, nàm hoc caſu, ſine
15 decennio dicitur conſtitutum domicilium, vt Gail. obſer.35. lib.2. pract. obſer. Maſcard.de probat.concl.534. Menoch.de arbit.Iud.caſu 86.Afflict. in Conſtit. Regni tit. de reuoc. tranſeunt.ad alien. habit. & diffusè Barboſ.in l.hæres abſens §.fin.ex nu.89. cum ſeq. Et redeundo ad articulum propoſitum, dato priuilegio in habitantes,& habitatores,licèt regulariter quis poterit relinquere primum forum originis, & aliò poſteà ducere incolatum, & poſt illum ſe transferre ad aliud domicilium, l. aſſumptio §. iuriſprudentibus ff. ad municip. Dec. conſ.282. & attenditur vltimus inco-
16 latus,& extinguitur præcedens, l.domicilium ff. eodem, Boer. deciſ. 13. Alex.conſ.474.lib.4. Gratian.diſcep. 592. tamen quouſque non ſit verè conſtitutus vltimus, ſemper remanet iuriſdictio incolatus, ſed dato priuilegio vt ſuprà, ſola habitatio ſufficit, vt pręferatur omnibus, & hanc quæſtionem tetigi in præcit. tract. hac prag. nu.224. At addendum duxi, non ſufficere habitationem pauci temporis, neq; iuuare,ſi familia non ducatur ad locum, ita quod adſint ſaltim præſum-
17 ptiones voluntatis habitãdi;ſed requiritur mora tẽporis anni ad minus,DD. in l.deteſtatio §.familiæ ff.de verb.ſig. Gratian.diſcep.for.484.& 559.n.26. & D.Rou.prag.1.n.9.de immu.Neap. vbi quod nõ ſufficiat, vt quis gaudeat priuilegio fori vti habitans Neapolim, ſi vxorem non duxerit ibi,vel domum non emerit,tenet.n.Ciuitas Neap.tale priuilegium, vt gaudeant habitantes,
18 & habitatores vti alij ciues, qui trahunt,& nõ trahuntur,vt meminit Carau.rit.301.nu.20. Simile priuilegium fuit cõceſſum Ciuitati Brunduſij Prouinciæ Hydruntinæ, vt illa repleretur habitatoribus,quod accedentes ibi ad
19 habitandum, à nullo Iudice poſſint conueniri, & pro quocumq; debito nõ moleſtari, & multi accedebant in eam Ciuitatem,& morabantur ſine traductione familiæ,& bonorum,quæ aſportari potuiſſent,vndè cùm viderẽ fraudem, nunquàm nõ probatis requiſitis, quando reperti eſſent foras,& carcerati pro eorum debitis, conſentiebam,vt priuilegio potuiſſent adiuuari, & cõfe-runt,quæ notant Gram. dec.87. Affl. dec.384.nu.11.Roman.conſ.264.

Inſuper neq; põt dici habitare, qui venit non animo continuandi,ſed pro
20 aliqua cauſa, vel miniſterio vacaret Neapolim,vel alio loco,vbi adſit dictũ priuilegiũ,licèt mora fuiſſet annorum: nàm priuilegium operatur à principio incolatus, ſi habere poſſit actũ ſucceſſiuum,& continuatiuũ,& non aliàs,ſic Bal.conſ.234.Grat.diſcep.c.484.& latiùs c.592.Et ſic ſcholaris non dicitur habere habitationẽ,quia non præſumitur habere animũ permanendi, quãuis pluribus annis ibi ſteterit,l.2.C.de in-
21 col.lib.10. Bar.in l.lex Cornel.§.ſi tñ n.1.ff.de iniur.& ibi Ang.n.7.Menoc. de arb.Iud.caſ.86.nu.22.Grat.diſcep. c. 559. & idem in mercatore, ratione merciũ habitante, nàm niſi familiã duxerit,nõ præſumitur in dubio cõſtituere domicilium,niſi voce,& factis aliud declarauerit,vt gl.& DD.in l.ciues C. de incol. lib.10. Gozad.conſ.49. Valaſc.conſul.175.n.25.Matthienſ.lib.5. tit.4. l.1.gl.5. cum alijs ab eis cumulatis,& dixi ſuprà cap.53. ex nu.20.



Digitized by Google

## ARGVMENTVM

Initium delicti, vel exequutionis locus ſit actendendus, vt quis competens Iudex dicatur, & potior ad puniendum reum?

Priuilegia conceſſa ratione perſonæ, an tranſeant in ſucceſſorem particularem, cui eſt facta conceſſio, cum clauſula (vti prædeceſſores tenuerunt.)

## SVMMARIVM

1 *Mandatum datum in aliquo loco de occidendo, ſi erit exequutum in alio territorio, quis dicatur Iudex delicti competens, diſtinguitur.*

2 *Initium in delictis, alijſque actibus eſt ſpectandum.*

3 *Principium cuiusque rei, potiſſima pars eſt.*

4 *Delictum ſi ſit inchoatum in vno territorio, & in alio conſumatum, quis dicatur Iudex delicti.*

5 *Iudex loci vbi fuit delictum tractatum, vel datum mandatum, an potior dicatur Iudici, vbi fuit delictum exequutum.*

6 *Opinio, quod* Iudex *præueniens obtinere debeat, an vera ſit.*

7 *Communis opinio an ſit actendenda, quando deciſio alicuius Tribunalis eſt in contrarium.*

8 *Qualitas tribuens iuriſdictionem, ante omnia eſt fundanda.*

9 *Priuilegium exorbitans à iure communi, & ſingulare, non tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*

10 *Priuilegium cenſetur datum ratione perſonæ, quando ob merita, vel alicui magno Principi conceditur.*

11 *Ceſſante cauſa originaria priuilegij, ceſſat priuilegium.*

12 *Priuilegium contra* Iuris *diſpoſitionem, ſtrictiſſimam debet habere interpetrationem.*

13 *Decreta Tribunalium ſuper remiſſione cauſarum alicui Baroni conceſſa, an tribuant illi quaſi poſſeſſionem.*

14 *Titulus, ſi non exhibeatur poſſeſſio, vbi ius reſiſtit non opitulatur.*

15 *Dec. Franch. 517. exornatur, & declaratur.*

## CAPVT LXI.

CONFERT ad præcedentis articuli explicationem ſcire, quis dicatur legitimus Iudex delicti, an ille in cuius territorio eſt datum mandatum ad occidendum; ſeu delictum eſt inchoatum, vel ille in cuius loco delictum habuit exequutionem, Bart. & Caſtr. in l. ſi vt proponitur ff. de fideiuſſ. aiunt, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus finem actendi, vbi ſit conſumatio actorum, ſequuntur Auend. reſp. 40. nu. 5. Guid. Pap. dec. 104. Plaz. lib. 1. delict. cap. 15. nu. 17. Duen. reg. 378 nu. 3. Clar. pract. crim. q. 38. nu. 6. Alij contrariæ adheſerunt ſententiæ, reum eſſe puniendũ à Iudice loci inchoati delicti, ex tex. in l. 1. verbo inchoata C. vbi de crim. quia in delictis actenditur initium, l. quod ait lex §. quod ait ff. de adul. Crauet. conſ. 232. Marſ. in l. vnica ex nu. 112. C de rap. virg. Prima tamen opinio verior reputatur, vt deciſum refert Vrſil. dec. 219. nu. 3. & ſaluatur contraria, vt procedat, quando exequutio delicti habeat inchoationem per modum continuationis, cuius exẽpla dant Panorm. & Felyn. in cap. fin. de foro compet. vt notant Bart. in d. §. quod ait, & in l. & ſi amicis ff. de adul. Farin. quæſt. 7. de delict. ex num. 44. Barboſ. in l. hæres abſens §. apud Labeonem in fine de iudic. & innuit D. de Franch. dec. 37. nu. 5. Cumque in hoc articulo in cauſa vertente in Reg. Aud. Salerni eruditiſſimas allegatio-

gationes conſcripſerit D. Franciſcus Merlinus meus Collega, tùnc in Reg. Aud. & nùnc in hac M.C.V. iuuenis magnæ expectationis, & omni virtute ornatus, volui eas hic inſerere, vt perpetuò noſtræ amicitiæ vinculum perſiſtat, & ſunt v3.

Reuerendum Collegium Neapolitanum Societatis *Ieſu*, vtilis Baro feudi Pollicoris prætendit, Leonardum de Caſtro nouo Ciuitatis Turſij inquiſitum de crudeli, & appenſato homicidio commiſſo in perſonam Claudij Caputi, fore remittendum ad ordinarium Officialem feudi prædicti, Iudicem competentem illius ratione commiſſi criminis, non obſtante electione fori facta per Viduam, virtute amplisſimorum priuilegiorum quond. Biſiniani Principis, à quo illud habuit, quorum poſſeſſionem, & cognitionem contra miſerabiles perſonas ſatis probatam dicit ex nonnullis decretis S. R. C. in proceſſu deductis. At contra ſe offerunt Vidua, & Regius Fiſcus, & cùm ſupponatur in facto, Claudium prædictum fuiſſe armata manu per præfatum Leonardum, & alios inſultatum, & captum in territorio Ciuitatis Turſij, & deindè ad tres dies repertum occiſum in feudo prædicto; ideò nec ratione admiſſi criminis, nec rurſus priuilegiorum hoc eſſe ferendum, intendunt, ſequentibus in iure, & in facto validiſſimis rationibus.

Prima equidem, & potiſſima, quæ non vno iuris loco repetita eſt à Conſultis, initium cuiusque rei eſſe intuendum, & ſpectandum, ſiuè in contractibus, ſiuè in delictis verſemur, vt di-
1 gnoſcatur quid de re ipſa ſtatuendum ſit, ſic Paulus in l. Pomponius de neg.
2 geſt. ibi (niſi ab initio quaſi vnum negotium geſturus acceſſero) Et in l. ſi tamen ad Macedon. ait (initium contractus ſpectandum eſt,) & Vulp. in l. ſi procuratorem mandat, inquit (vniuscuiusque .n. contractus initium ſpectandum eſt) & Hermog. in l. qui id quod de donat, dicit, cauſam, & originem præualere, idemque in l. cum filijs §. hæres meus de leg. 2. l. ſi filius de verb. oblig. l. clam poſſidere de acqu. poſſeſſ. l. qui cum maior de bon. liber. & in delictis eſt optimus in l. ſi quis in ſeruitute de furtis, ibi (quia origo furti in ſeruitute facti manifeſti non fuit) & hoc ipſum ſtatuentes reſcribere Cæſares in l. ſi filiusfamil. C. ad Maced. in l. ſi vxor C. ad Vellei. & eleganter in l. vn. §. res verò cum ſeq. C. de impon. lucr. deſcr. lib. 10. Bal. in c. quæ in Eccleſ. nu. 89. de conſtitut. Andr. in c. 1. nu. 5. Imperator Lotharius, Tiraq. in l. ſi vnquàm verb. donatione largitus num. 257. C. de reuoc. donat. Surd. dec. 102. nu. 10. Barb. in l. poſt dotem nu. 75. ſol. matr. Tuſc. tom. 6. lit. P. concl. 703. Faber in Rat. ad tex. in d. l. Pomponius de neg. geſtis, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 202. n. 15. & pluribus confirmat communis Præceptor Dominus Rouit. ad prag. 1. ad Maced. ex nu. 28.

Hoc autem ideò effectum eſt, quia principium cuiusque rei potiſſima pars eſt, l. 1. de orig. iur. & proindè nobilius eſt ſuo fine, qui non poteſt eſſe
3 ſine illo, vndè Tuſch. loc. cit. concluſ. 702. dicit, principium eſſe de eſſentia principati, & quod iuris eſt de aliquo, idem eſt de eius principio, l. non ideò minus C. hæred. inſt. adeò quod malum principium, etiam Deum habeat vltorem, de quo eſt mirabile exemplum in Can. numquid Chain 16. de pœnit. diſt. 1. vbi cœpto in mente Chain homicidio fratris antequàm illud commiſiſſet, tanquàm homicida damnatus eſt à Deo. Hinc infertur cautius, & tutius fore in delictis ſemper initium attendere; ſic enim voluit Bal. in l. 2. nu. 3. C. de Eunuch. vbi ait, (& prædicta vera quando delictum eſt initiatum) & conſumatum extra territorium, ſed ſi eſſet initiatum intrà territorium, tùnc poſſet ibi puniri, ac
4 ſi eſſet ibi conſumatum, v3. dicit ſtatutum, quod nemo vadat ad occupandum

dum Eccleſias cum aliqua gente armorum,& Titius in Ciuitate congregauit gentes armorum, & proſiliens extra occupauit Eccleſiam extra territorium ſtantem, idem dico ratione tractatus intra territorium punitur de delicto commiſſo extra territorium). hæc Bal. quo loci Andr. de Bar. notat, inquit, quod ſi delictum eſt initiatum in territorio, & conſumatum extra territorium, punitur in territorio, idemque Bal. magis in ſpecie in l. ſi quis non dicam à nu. 10. C. de Epiſc. & Cler. concludit (quod in grauioribus delictis, ſi eſt deuentum ad actum verbi, non punior tanquàm pro conſumato, ſed extra ordinem, ſi autem eſt deuentum ad actum facti proximum, & immediatum, & punior pro delicto conſumato)& Bart. in l. & ſi amicis de adulter. in quo eſt de eo, qui tractauit, & ordinauit Florentiæ homicidium, quod poſteà Bononiæ ſubſequutum eſt, dicit, quod ibi puniendus eſt vbi tractauit, & ordinauit, dummodò talis tractatus non remanſerit in puris finibus cogitationis, eum ſequitur Dominus Præſ. de Franch. dec. 37. num. 5.
5 qua ratione fuit in ea ſpecie remiſſus Clericus ad Archiep. Neap. Et confirmatur doctrina Bal. in l. non ideò C. accuſat. quia ſolus tractatus, & ſola ordinatio non punitur de iure, niſi ſit proceſſum ad aliquem actum, ſequitur Felyn. in c. fin. nu. 16. de for. compet. & rurſus Bal. in l. cunctos populos C. de ſum. Trin. quod ſi ſtatuto cauetur, quod quis in domo pro debito ciuili non poſſit capi, ſi tamen fuerit captus extra domum, & poſteà aufugerit in domum, poterit ratione initij licitè extrahi, ſequitur Cyn. in auth. ſi quis C. eod. & magiſtraliter Bart. in l. libellorum nu. 6. ff. de accuſat. in ea quæſtione; cum quis percuſſit Titium in platea, qui poſteà moritur in alio loco, dicit attendendum fore locum percuſſionis, & dùm inferiùs nu. 8. ſubdit, quod in his quæ habent cauſam ſucceſſiuam, tempus, & locus perfecti delicti debeat inſpici, pro loco perfecti delicti, non tantùm intelligere debemus locum, in quo verè fuit finitum, & conſumatum, ſed etiam illum, in quo fuit inchoatum, licèt perfectum non ſit, iuxtà intellectum Conſ. quem ipſe allegat in l. ſemper §. annus, quod vi, aut clam, ibi (Annus autem cedere incipit, ex quo id opus factum perfectum eſt, aut fieri deſijt) licèt perfectum non ſit, ad theoricam Bart. in l. non ſolùm §. ſi liberationis nu. 7. de lib. leg. Carau. tit. 21. nu. 2. Imò fortiùs Felyn. in d. c. fin. num. 16. tenet, quod vbi actus factus extrà territorium haberet radicem, & effectum delicti in territorio, non attenditur, quod perſona delinquens ſit extra territorium, ex Bal. in l. actor C. de probat. & hanc opinionem ſequitur Marſil. in pract. crim. §. vlteriùs, & in §. quoniam n. 91. C. de rapt. virg. & Menoch. lib. 6. præſ. 17. docet, quod quando finis neceſſariò pendet à principio, hoc caſu attenditur principium, & ſi finis pendeat à principio ſola neceſſitate cauſatiua, ex Alciat. Bart. in l. 1. qui pot. in pign. & Socc. conſ. 41. nu. 16. lib. 4.

Et licèt aliqui ex præfatis Authoribus teneant, id verum eſſe quoties agitur de excuſando reo, ſecus vbi de ipſo puniendo, quo caſu potiùs finis, & conſumatio delicti attendi debeat, diſtinguentes inſuper, an principium ſit licitum, & finis illicitus, an verò vterque illicitus, vt videre eſt apud Farin. tit. de inquiſ. q. 7. nu. 45. Verùm enim verò huiuſmodi doctrina nihil refert ad propoſitum, cùm non agatur de puniendo, vel excuſando reo, ſed tantùm de mero articulo ciuili, quis ſcilicet ex duobus ſit Iudex competens huius cauſæ, in quo omninò affirmandum eſt, Iudicem loci originis, & initij delicti talem eſſe, eo præſertim, quia & ſi licitum ſit principiũ alicuius actus, ſi tamen cum mutatione loci, mutetur etiam territorium, & ex hoc lædatur iuriſdictio alicuius Iudicis, tùnc licitum initium excuſat, vnde



Digitized by Google

de Bal. in d. l. cunctos populos verſ. nunquid ergò tenet, quod ſi familia fugiens poſt reum, eum capiat in Eccleſia, incidit in Canonem, non attento licito initio, quia læditur ex hoc iuriſdictio Eccleſiæ, & Felyn. in d. c. fin. num. 16. de for. compet. Bart. poſt firmatam ſuperiorem concluſionem de principio licito ſubdit; ſed in hac limitatione aduerte diligenter, quia vera eſt, vbi vna cum commutatione loci, mutatur territorium, nihil attendendo in præiudicium alterius, ſecùs vbi tranſitus ad alium locum læderet iuriſdictionem alterius, quia licitum initium non excuſat.

Quod ſi tàm indiſtinctè poſita ſuperior concluſio, non videatur amplectenda, id tamen effugere nemo poterit, quod DD. omnes abſquè contradictore vno ore fatentur, ſaltem vtrumque Iudicem, & inchoati flagitij, & conſumati, eſſe competentem, eoque potiorem eſſe præuenientem, ita ſanè docent Io. Andr. in reg. in obſcuris de reg. iur. in 6. Cyn. Bald. & Ang. in l. 1. C. vbi de crim. ex quo tex. id quod fundamus mirificè colligitur meo videri, ibi (Vbi commiſſa, vel inchoata) ſ. attenta natura illius alternatiuæ, vel quæ habet in ſe implicationem, vt per DD. in c. inter cœtera de reſcrip. & ſufficit alteram partem eſſe veram, Menoch. lib. 4. præſum. 83. nu. 66. Abbas in d. c. fin. nu. 11. de for. compet. vbi dicit communem, & in c. 1. de præſum. Gem. in. in c. 1. §. fin. de ſtat. regul. in 6. Anan. in c. 1. de rapt. col. 3. Marſil. in repet. l. vnic. nu. 296. C. de rapt. virg. Nellus de bannit. p. 2. temp. 1. q. 8. Clar. in prax. q. 38. verſ. item pone. Mut. ad prag. Sicil. tit. 10. limit. 18. nu. 57. & rurſus tit. 41. num. 109. & præceteris Felyn. in d. c. licèt ratione de for. comp. nu. 13. doctè, ſatis, & eleganter diſtinguendo ponit falcem ad radices, aut enim inquit, delictum inchoatur in eodem loco, reſpectu agentis, & patientis, aut inchoatur in vno reſpectu agentis, & in alio reſpectu patientis, aut nec reſpectu agentis, nec patientis eſt factum in alieno territorio, ſed ſolùm facta præparatio, vt delictum alibi committatur, & cum poſteriora duo membra præfatæ diſtinctionis non pertineant ad caſum noſtrum, quoàd primum dicit; (Prima concluſio, vbi delictum
6 inchoatur in vno loco, tàm reſpectu agentis, quàm patientis, verum eſt, quod puniri poteſt à Iudice vtriusque loci, & potior eſſet Iudex inchoationis, Bal. in l. ſi quis non dicam C. de Epiſc. & Cler. & in c. 1. §. iniuria de pac. iur. fir. exemplum in capiente, & ligante vnum hic, & ſpoliante eum alibi ductum, nàm propter violentiam ſucceſſiuam, adeò confundũtur actus, quod habetur pro vno delicto) hæc Felyn. vbi videndi ſunt eius Additionatores, verb. delictum.

Et Farinac. cui in criminalibus nihil poteſt dici non eſſe cognitum in d. q. 7. nu. 45. verſ. contrarium, poſt Alex. conſ. 75. nu. 6. vol. 3. & alios hanc doctrinã conſtanter ſequutus eſt. Qui potiùs ſequẽti n. 47. in ea celebri quæſt. an mandans homicidium fieri extra territorium, poſſit puniri in territorio per Iudicem ipſius pluribus rationibus, & authoritatibus reprobat communem opinionem tenentem, mandãtem debere puniri à Iudice commiſſi homicidij, & mordicùs ſubtiliter conſiderat, quod ſiuè agatur de puniendo mandantem pœna ordinaria delicti ſubſequuti, ſiuè de pœna extraordinaria propter ſolum mandatum, ſi tamen mandans ſit ſubditus iuriſdictioni mandati, vel ratione originis, vel domicilij ſemper Iudex mandati erit competens, & ſubdit veram rationem, quia ſi ſola origine, vel domicilio, lex tribuit iuriſdictionem, etiam ſi delictum ſit alibi commiſſum, tantò ergò magis puniri etiam poterit mandans, qui dicitur etiam deliquiſſe in eodem loco reſpectu mandati, quæ ſanè doctrina à nullo alio, quem ipſe viderim ſic rectè perpenſa, & excogitata decidit

cidit

Digitized by Google

cidit ſanè caſum noſtrum, & ſi prædi-ctum Leonardum non negatur eſſe originarium ciuem Ciuitatis Turſij, inibique habentem domicilium: Cur non etiam pro delicto per actum facti, proximum, & immediatum in eius territorio inchoato, dicendum eſt ſubditum fore illi iuriſdictioni, eoque fortiùs quæ præuenit in captura.

Dices præfatam Farin. opinionem eſſe contra communem, quam præter eos primæ nothæ Authores, quos ipſe allegat nu. 47. ſequuta eſt Senatum Gratianopol. teſte Guid. Pap. dec. 104. & rurſus Neapolitanum apud D. Præſ. de Franch. deciſ. 37. ideò communis præualere debet, ad tex. in l. filius, ad l. Cornel. de falſ. ibi (ſic. n. inueni Senatum cenſuiſſe) l. nàm Imperator de legib. l. vlt. C. eod. quia ſententia Senatus ſicuti Principis facit ius, l. 1. §. eumque de poſtul. l. centus 10. de probat. l. filius 15. de cond. inſtit. l. Senatus 45. de leg. 1. l. quod Principis de aqu. plu. l. 1. à quib. appell. Affl. deciſ. 383. nu. 8. Gamm. dec. 33. num. 2. & dec. 278. Burſat. conſ. 32. nu. 28. conſ. 56. nu. 4. Menoch. conſ. 502. num. 34. lib. 6.

Reſpondeo Farinac. opinionem, nō ſolùm habere præcipuos, & maximos anteſignanos, & tutelares, Bal. Alex. Ang. & alios, quos citat nu. . . Sed quod magis eſt inſitam, viuam, euidētem, ac penè infallibilem rationis aſſiſtentiam, qua communis conuincitur, & eneruatur, & proindè non eſſe ab ea recedendum in iudicando, proút aliàs Summum Pontificem effeciſſe videmus in c. Cappellanus 4. de ferijs ibi (poſterior ſententia meliori, & ſubtiliori nititur ratione) & ità DD. in c. 1. de Conſtit. dicunt, à communi eſſe recedendum, quoties aliqua probabili ratione contrarium defenditur, Affl. in c. 1. §. Iudices nu. 8. de pace iu-
7 ram. firm. Neuiz. in Silua lib. 5. nu. 62. Coraſ. lib. 2. com. opin. tit. 9. num. 83. Viu. dec. 91. Valaſc. conſul. 128. n. 26. Surd. conſ. 403. nu. 83. qui dicunt, id procedere etiam in ſententijs Præfecti Prætorio, proút ſic contra communem iudicaſſe cum modica difficultate, noſtrum S. C. Neapol. teſtatur D. Franch. dec. 30. cui addo Cannet. in cap. Volentes §. ſed occurrit nu. 22. & in c. ſi aliquem §. ſed tractandum num. 31. & 44. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 6. c. 10. nu. 103. Gizzarell. dec. 1. nu. 20. & elegātiſſimè de more Gaitus de credito c. 4. q. 11. à nu. 1603.

Sed quidquid ſit de veritate illius opinionis, attamen deciſ. Guid. Pap. ſi rectè attendatur proceſſus ſeries, pro Fiſco, & Vidua potiùs adducenda eſt, quandoquidem in ea non fuit iudicatum pro communi opinione, licèt ſecundum eam ſentire videretur Senatus, quia vt aduertit idem Author in fin. non fuit viſum Curiæ Parlamenti ſufficienter probatū delictum fuiſſe cōmiſſum in Prouincia, quia locus contentioſus erat propè confines Patriæ Delphinatus, breuiter non erat probata qualitas, quæ in propoſito tribuit iuriſdictionem, quę omninò antè om-
8 nia probari debet, Affl. dec. 247. & ibi Vrſil. & eſt, quod delictum verè ſit commiſſum in territorio, vt poſt ipſam naturalem rationem, DD. omnes vno ore conclamant, & docet Dominus meus, vt alios miſſos faciam ad prag. 1. vbi de crim. ag. oport. lib. 3. iur. Reg. ſic pariter iudicandum eſt in caſu noſtro, cùm nihil ſit in actis probatum de commiſſione delicti in territorio Pollicoris, ſed tantùm capturam prædicti Claudij factam in territorio Turſij per inquiſitos, at Collegium fundare poſſe ſuam iuriſdictionem in ſola inuentione cadaueris, nullibi cautum reperitur.

Obiectum deniquè de deciſ. 37. Franch. facili negotio diluitur, ex his quæ ipſe dicit, quod locus inchoati delicti attendendus eſt, vbi initium non ſtetit in ſimplicibus finibus cogitationis, iuxtà Bart. placitum, quod non eſt in caſu noſtro, vt prædiximus.

Sit ergò concluſio, Iudicem ordinarium

Digitized by Google

rium Ciuitatis Turſij competentem ratione originis, & domicilij inquiſitorum, fortiùs eſſe competentem ratione delicti in eius territorio inchoati per actum facti proximum, & immediatum, eoque magis ratione præuentionis in captura, excluſo pœnitus Iudice feudi Pollicoris omni carente actione,& proindè tutè agere Viduam in hac Reg. Aud. virtute priuilegij electionis fori ſibi à lege communi, & municipali conceſſa, contra quod non eſt, quod alleget Collegium.

Quandoquidem deeſt ei omne fundamentum ſuæ intentionis, ſiuè.n.requirat titulum,ſeù priuilegium cognoſcendi contra viduas, & nullum produxit in proceſſu, præter priuilegium conceſſum à Sereniſs. Regibus Biſiniani Principi, quod quidem cùm ſit exorbitans à iure communi, & multũ ſingulare, non tranſit in ſucceſſorem Conceſſionarij,cui alias Rex non eſſet conceſſurus, arg. l. licitatio §.fin.de public. & docet Bal. in c.fin. de offic. Deleg. & Affl.dec.361.in fin. præſertim ſi concedatur alicui Magno Principi intuitu ſuæ perſonæ,vel meritorũ: Vnde S.R.C. ſæpiùs ſolitum fuiſſe iudicare, quod priuilegia, quæ conceduntur alicui magno Principi in caſibus reſeruatis, non tranſeunt in generali alienatione cum aſſenſu facta per-
10 ſonis inferioribus, teſtatur Minad. ad Conſt.Reg. in aliquibus nu.39. & poſt eum D.de Franch.deciſ.275. num.7. refert ad literam decretum S. C. in ann. 1508. & iterum hoc tenet pro abſoluto dec.125. nu.1, quamuis in illo caſu locum non habuiſſet præfata doctrina, quia venditio erat expreſsè facta cum bonis vacantibus,& Ciuitas Bitonti,quæ ſe redemerat, ſubijciebatur immediatè Domino Regi, qui non poteſt dici perſona inferior, vt diligẽter aduertit ibi D. Præſes, quam opinionem ſequutus eſt Viu. dec.208.in princ. & nouiſſimè doctiſſimus D. Io. Franciſcus Capiblancus meritiſſimus Collega noſter, doctè ſatis, & eleganter eam comprobat in inſigni Commentario ad prag.8.de Baron.nu.90. & expreſſiùs in prag.5.nu.63. vbi in terminis ſic ait: ( Verùm cùm Status Biſiniani ſit quaſi totus venditus,& de eo mille ſint inueſtiti,venditio fuit facta per Curiam cum omnibus priuilegijs, & prærogatiuis, vti Princeps tenebat,quæ priuilegia ſunt talia, quod poteſt dici quaſi Regem ſe expropriaſſe omni iuriſdictione, & ſolum altum dominium ſibi reſeruaſſe. Prætendunt ergò illi Barones vti talibus prærogatiuis, & dùm pluries tàm iſte caſus Officialium,quàm ſimiles occurriſſent in R. A. de Baronibus petentibus remiſſiones cauſarum, ſemper obſeruauimus denegare eis prærogatiuas ſingulares, & non remittere, ſed retinere ex eo, quod illa priuilegia præſumuntur conceſſa ratione illius Magni Principis,vnde perſonalia priuilegia in noua conceſſione venditionis factæ, non præſumuntur data perſonæ non æquè ſimili,&c.) hæc ipſe, & quidem ratio reddi poteſt,quia vbi perſonæ conditio locum facit beneficio,ceſſante conditione ceſſare debet beneficium, arg. tex. in l.in omnibus cauſis, vbi DD. omnes de reg.iur.cõcordat tex. in l. Athletæ §. 1. & l.Gimetræ, & l. idem Vulpianus de excuſ. tut.l.Titia Seiam §.vſuras, vbi gloſ.& Bald. de leg. 2. Tiraq.tract.ceſſante cauſa verſ. priuilegij cauſa num. 23.
11 quod magis procedit cùm priuilegiũ conceditur alicui perſonæ ex certis cauſis, nàm tùnc nec tranſitorium eſt ad hæredes extraneos,D.Regens de Ponte in repet. ad tit.de ſucceſſ.feud. lect.12.nu.52.Franch.dec.458.nu.5. ità intelligendus.

Accedit quoniam priuilegium prædictum,non tantùm eſt contra ius cõmune in l.1.C.quom.& quan.Imperator, ſed etiam contra Conſt.Regn.ſtatuimus,& priuilegium contra Conſtit. Regn. eſt ſtrictiſſimè interpetrandum, nec extendendum de perſona ad perſonam,ita conſuluit Ann.alleg.64 nu.4.

Deeſt

Digitized by Google

Deeſt inſuper Collegio poſſeſſio; quoniam hæc non probatur per decreta M.C.V.& S.R.C. producta in proceſſu, quæ tantùm oſtendunt poſſeſſionem Principis Biſiniani, ſiuè po-
13 tiùs hæreditatis iacentis, quod idem eſt, quia perſonam defuncti repreſentat, l.in eò in fin.& l.ſeq. de acqu.rer. dom. & per eam conſeruatur, & retinetur omne ius defuncto competens, d.l.in eo,& l.ſimili §.regula eod.tit.& de hoc non diſputatur, ſed dato millies, quod illa eſſent prolata ad beneficium eius, attamen cùm non conſtet de titulo, ſeù priuilegio, dicendum eſt adhuc ei non ſuffragari. Cùm enim huiuſmodi remiſſio ſit contra terminos iuris communis non ſufficit quaſi poſſeſſio, niſi & exhibeatur titulus, ſeù priuilegium, ex quo appareat, Principem velle à ſe abdicare huiuſ-
14 modi cognitionem, ad tex.in c.cum perſona de priuil. in 6. Bart. in l. Herennius de Decurion. Maſtril. de Magiſtr. lib.1.c.11.nu.10. quia Princeps habet fundatam intentionem de iure communi, & municipali in exercendo huiuſmodi iuriſdictionem, ad tex. in l. ne quiſquam, alias Senatus cenſuit de eden. quæ omnia ad mentem ſunt eidem Domino Capiblanc.ad d.prag.8. nu.86.& 87.quibus ipſe addo deciſionem S.R.C. in proprijs terminis apud Franch. dec.517. nu. 8. quo loci hæc ſubdit. (Et vltimo non obſtat, quod alias in eodem priuilegio fuerit iudicatum in fauorem terræ Summæ con-
15 tra Viduas, poſtquàm fuit effecta demanialis, quia volui videre proceſſus, in quibus fuit iudicatum, & reperi in eis fuiſſe præſentata priuilegia prædeceſſorum Dominorum, &c.) & paulò inferiùs. (Et Iudices forſan credentes in Vniuerſitate Summæ, quæ ex eius pecunia ſe redemerat in beneficium Regis, procuraſſe eadem priuilegia prædeceſſorum abſque illius præſentatione in eius beneficium iudicauerũt, quod fieri non debuit, ſtantibus prædictis.)

Et cùm hæc allegaſſem in anno 1623. in cauſa Fiſci, & Viduæ quærulantis cum Barone terræ Cannichi, petente remiſſionem quorumdam Vaſſallorum vigore priuilegiorum Principis Salerni, & fuiſſemus in diſcordi voci cum Magnifico olim Regio Auditore D. Mauritio Moles (nunquàm pro meritis, ſatis laudato adoloſcente, fati inuidia ad Reipublicæ perniciem præmaturè extincto) tranſmiſſis actis, & votis, vt moris eſt ad Reg. Collat. Conſ. fuit ibi cõtrouerſia deciſa, iuxtà prædicta, & meum votum, vt videre eſt in literis illius ſupremi ſubſellij, quæ ſeruantur penès Secretarium Reg. Aud.

Ex quibus omnibus ſatis elucet non eſſe audiendum Procuratorem Collegij in prętenſa remiſſione, ſed cauſam agi debere in hoc Tribunali, vt illibatum ſeruetur Viduæ priuilegium, & ius Regio Fiſco, Et ità iudicatum fuit.

## ARGVMENTVM.

Originarius ſi aliò incolatum faciat, an deſinat eſſe ciuis ſuæ originis.

Ortus Neapoli, ſi domicilium in alio loco conſtituat, an vti Neapolitanus poſſit ibi trahere conuentos, & trahi.

Ciuis quibus modis quis effici poterit, Et an incola, ciuis dici poſſit, & gaudeat priuilegijs ciuibus conceſſis.

## *SVMMARIVM.*

1 *Forum originis duplex quis habere poteſt, vbi ipſe naſcitur; & vbi parentes ſui domicilium habuerint, ſed non vltrà Proauum.*

2 *Nobilitas maiorum in loco quaſita tran-*

*tranſmittitur ad poſteros in infinitum.*

3 *Abſentia à loco, non eſt legitima cauſa amittendi honores Ciuitatis.*

4 *Originis locus, mutatione, ac renunciatione, non amittitur quoàd honores, & onera.*

5 *Forenſium appellatione non veniunt originarij, licèt alio loco domicilium conſtituerint.*

6 *Forus domicilij, & non originis præualet quoàd iuriſdictionem.*

7 *Mulier Neapolitana nupta extero, mariti forum ſortitur, & non Neapolitanum.*

8 *Barones delinquentes in eorum terris, cognoſcuntur à Reg. Aud. illius Prouinciæ.*

9 *Ciuis quis multis modis effici poteſt.*

10 *Incola qui domicilium in loco conſtituit, an ciuis dici poſſit.*

11 *Incola non gaudet honoribus originarijs conceſſis, & ſic ciuis allectus, ſed limita nu. 13. & 14.*

12 *Prothomedicatus officium ex priuilegio debetur naturalibus Regni.*

13 *Priuilegium recipit interpetrationem à ſolito, & conſueto.*

14 *Vniuerſitas ſi recipiat aliquem in ciuem, vt gaudeat honoribus omnibus, an agregatio ſufficiat.*

15 *Priuilegium in genere ciuibus alicuius loci conceſſum, veniunt allecti, & incolæ.*

16 *Ciuitas Litij tenet priuilegium, vt ipſa poſſit eligere Aſſeſſorem in Curia ciuem ipſius Ciuitatis.*

## CAPVT LXII.

DIXI, quem ſortiri forum originis, tàm ex ortu ſuo in loco, vt in l. 1. & l. origine C. de munic. & origin. lib. 10. quam forum origi-
1 nis Patris, Aui, ac Proaui, & non vltrà, niſi Pater impediſſet, quia à loco diſceſſerit, & alibi domicilium tranſtulerit; nàm quia attenditur illius perſona immediata perditur origo Aui. Boer. dec. 13. Gratian. diſcept. c. 559. Fontan. de pact. nupt. clauſ. 3. gloſ. 3. nu. 75. licèt quoàd nobilitatem attendatur locus maiorum, & ſi Pater aliò
2 migrauerit; nàm nobilitas Anteceſſorum ſequitur deſcendentes, nec Pater filijs præiudicare poteſt, vt fuit explicatum ſuprà cap. 48. ex Guttier. q. 13. nu. 95. lib. 4. de Pont. conſ. 107. lib. 2. Indè Nobiles Neapolitani, qui gaudent in Sedilibus, quamuis aliàs inco-
3 latum filii traxerint, ſi Neapolim redeant, admitti debent ad honores, vt de Pont. diſtinguit loco citato.

Altercatum fuit, ſuppoſita concluſione, vt dixi, filium retinere originem paternam, & gaudere priuilegiis loci originis, eo quod origo mutatione lo-
4 ci, neque renunciatione amittitur, l. aſſumptio ff. ad municip. ità quod ſemper ciuis dicitur, & non forenſis, licèt in loco Parentum non habitet, Caſtre.
5 conſ. 89. lib. 2. c. 1. verbo (alienum genus) de vſur. in 6. Gail. obſer. 36. lib. 2. quia ciuilitas de eſſentia non requirit habitationem, Bart. in l. eius qui §. Celſus ff. ad municip. Cæphal. conſil. 451. lib. 4. Alex. conſ. 157. lib. 2. Quid ſi filius oriatur in aliquo loco, & ibi etiam domicilium conſtituat, an delinquendo poſſit conuolare ad forum originis. Caſus accidit in Reg. Aud. Principatus Citrà, in qua fuit inquiſitus Andræas de Caro terræ Roccæ Glorioſæ Cilenti, & dùm Baro remiſſionem peteret, quia erat ſuus vaſſallus, & ibi deliquerat, opponebat reus, illum eſſe oriundum ex Ciuitate Neapolitana, & proindè ibi eſſe remittendum, ex priuilegio, quod trahunt, & non trahuntur, vt in ritu 301. & patet ex cap. gratiarum Neapoli conceſſo 53. & preſentauit prouiſiones M.C. ad fundandam magis eius intentionẽ, & priuilegium Reg. Cam. quę conceſſerat illi, & fratribus, omnem immunitatem, pro pedagiis, gabellis, & alijs, ſtãte quod Pater fuerat Neapolitanus.

In

In contrarium oppugnabat Baro, quia licèt quis retineat forum originis, qui dicitur immutabilis, intelligitur quo ad honores,& immunitates, & etiam
6 ad forum,ſi regrediatur ad ſuam antiquam originem, ſed ſi conſtituat domicilium extrà Ciuitatem,tùnc ſubijcitur iuriſdictioni illius Iudicis,vbi facit incolatum,tam in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus,& non poteſt conuolare ad Iudicem originis, vt diximus ſuprà cap. præc. nu. 9. & latiùs cap.53. ex nu. 16. Barboſ. in l.hæres abſens §.fin. nu.43. ff. de Iudic. Gail. obſer.36.nu.9. lib.2. & Bal.in l.ſi non ſpeciali C.de teſtam.ait, originarium, ſeù natum Neapoli dici de Ciuitate Neapolis, ſed nõ ciuem Neapolitanũ, & proindè qui ibi non habitat, illius foro non gaudet, Affl.dec.384. Grat. diſcep.559. nu. 33. Fulcitur hæc opinio ex ijs quæ reſoluta ſunt in muliere Neapolitana extero nupta, quæ
7 licèt traducatur ad domicilium viri, retinet ſuam originem, & gaudet immunitate, & honoribus ſuæ patriæ, vt Bart. in l.fin. §. idem reſcripſerunt ff. ad municip.Moror.conſ.53.nu.13.tamen quoad iuriſdictionem ſubijcitur foro mariti, vt refert Præſ.de Franch. dec. 416. Vndè eadem ratio, & iuris diſpoſitio procedere debet cum omnibus Neapolitanis, quando recedunt à Ciuitate, & domicilium merè contrahunt in alio loco, cum familia animo perpetuò manendi, Idem eſt deciſum cum Baronibus, qui licèt à Mag.
8 Curia ſint recognoſcendi, tamen ſi deliquerint in eorum terris, in quibus ciues dicuntur,ſubijciuntur foro ordinario Reg. Aud.illius Prouinciæ,& dicam infra cap. 85. propterea ex ijs, non remiſimus eum Mag. Cur. vti Neapolitanum, ſed quia inquirebatur de practica cum foriudicatis M.C. ad illam ob hanc cauſam tranſmiſimus, iuxtà Franch. dec.470.

Vlteriùs reſoluemus vtilem,& controuerſam quæſtionem, an incola per domicilium contractum, dicatur de iure ciuis: Et præmitto, ciuem aliquẽ pluribus modis effici, vt per Bald. in l. quidam cum filium ff. de verb. oblig. & Carau.rit.301.nu.6.nouem modos
9 cumulauit,ex quibus ciuis quis creari poterit, ſed omnes prædicti caſus reſtringuntur in tribus, aut enim quis eſt originarius, aut in ciuem ab Vniuerſitate mediante Concilio allectus, iuxtà ſolitum Vniuerſitatis; Aut verò eſt Honorarius ciuis, vt ſunt Barones, & Epiſcopi, vt notaui prag.11. & dicam infrà cap. 84. Iſtis modis quis ciuis efficitur, Ann.alleg.130.Pari.conſ. 71.lib.1.Gratian.diſcep.cap.559.nu. 24. Incola autem, qui conſtituit domicilium in loco, ciuis non efficitur,
10 nec dici poteſt, glo.in l.ciues C.de incol. lib.10. Bal. in l.ciues C. de appell. Boer.dec.260. Lopez l.2.tit.24. par.4.glo.fin col.2.& ideò appellatione ciuium, in ſtatutis, & priuilegijs, ſtrictè non veniunt, Barboſ. loc.citato nu.47. largè verò, ciues dici poſſunt, glo. in cap.ſtatutum § cum vero de reſcrip.in 6. Alex.conſ.16.lib.5. Grãmat. conſ.ciu.5. quia gaudent comoditatibus terræ,vti alij ciues.

Sed difficultas eſt, an potiri poſſint ipſæ incolæ prærogatiuis, officijs, & honoribus à Principe ciuibus conceſſis; & ſuper hoc articulo conſtituo regulam, incolas, ac etiam ciues alle-
11 ctos,non gaudere honoribus, naturalibus, & originarijs ciuibus conceſſis, glo.& Doct.in cap.1.de vſur. in 6. D. Regens Tapia dec.14. qui deciſum refert, Officium Prothomedicatus ex priuilegio conceſſum naturalibus Re-
12 gni, non poſſe dari exteris, licèt in Regno incolatum fecerint, vel ciues allecti ſint in Ciuitate, & vltrà doctrinas coaceruatas, ſic Gail. obſeru. 36. lib.2. Ann.alleg.57. quia verba ſunt intelligenda in vero ſuo ſignificatu, & non in ficto, l.3. §. hæc verba ff. de neg. geſt. & à proprietate verborũ non eſt recedendum, l.non aliter ff.de leg.1.& licèt beneficium latè ſit interpetrandum, l. fin. ff. de Conſt. Princ.

limi-

limitatur, quando incluſio afferret præiudicium alijs, vt DD. in d. l. non aliter concludunt.

Limita dictam concluſionem, ſi priuilegium nominaret ciues originarios, & receptos, vel ſi eſſet genericum, &
13 per conſuetudinem loci, ità priuilegium interpetratum fuiſſet in aſſumẽdo ad honores, & officia ciues, & incolas; priuilegium enim ab obſeruantia vires obtinet, Bart. conſ. 59. Ioſep. Seſe deciſ. 90. Ann. conſil. 129. ex num. 39.

Indè infertur ad aliam limitationem, Si Vniuerſitas recipiat quem in ciuem, cum prærogatiua, vt gaudeat, vti alij originarij; hoc caſu incola, vel
14 ciuis ſic allectus gaudebit vti naturalis, Bart. in l. ſi maritus §. legis Iuliæ ff. de adult. & licèt alij contrarium ſentiant, Vniuerſitatem non poſſe cõcedere ea quæ ex ſpeciali priuilegio limitatè ei ſunt conceſſa, tamen receptior eſt opinio, concedere poſſe Vniuerſitatem, quæ ſibi data fuere, quando priuilegium eſt conceſſum reſpectu ipſius, cùm ad illam pertineat incommodum, & commodum, vt Bernard. Diaz c. 54. n. 14. Imol. conſ. 35. Hipol. conſ. 127. Rom. conſ. 62. Alex. conſ. 160. lib. 5. Caſtrenſ. conſ. 21. lib. 1. Boe. 260. n. 20. non negat hanc eſſe veriorem ſententiam, & benè Barboſ. in l. hæres abſens §. proindè il 3. ex nu. 62. de Iudic.

Si verò priuilegium in genere loquatur, & ſit conceſſum ciuibus, tùnc equidem ciues aſcripti, & incolæ veniunt, & ſubaudiuntur, quia larga de-
15 bet fieri interpetratio, Roman. conſ. 62. Boer. d. dec. & Barb. loc. cit. nu. 52. ac ità refert deciſũ Salern. in ſuis dec. manuſcriptis 24. Et per hanc regulam; dùm à Sereniſſimis Regibus anteceſſoribus fuiſſet conceſſum priuilegium Ciuitati Licij, vt ei liceret ſingulis annis eligere in Aſſeſſorem vnum ciuem.
16 Gubernatori ipſius Ciuitatis, fuit ſatè diſcuſſum, ſi Doctores incolæ, qui conſtituerunt verè domicilium in Ciuitate, potuiſſet gaudere dicto beneficio, & dùm fuiſſet electus Doctor Io. Aloyſius Mancus, vir omni eruditione præditus, audiui aliquos ſe ei oppoſuiſſe, ex quo non eſſet originarius ciuis, ſed incola, tamen per Reg. Aud. & poſteà per Collat. Conſil. fuit pro ipſo iudidatum, & ſic meo tempore, deindè cum alijs continuatum.

## ARGVMENTVM

Iuriſdictionalia an & quándo præſcribi poſſint, & quod tempus requiratur, & an ſit neceſſaria Principis ſcientia, & patientia, vel ſufficiat ſuorum Miniſtrorum. Vniuerſitas an per ſuos ciues ſibi quærere ius, & poſſeſſionem poſſit, mirificè explicantur.

## SVMMARIVM

1 *Præſcribi non poſſunt aduerſus Principem ea quę reſeruata ſunt in ſignũ Coronæ, & alti dominij.*

2 *Præſcribi poſſunt tempore immemorabili, quæ priuilegio poſſideri poſſent, licèt contra Regem.*

3 *Iuriſdictio exerceri non poteſt vigore præſcriptinnis immemorabilis, niſi priùs ea probetur.*

4 *Præſcriptio vt aduerſus Principem operetur, requiritur, quod concurrant ſcientia, & patientia illius.*

5 *Poſſeſſio vbi non datur, neque præſcriptio incipere poteſt.*

6 *Ignorans non dicitur pati.*

7 *Scientia præſumitur in Principe ſuper præſcriptione, ſi ſit in Regno, vel adſint coniecturę, quod actus potuiſſet venire ad eius notitiam.*

S 8 Scien-

8 *Scientiæ initium eſt probandum ad probationem curſus temporis.*

9 *Scientia Vicarij, & Miniſtrorum præiudicat Principi, in præſcriptione immemorabili contra eum. Limita, ſi actus præſcriptionis ad illorum notitiam venire non potuerint, vt num. 11.*

10 *Procuratoris factum nocet Domino.*

11 *Baronis factum, an præiudicet directo Domino, ità quod eius ſcientia, & patientia noceat.*

12 *Obſeruantia declarat titulum dubiū, & priuilegia.*

13 *Pręſcriptio quæ requiratur inter Barones, vnus ſi prætendat contra alium quæſiſſe ius in alterius feudo.*

14 *Ciues an poſſint quærere ius contra Barones, & feudalia ſine ſcientia Principis.*

15 *Vniuerſitates iuriſdictionem habere non poſſunt.*

16 *Ciues an poſſint quærere ius per eorum factum Vniuerſitati.*

17 *Factum ciuium præiudiciale, quando nocere poſſit toti Vniuerſitati.*

18 *Quaſi poſſeſſio, vt quæratur Vniuerſitati per ciues, quæ ſint articulanda, & probanda.*

19 *Vniuerſitas non dicitur delinquere, niſi congregetur expreſſè ad delictū faciendum.*

20 *Quaſi poſſeſſio, quæ eſt quæſita per aliquos, non releuat publicum.*

21 *Vſus omnium ciuium, vel maioris partis, facit præſumi quæſitum ius omnibus.*

22 *Actus ſucceſſiui, licèt facti per perſonas diuerſas, ſi ſint continuati, conferunt ius Vniuerſitati.*

23 *Ciues quando per eorum actus Communitati nocere poſſint.*

## CAPVT LXIII.

TEXTVS huius §. pragmat. cùm mandet, nè Barones exerceant merum, vel mixtummperi um. aliamuè iuriſdictionem, niſi quatenùs eis virtute priuilegiorum, vel legitima præſcriptione liceat, plena manu illum exornaui in præc. tract. part. prima, & ſecunda, declarando, qualiter inueſtitura, & priuilegio Barones quærere, & exercere poterint iuriſdictionem in Vaſſallos, & quæ intelligantur conceſſa, & quæ reſeruata: Hinc breuiter declarare intendo, qualitèr ipſi iuriſdictionem aduerſus Principem præſcribere poſſint, & licèt aliqua dixerim, tamen nùnc clariùs hunc vtilem articulum explicabimus: Diſtinguendum ergò eſt, quod aut tractatur de reſeruatis
1 in ſignum Coronæ, & alti dominij, ſuper quibus fundatur poteſtas, & obedientia, & hæc ſunt impręſcriptibilia, quicquid in contrarium dixerit Felyn. in cap. cum non liceat de præſcript. nàm receptior, & verior opinio eſt negatiua, Vaſq. contr. illuſ. 82. Camill. de Curt. in ſuo diuerſ. feud. fol. 7. nu. 28. Indè coniurato bello vſq; ad mille annos Princeps poterit occupata recuperare, & nulla dari poteſt præſcriptio, Didac. Perez lib. 6. tit. 13. lib. 3. ordin. Guttie. pract. quęſt. lib. 1. quæſt. 84.

Aut verò tractatur de alijs Regalibus, ſiuè patrimonialibus, aut fiſcalibus, & iſta ex magis communi opinione, tempore immemorabili, præſcribi poſſunt; nàm quæ
2 poſſunt priuilegio poſſideri, vel quaſi valemus etiam immemorabili tempore acquirere, cùm iſtud tempus locum priuilegij munitiſſimi obtineat, Luc. de Penna in l. quicumque

C. de

Digitized by Google

C. de fundis limitrop. lib. 11. & ità Boſſius tit. de Princip. numer. 234. Capyc. deciſ. 77. num. 7. Peregrin. de Iure Fiſci lib. 7. tit. 13. Et in Regno adeſt Conſtitutio incip. Quadragenalem, & adeò ſolidam hanc propoſitionem aſſerunt, quod tantùm requiritur tempus in præſcribendo, quod donec non probetur,
3 non habet facultatem prætendens poſſeſſionem iuriſdictionis, eam exercere, neque ſe ingerere, licèt ſit longiſſima poſſeſſio, cùm habeat reſiſtentiam legis, & Regis, Luc. de Penna in dict. l. quicumque, Boſſ. tit. de Princip. à num. 234. Roland. à Valle conſil. 89. lib. 2. num. 35. & Gratian. diſcep. forenſ. cap. 441. nu. 14. qui ait, poſſe Fiſcum interim impunè turbare, & expellere ſic vitioſum poſſeſſorem, de quo dicto, vide quæ reſoluimus in pragm. 11. nu. 45. in præc. tract.

Vlteriùs eſt ſciendum, hanc opinionem, vt centenaria præſcriptio ſufficiat, admittunt multi Scribentes, ſi concurrat ſcientia, & patientia Principis expreſſa, vel præſumpta,
4 & non aliàs, ex regula, quod incorporalia ſine ſcientia, & patientia non conferunt quaſi poſſeſſionem, l. 1. cum ſequ. C. de ſeru. & aqua, Bart. in l. 1. §. denique ff. de aqua pluu. qui infert, quod cùm Imperator non fuerit in Italia, Ciuitates aliquæ non potuerunt quærere contra eum aliquam iuriſdictionem, & ſic Iacobin. in tractat. feud. verſic. cum mero, & mixto Imperio, & vbi non datur poſſeſſio, neque poteſt incipere præſcriptio, cap. ſine poſſeſſione
5 de reg. iur. in ſexto. Scientia ergò, & patientia eſt primus actus transferendi in aduerſarium ius poſſidendi in incorporalibus, l. pen. ff. de ſeruitut. Et ignorans non dicitur
6 pati, l. quoties ff. eodem; Non probata enim dicta ſcientia, & patientia, quæ non præſumuntur, cùm ſint quid facti, ſed potiùs ignorantia conſideratur, ex l. in bello §. factæ ff. de poſtlim. reuerſ. Bald. in l. 2. C. quæ ſit long. Conſuet. non poterit allegari præſcriptio, etiam annorum mille: Præſumpta verò ſcientia ſufficiet, ſi Princeps erit in loco, &
7 adeſſent legitimæ coniecturæ, potuiſſe actus prætenſos venire ad eius notitiam, Ann. in repet. tit. de vaſſall. decrep. ætat. num. 452. Indè infert Palac. in cap. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. 2. not. verſic. incipiente num. 39. talem ſcientiam difficiliter probari poſſe, vt ſit concludens, eò magis quia de iure oportet dictam ſcientiam, & patientiam habere probationem initij, & conti-
8 nuatæ poſſeſſionis, & ſic Thob. Non. conſil. 32. num. 3. vndè ſolus vſus licèt antiquiſſimus iuriſdictionis non opitularetur.

Limitant aliqui hanc propoſitionem, ſi dicta notitia venerit ad veram ſcientiam Miniſtrorum Regis,
9 & eius Vicarij; nàm tùnc ſtat præſumptio, vt ipſi certiorauerint Principem, eò quod præſumitur, non fuiſſe tàm deſidentes, & negligentes, vt voluerint pati præiudicium fieri ſuo Regi, l. Herennius ff. de euict. vnde hanc præſumptam ſcientiam, & patientiam cum tempore immemorabili ſufficere, dicit Couarr. reg. poſſeſſor. par. 2. num. 8. Padill. in d. l. 2. C. de ſeruit. Perez l. fin. tit. 13. lib. 3. ordin. Et licèt Ann. & latiùs Palat. locis ſuprà citatis contrarium teneant, aiſſerentes, quod cùm Prorex, & Mniſtri iuriſdictionem concedere non poſſint, neque ſcientia, & patientia eorum poteſt obeſſe in Principis præiudicium, Attamen Guttier. cap. 85. lib. 1. pract. quæſt. impugnando Palac. ait, communem eſſe opinionem, vt curſus tanti temporis omnia ſollemnia iuris, & facti oportuni præſumat; nàm factum Procuratoris nocet Domino, ad tex.



Digitized by Google

in l. Procuratoris ff. de tribut. act.
10 cuius verba ſunt (Procuratoris ſcientiam nocere debere Domino, neque Pomponius dubitat, neque nos dubitamus) & in ſcientia Vicarij, ſic reſpondet Bald. conſil. 340. lib. 5. Caſtrenſ. conſ. 203. lib. 2. D. de Pont. conſ. 91. vol. 2. Tiraq. de Nobil. cap. 30. Ozaſc. deciſ. 101.

Sublimita tamen, Si actus præſumptiuè venire non potuerint ad notitiam Proregis, & aliorum Miniſtrorum Principis, ad quos curam habere ſpectat, nè Principi præiudicetur:
11 nempè ſi aliquis Baro exiſtens in longinquis à Ciuitate Neapolitana vſurpauerit aliquam iuriſdictiouem de regalibus, vel aliquod ius ſibi exceptum, quod ad collationem Principis ſpecialiter pertineat, & eo vſus fuerit in ſuos Vaſſallos, certè ſcientia non præſumitur de cauſis, & caſibus particularibus, ſed de conſuetudine aliqua generali, quæ veriſimiliter venire poteſt ad notitiam Principis; vel eius Miniſtrorum, ſic in ſpecie notauit Palac. loco citato, niſi cauſæ eſſent deuolutæ ad Principem, & cognouiſſet, illum Baronem vti excepta iuriſdictione ſibi non conceſſa, vt de Pont. loco citato, tùnc enim immemorabili etiam probata, ea non ſuffragaretur.

Verum enim verò hæc ſublimitatio patitur ſuam reſtrictionem, nàm limitatur, ſi Baro haberet titulum, & priuilegium, ſed illud eſſet dubium, an id poſſit de iure extendi,
12 vel non, ad id quod ingeritur Baro; tùnc enim priuilegium recipit interpetrationem ab obſeruantia, & ſufficeret non ſolùm immemorabilis, ſed longiſſima poſſeſſio prodeſſet, Barr. conſil. 59. Guttier. pract. quæſt. cap. 86. lib. 1. Couarr. regula poſſeſſor par. 2. §. 3. Roman. conſil. 271. de Pont. conſil. 57. à num. 46. Titulus enim obſcurus cauſat bonam fidem, & ius præſcribendi, & Iudicis arbitrio relinquitur conſiderandum, an extenſio ſit doloſa, vel dubia, vt præcitati DD. & per ſupradicta videtur reſoluta hæc queſtio præſcriptionis, reſpectu Principis.

Si autem contentio eſſet inter Barones priuatos, alter in alterius terri-
13 torio prætendens iuriſdictionem exercere poſſe, alia diſtinctio eſſet facienda circa tempus præſcribendi ius, & iuriſdictionem inter eos, de qua materia vide, quæ congerunt Doct. & præcipuè Bammacar. in cap. ſi quis per triginta ſi de feud. def. cont. de Curt. in ſuo diuerſ. feud. fol. 69. ex num. 15. cum ſeq. Anna conſil. 129. ex num. 31. de Pont. in 3. lect. feud. à num. 48.

Dubium aliud animaduerſione dignum eſt, quid ſi Vniuerſitas prętędat præſcribere aliquam iuriſdictionẽ, vel aliquod ius contra Boronem, & feudum, an requiratur ſcientia Principis vel ipſius Baronis notitia, & patientia ſufficiat, & per quos actus quæratur
14 Vniuerſitati ius quaſi poſſeſſionis per ipſos ciues: Ad primum articulum dico, non requiri ſcientiam Principis, donec adeſt vtilis Dominus, Procurator in rem ſuam, ſed illius Baronis ſcientiam, & patientiam ſufficere, vt in præcedenti diximus, & ſuper dicta patientia incipere præſcriptionem, quæ minus centum annorum non prodeſſet ad quærendum ius ſuper iuriſdictione, ſeù ſuper feudalibus, vt Affl. & cæteri in d. Conſt. Quadragenalem, &
15 Capyc. in inueſt. verſ. præſcriptio. Eò maximè cùm prohibitum ſit Vniuerſitatibus poſſe iuriſdictionem habere, vt in Conſt. Regni cum ſatis.

Difficultas eſt, qualiter per ciues, & actus particulares præſcriptionis ius
16 competere poſſit, & quęri Vniuerſitatibus cõtra Barones, & cœteros: Aliqui dixere per intermedias perſonas ciuiũ acquiri ius in publico, ex glo. 12. l. ſicut §. ſi quid Vniuerſitati ff. quod cuiuſque Vniuer. quæ vult, Vniuerſitatem

tatẽ poſſidere Nemus, ſi homines Villę eo vtantur cum eorum beſtijs,quàm pro ſingulari eam extollit ibi Caſtr. & ita Gabr.concl. 1.tit.Quod cuiuſq; Vniuerſ.dicens,factum à ſingularibus, vel maiori parte, dici factum Vniuerſitatis; Confert, quod eruditè tradit Crauet.de antiq.temp. 4.par.nu.206. vt ſi quis prohibuerit aliquos ſingulares de aliquo Oppido piſcari, lignari,& paſcua ſumere in aliquo loco, illa poſſeſſio, ſeù quaſi quæſita ex prohibitione facta aliquibus, extenditur ad omnes de Vniuerſitate,ſi talis prohibitio deuenerit ad notitiam totius Populi,ex frequentatis actibus,vel ad maiorem partem,& non fuerit contradictum,ſed ceſſauerint illi,& alij;nàm elápſo tempore longiſſimo, vel immemorabili, ſecundum facti qualitatem, ius prohibendi afficiet totam Vniuerſitatem, & ſic nouè Caſanat.conſ.39. num. 19.

17 (at "lignari,& paſcua")

Aduerte tamen ad hoc; nàm aliqui Aduocati inſcij, qui medullitùs hunc articulum non penetrant, deficiunt in articulando, & probando, & perdunt cauſam Clientis: Neceſſe eſt enim,vt prædicta opinio propoſita procedat articulari, actus factos per particulares ciues fuiſſe factos nomine Vniuerſitatis, concurrente ſcientia, & voluntate Rectorum, ſeù Sindicorum ipſius Vniuerſitatis,pro eorum tempore, & ità ciues acceſſiſſe ad lignandum, paſcendum, & cœtera ſimilia facienda, vel vſos fuiſſe aliqua iuriſdictione, mandantibus illis de Regimine Vniuerſitatis,ſic Bal.conſ.373.vol.3.Cœpoll. de ſeruitut. ruſt. præd. cap.9.tit. de ſeruit. Iuris paſc.nu.25. nàm ſi ſimpliciter articuletur, ſingulares perſonas Vniuerſitatis vſas fuiſſe dicta iuriſdictione, vel ſeruitute, & ſimilibus, ſine mandato, & ſcientia Vniuerſitatis, ſeù eius Adminiſtratorum, nulla poſſeſſio diceretur quæſita Vniuerſitati, & per conſequens illa non poterit obtinere ex præſcriptione, Dec. conſ.221. Pariſ.conſ.27. nu.102.lib. 1. ad inſtar alterius receptæ concluſionis,quod Vniuerſitas non poteſt dici delinquiſſe, licèt multi particulares in crimine interfuerint, niſi congregato priùs parlamento, delictum patrauerint, Bart.in l.aut facta §.fin.ff.de pœn.Franc.Marc.dec.962.par.1.Vndè quamuis poſſeſſio eſſet penès ſingulos, non ſequitur, eſſe etiam apud Vniuerſitatem, quia quod eſt Vniuerſitatis,non eſt ſingulorum, & eſt contra l.in tantum §.Vniuerſitatis ff.de rerum diuiſ. & tex. eſt punctualis in l. 1.§.municipes ff. de acq.poſſ. Crauet. conſ.317. Honded.conſ.79.lib.1. qui ſubdit, in dubio particulares intelligi vſos fuiſſe iure ſuo proprio,& non vniuerſali, Et damnum ſequeretur,ex iudicio malè inchoato,quod ſententia non poſſet fieri pro Vniuerſitate, neq; pro particularibus,cum eorum nomine iudicium non fuerit agitatum, vt ait Euge.conſ.41.nu.67. vndè eſt neceſſarium fieri articulos, vt dixi: Verũ attende, quod facta probatione vſus omnium ciuium,vel maioris partis eorum, ex quo vſu, quia de iure præſumitur ſcientia Vniuerſitatis, ſequitur coniectura, quod ipſa habuit ratum factum ciuium, & approbauerit, ac mandauerit, & ità intelligitur glo. in d. l. ſicut §. ſi quid Vniuerſitati, quæ procedit, quando illud ius equè omnibus de Vniuerſitate competit, & vſi fuerint, vti ius Vniuerſitatis ciuibus pertinens,proùt conciliat Eugen.citato conſ.41.nu.68. Quando enim actus particularium eſſent ſucceſſiui, vt ſuprà,& durauerint longiſſimo tempore, tali caſu ſtat iuris præſumptio, quod potiùs nomine Vniuerſitatis, quam pro ſuo quis poſſederit, & actus poſſeſſiuos fecerit, Capyc. dec. 209. Crau. conſil.55. & ſic licèt non conſtet tùnc ſpecificè de mandato Rectorum, præſumptio erit ſtante longeuo vſu pertinere ad ſingulos vt vniuerſos; Proùt è contra factum particularium ciuium non nocet Vniuerſitati, Andr.de Barulo in l. 1. C. de ijs qui ſponte mun. ſube.

ſubeu. lib. 10. Ioſeph Lud. dec. Peruſ. 98. Theſ. dec. 16. nu. 7. in fin. Si tamen omnes de populo iàmdiù acquieuerint, tùnc præiudicatum cenſeretur publico, ſi tot actus ſucceſſiui venerint ad notitiam plenam omnium, Abbas conſ. 18. Hieron. Laurent. dec. 165. Hier. de Monte tract. finium regund. cap. 71. Afft. & Vrſil. deciſ. 376. Et per iſta reſoluta eſt hæc practicabilis quæſtio, & dixi aliqua ſuper hac eadem materia ſuprà cap. 6.

## ARGVMENTVM.

Matrimonium metu confectum, vel Profeſſio à Moniali, reuerentia paterna emanata, quando infringi poſſit.

Metus reuerentialis, quibus alijs coniecturis adiunctis, ſit ſufficiens ad irritandum actum, & an iuramentum, vel præſentia Superioris excludat metum, & quando tacita ratihabitio purget eum.

Proteſtatio clandeſtina, quando conferat ad probationem metus, & qualiter intelligatur, quod proteſtatio contraria facto, non releuat.

### SVMMARIVM.

1 *Matrimonia debent eſſe libera, & nullus Superior debet in illis ſe ingerere.*

2 *Profeſſio Monialis ſic debet eſſe libera, prout matrimonium carnale.*

3 *Monialis ſi intrà quinquenium non cõqueratur, non admittitur ampliùs contra profeſſionem irritandam.*

4 *Quinquennij tempus non currit, ſi durat cauſa metus.*

5 *Metus præſumptio datur etiam ſorori ergà Fratrem maiorem.*

6 *Metus reuerentialis ſolus, non ſufficit ad irritandum actum, ſed alijs coniecturis, quæ referuntur, adiunctis. Sic.*

7 *Qualitas ſubiecti, & obiecti, eſt conſideranda, ad præſumendum metum.*

8 *Metus reuerentialis iuncta læſione irritat actum.*

9 *Iuramentum quando excludat metus præſumptionem.*

10 *Superioris auctoritas, & præſentia, quando tollat metus præſumptionem.*

11 *Proteſtatio non releuat, niſi parti intimetur.*

12 *Proteſtatio clandeſtina ſufficit in materia metus reuerentialis, ad probandum metum.*

13 *Ratihabitio quando dicatur purgare præcedentem metum.*

14 *Mulier rapta, reducta in ſuam libertatem poteſt annullare matrimoniũ, cum raptore factum.*

15 *Matrimonium confectum inter virum, & mulierem repertos in flagranti, timore conſanguineorum, eſt nullum, ſi poſteà id tacitè, vel expreſsè non ratificetur.*

16 *Metus reuerentialis cum vno teſte de viſu, & alijs de minis ſufficit.*

17 *Metus probatio eſt arbitraria.*

18 *Puella quæ ſtat ſub alterius dominio, quaſi carcerata dicitur.*

## CAPVT LXIV.

Dictat hęc pragmatica, quod dùm matrimonia diuino, & humano iure libera eſſe debeant, nullus Baro, aut quacunq; præditus
1 poteſtate, directè, vel indirectè ea impediat, vt mulieres ad eorum libitum non maritentur. Et accuratè hanc diſpoſitionem exaraui, multas nodoſas quæſtiones explicando, & primò reſoluimus, quando matrimonium metu

contra

contractum irritari poſſit, deindè in conſequentiam dixi, an matrimonium ſpirituale factum à Moniali mediante profeſſione, metu reuerentiali ſit nullũ, ita quod ceſſante cauſa metus, profeſſio facta poſſit irritari, & Monialis à ſuo Monaſterio iurè exire, & Maritum ducere; & concluſimus, quod ſicut matrimonium carnale debet eſſe vo-
2 luntarium, ſic & ſpirituale, & vltrà auctoritates ibi adductas, ſic confirmant Sanch. de matrim. lib. 4. diſp. 6. Card. Tuſc. concl. 214. Molfeſ. tom. 2. tit. de contract. inter vir. & vxor. Regens de Pont. conſ. 10. vol. 2. Et licèt S. C. Trid. ſeſſ. 25. cap. 19. diſponat, vt Monialis
3 de profeſſione meticuloſè facta, intrà quinquennium conqueri debeat, vt ea infringi poſſit, aliàs firma remaneat, tamen aduerte, quod procedit, dũmodò infrà tale tempus, metus cauſa ceſ-
4 ſauerit, aliàs ſufficiet proteſtatio, vt tempus quinquennij non currat, vt defendit de Pont. in allegato conſ. 10. & perbellè Monter. deciſ. Arag. 33. ex num. 40.

Reſtat declarare id, quod obiter tetigi, qualis debeat eſſe metus, & qualiter ſit probandus, vt actus tanti momenti retractari poſſit. Et quanquam materia metus ſatis ſit à DD. diſputata, multa tamen notatu digna animaduertam, circumſcriptis vulgaribus. Et videamus primò, An metus reuerentialis hoc caſu ſufficiat. De iure enim metus reuerentialis regulariter datur filiæ erga Patrem, Matrem, ac aduerſus Fratrem maiorem, nàm cum
5 omnibus perſonis, in quibus conſiſtit reuerentia, & adeſt authoritas, ac preeminentia ſtat iuris præſumptio reuerentialis metus, ad non contradicendum, Menoch. de arbit. Iud. caſ. 136. Craſſ. de excep. cap. 1. Seſe dec. 60. & diffuſè Mong lon. de his qui vi met. cau. fiu. cap. 4. Hæc equidem præſumptio de per ſe, non eſt ſufficiens ad irritandum aliquem actum, ſed alijs le-
6 gitimis coniecturis concurrentibus eſſet efficax, vti ſi præcedant minæ, verbera, maletractamenta, vel qualitas inferentis ſit apta ad metum inducendum, quia perſona eſt rigida, & ſic ſi Puella eſſet timida, facilis, non apta ad reſiſtendum Patri, Matri, vel Fratri, ſub cuius poteſtate reperitur, Gamma dec. 250. Tiraq. de ll. Connub. glo. 5. nu. 36. Gaſpar Theſ. q. 51. Maſcar. concl. 193. Menoch. de præſump. lib. 3. præſ. 127. & benè Caſtil. contr. iur. p. 3. c. 1. ex n. 156. cũ ſeq. Itẽ erit, ſi cum metu reuerẽtiali immodica, & nimia perſuaſio eius, cui reuerentia debetur interceſſerit, Gram. dec. 103. à n. 56. Affl. dec. 69. Couar. in epit. de ſponſ. par. 2. §. 3. in fine. Eò maximè ſi fieret ad excludendam Puellam à ſucceſſione, vel magna dote; nam ratione læſionis, Iudex arbitrari poterit, Mulierem ſeductam fuiſſe, ex voluntate habitum non accepiſſe, Ann alleg. 88. Mõgollo. tract. de his qui vi metuſue cauſa fiunt cap. 4. §. 1. Honded. conſ. 29. ex nu. 42. Fachin. contr. Iur. lib. 2. cap. 96. Monter. dec. 45. nu. 76. cum ſeq. Garſia de Nobil. glo. 17. ex num. 34. & Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 1. nu. 87. iudicatum refert, annullatam fuiſſe renunciationem ſororis, ex allegato metu reuerentiali iuncta læſione, & facit dec. Franch. 119.

Aduerſus hanc receptam opinionẽ adducunt Moderni limitationem, quã in facto contra Monialem allegabat Vicarius Epiſcopi Melphienſis, quod profeſſio erat facta ſollemniter, dùm fuerit facta cum iuramento in manu Superioris, aſſiſtente Epiſcopo; nam iuramentum, & authoritas Magiſtra-
9 tus, tollunt has præſumptiones metus, & coactæ voluntatis, ad tex. in l. non eſt veriſimile ff. de eo qui met. cauſ. Scriptores omnes in l. tranſactionẽ C. de tranſact. & quod quamuis iuramẽtum non operatur ſuper actu meticuloſo, vt probat tex. in auth. Sacramenta puberum C. ſi aduerſ. vend. ille tamen tex. habet locum, quando per veras probationes metus probetur, ſecùs ſi ex præſumptionibus, quia præſumptiones

nes diluuntur per alias contrarias, vti eſt iuramentum, & authoritas Superioris, Iaſ. in l. interpoſitas C. de tranſact. Alex. conſ. 83. num. 8. lib. 6. Crau. conſ. 114. Guttier. in d. auth. Sacramenta nu. 94. Grammat. dec. 89. Vrſil. dec. 60. Ego autem tali opinioni nunquàm aſſentire putaui, quia ea facilitate, & metu, quibus reducitur quis ad faciendum actum contra ſui voluntatem, reducitur etiam ad iurãdum, vt in l. fin. C. de non num. pecun. & iuxtà meam opinionem receptum eſt à DD. grauis authoritatis, iuramentum non operari hoc caſu, & falſam eſſe reputatam opinionem in contrarium, ita Aret. conſ. 24. lib. 1. Cancer. lib. 3. cap. 1. nu. 114. Menoch. de præſ. lib. 3. cap. 126. num. 30. Gaſp. Theſ. quæſt. forenſ. 51. ex nu. 10. Gail. pract. obſeru. 42. lib. 2. & idem reſpondit Gamma dec. 346. quod authoritas Superioris non tollat metum, quando
10 adſunt legitimæ coniecturæ in contrarium; nàm procedit illud dictum, dùm adſit ſola ſuſpicio reuerentialis metus, ſecùs ſi cum eo concurrant alia, de quibus ſupra dixi, ex Doct. in d. l. interpoſitas C. de tranſact.

Accedebat in caſu eiuſdem Monialis, ad annullandam profeſſionem, & tollendum alium obſtaculum, eſſe elapſum quinquennium, Iſta tamen Mulier tàm ante profeſſionem, quàm poſt proteſtata erat, quod metu Fratris illa habitum profitebatur, ſed non ex libera voluntate, & licèt proteſtatio adhoc vt cõſeruet ius, debeat parti aduerſæ notificari, aliàs proteſtatio
11 reditur inutilis, ſi factum contrarium ſequatur, Doct. in l. non ſolúm §. morte ff. de nou. oper. nunc. Viu. dec. 251. Menoch. de arbitr. caſu 461. Ricc. collect. 259. Mant. de contr. lib. 16. tit. 7. Verùm limitatur hæc concluſio in perſonis ſubiectis, in quibus ſola proteſtatio clandeſtina ſufficit, quando illa non
12 audet ſuam voluntatem patefacere Aduerſario, quem timet, Dec. conſ. 219. de Pont. conſ. 11. num. 22. & pro notabili aduertit Cancer. loco citato nu. 106. cum ſeq. quod in omnibus renunciationibus, donationibus, quę fiũt a perſonis ſubiectis, vbi adeſt proteſtatio, iuncta præſumptione iuris reuerentialis, & metus, apta ſit, ad irritandum quemlibet actum, & ſequuntur Marſil. in rubr. de fideiuſſ. nu. 163. Fabr. diff. 7. C. de eo quod met. cauſ. Cęual. com. opin. 489. cum ſeq. & ſingulariter Peralta in l. ſi quis in principio teſtamenti ex nu. 123. cum ſeq. ff. de leg. 1. Nec factum contrarium, vel aliqua demonſtratio, & tacita ratihabitio tollit metum, nàm licèt tex. in l. 2.
13 C. quod met. cauſ. dicat, ex ratihabitione purgari metum præcedentem, non tamen procedit, durante primeua cauſa, ſed extincta, quia infecta primitiua, inficitur omnis deriuatiua, Cæual. com. opin. 604. & Menoch. de præſum. lib. 3. cap. 4. in terminis matrimonij metu contracti, cum raptore, quod licèt diù cohabitauerit cum eo, ſi vti non potuit ſua libertate, quia in loco diſtanti fuerit aſportata, ſi poſteà ad Patriam, vel apud ſuos redeat, poterit matrimonij diſſolutionem petere,
14 ſtante primeua violentia, Oldrad. conſ. 35. Ruin. conſ. 122. Idemque iuris procedit, etiam in maſculo, qui ſi deprehenſus fuerit in domo alicuius Mulieris ſolutæ, & conſanguinei illius eum cogerint ad eam deſponſandam ſub minis mortis, affida erit nulla, ſi
15 poſtquam in libertatem fuerit poſitus non ratificauerit, & ſpontè non cohabitauerit, ad tex. in cap. ſignificauit de eo qui duxit in matr. quam poll. & in l. nec timorem ff. quod met. cauſ. Card. Tuſc. concl. 214. Maſcard. concl. 1051. nu. 48. Molfeſ. conſil. 30. Sanch. de matrim. lib. 4. diſp. 12. Farin. dec. 58. Monter. dec. 45.

Poſtremò vltra prædicta probari poteſt metus per teſtes, & vbi adeſt iuris
16 præſumptio metus reuerentialis, vnum teſtem de minis, vel verberibus, iuncta legis coniectura ſufficere in occultis, dixit Pariſ. conſ. 75. nu. 36. vol. 3. & teſtes

Digitized by Google

teſtes in genere, & ſingulares de diuerſis actibus coniunguntur, tex.in l. cum exceptione §.in hac ff.quod met. Anchar. conſ.439.Boer.deciſ.101. & Add. ad Affl.deciſ. 246. Et creditur magis duobus teſtibus de metu, quàm mille de ſpontanea voluntate, Menoc. de præſump. lib.3. cap. 176. num.32.

17 Omnia verò Iudicis arbitrio relinquuntur conſideranda, ſi iuſta ſit cauſa allegantis metum, & an in iure, & in facto ea ſuaderi poſſit, Intuendo, quàm authoritatem habeat Frater, vel Mater in ſororem, vel filiam, & ſi illa potuerit habere libertatem tractandi,& ſe defendendi; nàm carcerata quaſi dicitur Puella, quæ ſtat in al-
18 terius dominio, Bal.in l.fin.C.de capt. & poſtlim. reuerſ. Alciat. conſ. 104. Loffred. conſ.17.

## ARGVMENTVM.

Filius, vel filia ſine Parentum conſenſu, matrimonium contrahentes, an iurè exhæredari poſſint, & eis alimenta denegari, Et quando matrimonium dicatur indignum, & Parentes poſſint illud impedire.

Legatum Mulieri de mille ſi nupſerit, & minùs ſi Monaca fiat, an dicatur contra libertatem, vel ſubſiſtat.

## SVMMARIVM

1 *Statutum nè filia poſſit matrimonium contrahere abſquè Patris conſenſu, an ſubſiſtat.*

2 *Filius contrahens matrimonium ſine Patris conſenſu, nùm poſſit exhæredari.*

3 *Filius peccat mortaliter, & iniuriam dicitur facere Patri, nuptias contrahens abſquè eius aſſenſu.*

4 *Nubens indigno, poteſt legitima priuari.*

5 *Alimenta de æquitate etiam ingratis filijs, debent præſtari.*

6 *Alimenta filia non debentur, ſi aliundè viuere poſſit.*

7 *Matrimonium indignum quando dicatur quis facere, remittitur arbitrio Iudicis.*

8 *Matrimonium indignum non dicitur reſpectu morum, vel facultatum, ſed conſiderata infima conditione perſonæ.*

9 *Filius eſt carcerandus, ſi indecens matrimonium velit contrahere.*

10 *Legatum de mille ſi nupſerit, & quingentum ſi Monaca fiat, an reiecta conditione ſemper integrè debeatur, diſtinguitur nu.12. & de veritate num.13.*

11 *Legatum vt nubat, debetur etiam ſi Monaca fiat.*

14 *Dos quæ debetur Moniali, licèt ſit minùs legitima, dicitur congrua, adeò quod filia non poteſt agere ad ſupplementum.*

15 *Monialis poteſt petere integrum paragium, ſi poſt mortem Patris profeſſionem faciat, ſeù Monaſterium ingrediatur.*

16 *Monaſterium an poſſit litẽ intentare contra bona Patris Monialis pro paragio remiſſiuè.*

## CAPVT LXV.

STatutum exiſtẽs in multis Regionibus, nè filia ſine Parentum conſenſu Maritum ducere valeat, an contra libertatem matrimonij ſit, vel in fauorem, vt illud
1 conſultò fiat, explicaui hoc in loco, & nùnc addo Theſ.q.70.& cùm talis diſpoſitio in Regno non ſit, ampliùs verba facere non occurrit, ſed eſt latiùs inueſtigandum, an de iure, ſi filius, vel filia abſquè ſuorum Maiorum conſenſu matrimonium contraxerit poſſit,

Digitized by Google

poſſit à Patre, & Matre exhæredari, &
2 in præc. Comm. aliqua dixi, ſed cùm articulus ſit quotidianus, pleniùs illũ declarare nõ inutilitèr putaui. Et non nego magnam ingratitudinẽ, & iniuriam fieri Parentibus, vt in negotio tàm graui, illi non honorentur, dùm generalis conſuetudo non ſolùm obſeruet
3 benedictionem, & conſenſum habere à Patre, & Matre, ſed ab alijs ſanguine coniunctis, Palaz. in cap. per veſtras §. 51. de donat. inter vir. & vxor. & quod peccent mortaliter, communiter concluditur, quia eſt contra præceptũ Decalogi (Honora Parentes) Caual. com. opin. 604. Sanch. de Matrim. lib. 4. diſp. 23. & diffusè tantum facinus contra liberos exagerat Fontan. de pact. nupt. clau. 4. glo. 2. Hæc tamen cauſa ſecundum magis receptam opinionem, non eſt ſufficiens, vt iurè filius, vel filia poſſit legitima priuari, Molin. de Iuſt. & Iur. diſput. 176. Paſchal. de patr. poteſt. par. 2. cap. 5. niſi
4 etiam concurreret, vt matrimonium ſatis impar eorum conditioni feciſſent, & indignum, vt præcitati Doct. & Barboſ. in l. 1. par. 4. ff. ſol. matr. Nec obſtat, Canoniſtas contrarium ſentire, quod matrimonium, quia debet eſſe liberum nullam pœnam in contrariũ poſſe eſſe validam, & ideò non ſit neceſſarius conſenſus Parentum; nàm non inficiatur hoc aſſumptum, ſed negatur ob talem reuerentiam, & indignitatem, filiam non debere pœnam mœrere, cùm vt dixi, ſit contra præceptum Dei, non honorare Patrem, & Matrem, & facere actum cum pudore familiæ, & quod de iure humano, & diuino talis obſeruatio ſit à filijs facienda ergà Patres, probat ex multis Paſchal. loco præcitato. Sed redeundo ad inſtitutam concluſionẽ, vt iurè poſſit exhæredari, præcitati DD. tenent, At ego in præc. tractat. inclinaui cum Maſtril. qui deciſ. 163. firmauit, de iuris rigore poſſe talem ſententiam ſubſtineri; de æquitate verò quid
5 deberi, vt filia alatur, & proindè poſſit dari dos minùs paragio de iure debito, & ſic Barz. dec. Bonon. 19. Gaſp. Theſ. q. 70. quia alimenta iure naturali debentur, quando filia, vel filius non poſſet aliter commodè viuere, ſed ſi duxerit Maritum diuitem, vel filius vxorem diuitem, tùnc ceſſat hæc neceſſaria cauſa, & remaneret in eſſe Regula, vt ſtante filij ingratitudine,
6 ſeù paruipendio in Patrem, non teneatur alere, l. 1. C. de ingr. liber. ſic Surd. de alim. tit. 1. q. 6. nu. 26. & Barboſ. loco citato, qui in omnem caſum ſentit, Patrem non eſſe obligatum in beneficium filij; nàm ſicuti Pater iure naturali filijs ſuccurrere tenetur, fortiorem obligationem habent filij ergà Parentes, à quibus habuerunt eſſe in correſpondendo, & eos honorando; ex miſericordia tamen paterna eſſet dicendum, vt quamquam nullum ſubſidium Parentes talibus liberis præſtare deberent, nè fame illi pereant, conuenit illorum pietati miſereri, & ſeueritatem aliquatenùs mitigare, vt Surd. ibi, & nouè Fontan. de pact. nup. clau. 5. glo. 1. par. 1. nu. 89.

Reſtat pro complemento ſcire, quãdo dicatur filium, vel filiam feciſſe matrimonium indignum, & diſparis conditionis, Doct. variè ſentierunt, ta-
7 men hoc relinquerunt arbitrio Iudicis, Menoch. de præſump. lib. 4. c. 189. nu. 85. cum alijs ab eo coaceruatis, ſed quia diſparitatem hanc diuerſimodè conſiderarunt, tàm reſpectu facultatum, quàm natalium, quàm morum, vera indignitas inter alia, quæ Iudicis arbitrio remictitur eſt, ſi ex tali coniugio filij naſcituri perderent nobilitatem generis reſpectu Matris: Nonnè qui intendunt accipere habitum Hieroſolymitanum tenentur probare nobilitatem ſuorum Maiorum per annos biſcentum tàm ex parte Patris, quàm Matris, & eorum Parentum, ſi ergò interponatur alicui familiæ antiquæ nobilitatis aliquod obſtaculum, ratione indecentis Matrimonij, vndè filij ex tali coniugio non poſſent

præten-

Digitized by Google

prætendere priuilegia, quibus fuit decorata ab antiquo ea progenies, ſine
8 dubio hoc caſu filiam, vel filium, eſt dicendum ſatis erraſſe, & indignè ſe nupſiſſe, vt Menoch. ibi, Fabr. differ. 2. C. de nupt. Fontan. loc. cit. ex num. 91. Non debet eſſe in conſideratione, ductam fuiſſe perſonam pauperem, quia paupertas non maculat familiam, ſed conditio ſatis diſpar, vel aliqua infamia notata, vnde familia denigratur, vt non poſſit reparari, Peguer. deciſ. 13. nu. 41. & Cancer. lib. 3. variar. reſol. tit. de ſpõſal. ex nu. 10.

Et pro coronide notabis, quod parentes ſi penetrauerint filium, vel filiam intendere aliquod indecens matrimonium contrahere, poterint iure impedire, & recurrere ad Superiores, Abb.
9 in capit. requiſierit num. 4. de ſponſal. Guttier. lib. 1. quæſt. canonic. capit. 20. Menoch. plenè conſ. 69. lib. 1. Paſchal. loc. cit. num. 21. Cæual. commun. opin. 604. à num. 31. & continuò practicatur. Nec eſt hoc contra libertatem matrimonij, ſed potius in fauorem, vt quis poſſit in recto ſenſu, & iuſto iudicio nuptias contrahere; dùm enim quis indignæ mulieri ſe copulare intendat, legitima iuris præſumptio eſt, quod furore amoris, libidinis, ſuaſionibus, blanditijs, vel maleficijs ad tale matrimonium trahatur, cum faciat id, quod alij ſanæ mentis non gererent, DD. in l. qui non facit ff. de regul. iur. & latè Menoch. de præſumpt. libr. 6. præſumpt. 45. qui num. 57. ait, quod dilapidator bonorum præſumitur demens, ideò datur ei Curator, l. is cui bonis ff. de verbor. obligat. quanto fortius, qui prodigus eſt ſui honoris, qui præualet facultatibus, & vitæ, l. iſti quidem ff. quod met. cauſ. cumque amor furoris ſpecies ſit, cap. cum in iuuentute de præſumption. Authent. quib. mod. natur. effic. leg. §. illud, nimirum ſi vti talis carcerari poſſit quouſque reſipiſcat, & matrimonium liberè, & non aliquo modo coactum fiat, argum. ex l. quicquid calore ff. de regul. iur.

Vlterius prædictis annectitur alia vtilis quæſtio, dùm matrimonium debeat eſſe omni parte liberum, iuxta tex. huius pragmat. Num patris legatum de mille, ſi filia nupſerit, & tercentum
10 ſi fiat Monaca potuerit limitari, ita quod ſpe dotis filia alliciatur ad Connubium carnale, & timore paruæ dotis Monacalis deſiſtat ab animo, & voluntate ſequendi viam Monaſticam. Et ſic an pro libertate ſit dicendum, vtroque caſu ad electionem legatariæ legatum deberi: Hæc non eſt noua quæſtio, ſed aliqua notabilia addam, & puto eſſe diſtinguendum, quod legatum, aut eſt generale pro cauſa matrimonij, & hoc
11 caſu debetur filiæ, vel alteri extraneæ, cui fuerit relictum, ſiuè contrahat matrimonium carnale, ſiuè ſpirituale, nam nubere dicitur, qui nubit cum Domino, Bald. & alij in authent. niſi rogati, C. ad Trebell. Molina de iuſtit. & iure diſput. 207. Surd. conſil. 69. lib. 2. Sanch. de matrim. tit. de ſponſ. par. 1. diſputat. 33. Menoch. lib. 4. præſumpt. 148. Maſtrill. cœteros cumulat deciſ. 153. Aut legatum eſt, vt dixi diſpar, quia plus relinquitur, ſi nubat cum viro,
12 quam ſi deſponſetur Eccleſiæ, & ſatis fuit controuerſum; nam ſimiliter multi tenent reijci talem conditionem, vt Craſſ. in rubric. tract. de effect. cler. num. 403. D. Regens Tapia in authent. ingreſſi C. de ſacroſanct. eccleſ. verb. ingreſſi cap. 1. num. 11. Villalob. commun. opin. verb. relictum, Gabr. Rom. concluſ. 2. titul. de legat. Contraria ta-
13 men opinio fuit verior reputata, & magis æqua, quia dos, quæ Monaſterijs datur, eſt ſatis minoris quãtitatis, exinde ſi pater filiæ det dotem ſolitam dari ab alijs Monialibus, non poterit agere ad ſupplementum, licet fuerit ſatis infra paragium; nam paragium ſolitum
14 Monialibus dari ſufficit, & dos maioris quantitatis filiæ debetur, quando maritatur, quia in mundo maiores ſunt expenſæ pro victu, & ſobole, quæ ceſſant in clauſtris, Franch. deciſ. 44. Vrſill. deciſ. 136. & propterea non lædi

vide-

videtur in hoc libertas matrimonij, ſed
attendenda erit voluntas Teſtatoris;
vt Vaſq. contr. illuſ. cap. 33. Caual.
com. opin. 141. & Gabr. ibi non negat
in fine hanc eſſe veriorē; & vſu forenſi
receptam opinionem, & Fontan. de
pact. nupt. tom. 2, clauſ. 5. glo. 8. par. 1.
ex num. 45. latè articulum explicat,
qualiter digna dicatur dos data filiæ
Moniali ſolita præſtari illi Monaſterio,
licèt ſit læſio exceſſiua. Limita ſi Pa-
ter nil diſpoſuerit, quia túnc Monialis
petere poterit integrum paragium,
ſi profeſſionem non feciſſet, etiam
15 quod minùs ſoleat dari pro dote illi
Monaſterio; vt ibi Font. & Molfeſ. ſu-
per Conſuetud. Neap. par. 4. cap. 18. &
par. 3. q. 8. ex num. 33. Et an Monaſte-
rium, quod de iure loco filij reputatur,
16 poſſit litem mouere contra bona Pa-
tris Monialis pro paragio, vide Farin.
vlt. tom. dec. 60. Laratha conſ. 24.

## ARGVMENTVM.

Præceptum, vt Filia nubat cum cō-
ſenſu talis, vel nè nubat cum tali,
& pactum de non nubendo in
beneficium Generi, quando ſub-
ſiſtant.

Legatum pœnale ſi non contraxe-
rit matrimonium cum perſona
deſignata, quibus modis reiecta
pœna ſubſtineri poſſit, ſingula-
riter explicatur.

## *SVMMARIVM.*

1 *Pœnalis diſpoſitio reſtrictiua liberta-
tis matrimonij nulla eſt.*

2 *Legatum factum Maſculo, vel fœmi-
næ, vt nubat arbitrio talis, vel de ip-
ſius conſenſu non ſubſtinetur.*

3 *Pactum inter Socerum, & Generum,
in quo Socer permittit amplius non
nubere non valet.*

4 *Pactum correſpectiuum, quod eſt cau-
ſa contractus, ſi deficiat contractus
infirmatur.*

5 *Contrahensmet non tenetur ſtare con-
tractui nullo.*

6 *Subſtitutio facta in pœnam legati, vti
impediens libertatem matrimonij, eſt
inefficax.*

7 *Subſtituta pia cauſa in caſu legati præ-
dicti, ſubſtitutio ſubſtinetur.*

8 *Legatum factum conſanguineo paupe-
ri, dicitur pium.*

9 *Paupertatis ratio, arbitrio* Iudicis *re-
linquitur.*

10 *Legatum pœnale, nè quis nubat cum
tali perſona, vel in tali Ciuitate, aut
cum alijs de ſua agnatione valet.*

11 *Legatum filiæ nè nubat cum perſona
illa, quam teſtator propalauit tali, an
ſubſtineatur, & ſtari debeat illius
dicto remiſſiuè.*

12 *Legatum purè factum inuitatorium
ad nuptias valet, & non debetur, ſi
matrimonium fiat cum alio contra
formam legati.*

13 *Legatum mulieri factum cum condi-
tione, vt nubat cum tali valet.*

14 *Qualitas adiecta conditioni, ſi deficiat
ceſſat conditio.*

15 *Geminatio verborum deſignat cauſam
finalem, & plura operatur.*

16 *Cauſa finalis, vel impulſiua, ex quibus
præſumatur.*

17 *Parentes magis præſumuntur conſule-
re filijs, quam alijs, licèt dilectis.*

18 *Conditio nubendi cum ſanguine coniū-
cto, quando ſit nulla.*

19 *Copula cum Conſanguineis, naturali-
ter abhorretur.*

20 *Mulier non tenetur expectare nubilē
ætatem Sponſi, & propterea legatum
pœnale tùnc reijcitur, ſi illa erit adul-
ta, & nubere noluerit.*

21 *Impedimentum quando non fuit in iu-
dicio deductum, eius exceptio non re-
leuat, limita ſi ſit notorium.*

22 *Ignorantia præſumitur de contentis in
teſtamento, ſi filia non eſt hæres.*

23 *Minor aduerſus præceptum Teſta-
toris pœnale, reſtituitur in integrum.*

24 Con-

24 *Conſilium Maiorum, & Iuriſprudentium excuſat à dolo, & pœna.*

25 *Dubium Iuris intricati, excuſat à pœna.*

26 *Pœna iudicialis, conuentionalis, & teſtamentaria non debetur, niſi quatenùs cum intereſſe concurrat.*

27 *Iudex procedens ad vlteriora, quando cenſeatur reijcere exceptiones oppoſitas.*

## CAPVT LXVI.

COntinuando materiam prȩcedentis quæſtionis, & declarationē prag. dixi, qualiter cōſenſus Parentum in matrimonijs ſit requirendus ad honorem, nùnc eſt videndum, An valeat præceptum Patris, matris, vel extranei pœnale, vt filia, vel filius nubat cum conſenſu perſonæ deſignatæ, & hunc articulum tetigi in præc. tract. & concluſimus, omnia legata, diſpoſitiones, & pacta reſtringentia arbitrium, ſeù libertatem
1 matrimonij eſſe nulla, & legatum, vel pactum remaneat purum, conditione reiecta, ex l. 2. C. de inut. ſtip. l. Titia ff. de verb. oblig. vbi omnes Scrib. & modò addo Maſtril. dec. 233. qui ità deciſum dicit in caſu, vbi Pater legauerat filiæ quantitatem dotis, vt nuberet
2 cum conſenſu Tutoris, & idem refert Peguer. dec. 264. in Matre, quæ ſimile præceptum pœnale confecerat, ex c. gemma de ſponſ. l. cum tale §. ſi arbitratu ff. de cond. & dem. & ex dec. S. C. Trid. ſeſſ. 24. c. 9. de reform. matr. & tractant abundè Craſſ. §. legatū q. 50. Mantica de con. vlt. vol. lib. 11. tit. 18. cum ſeq. Cancer. lib. 3. reſol. tit. de legat. ex nu. 385. Sanch. de matrim. lib. 1. diſp. 33. cū ſeq. Molin. de hiſp. primog. lib. 2. cap. 13. ex nu. 35. Guttier. tract. de ſponſal. cap. 21. Menoch. conſ. 425. lib. 5. Eugen. conſ. 18.

Qua generali concluſione ſic firmata, ponam aliquas ampliationes, & notabiles limitationes ad iſtam intricatam, & quotidianam controuerſiam, vltrà alia multa, quæ in præc. tract. poſui.

Amplia ergò, quod pactum factum à ſocero, qui promiſit in capitulis matrimonialibus, dùm filiam maritat, de
3 non nubendo ampliùs, ſub pœna in caſu contrarij, de ſoluendo mille Genero, & filiæ, eſt nullum, vt probat tex. in l. Titio centum §. Titio ff. de cond. & dem. l. Titia ff. de verb. oblig. cū ſimil. Et quamquam in facto opponeretur, aliàs Generum non contraxiſſe matrimonium, quia non eſt quis fraudandus, quando caſus deueniat ad actum inretractabilem, ex tex. inſigni in l. fin. C. de pact. inter emp. & vend. ibi (dùm
4 non alia lege ius ſuum transferre paſſus eſt, niſi tali fretus conuentione, quomodò ferendum eſt aliquam captionem pati) & ſic in ſimili de Ponte reſpondit conſ. 5. & 67. Crauett. conſ. 299. Verùmtamen fuit dictum, quod ſibi imputare debebat Gener, qui poterat conſulere Peritos, & ſic didiciſſet tale pactum eſſe nullum, cumque actui nullo quis ſtare non tenetur, l.
5 quemadmodum C. de agric. & cenſ. lib. 10. Ergò contrauenire poterat ſocer promiſſioni, proùt in indiuiduo firmant Eugen. conſ. 18. vol. 1. Fab. de Anna conſ. 141. lib. 2.

Amplia etiam poſitam concluſionē, vt non ſolùm pœna, & conditio reijciatur, ſed ſi in caſu contrarij ſubſtituta ſit aliqua perſona, ſubſtitutio ſit nulla,
6 quia ea ſubſtitutio in pœnā facta fuit, Peguer. d. dec. & Surd. dec. 7. verùm hanc ampliationem limitant multi, qui de communi teſtantur, non habere locum, ſi eſſet ſubſtituta pia cauſa, nā ob eius fauorē ſubſtinetur, vt dixi in præc. tract. nu. 38. arg. tex. in l. Titio §. ſerui vſusfructus ff. de cond. & demon. vbi fauore libertatis ſubſtinetur pœna, reſtringens facultatem matrimonij, quæ
7 alias reijceretur. Et etiā ſi eſſet ſubſtitutus pauper cōſanguineus, dici fauore

T pieta-

pietatis ſubſtitutionē eſſe piam, & poſſe illum obtinere in caſu, quo filia ſine conſenſu perſonæ deſignatæ nuberet, vt refert Cancer. loco citato, quia præ
8 ualet fauor paupertatis, vinculo Conſanguinitatis, Menoch. de præſump. lib. 4. c. 115. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 1. & in deciſ. 322. nu. 16. Dummodò adſit paupertas, quæ Iudicis arbitrio relinquitur quanta eſſe debeat, ſecundum perſonarum qualitatē, & ſub eius
9 paupertatis contemplatione fuerit relictum, vt benè Gamma deciſ. 23. Eugen. conſ. 37. Carroc. dec. 120. Sed hanc limitationem ibidem ex nu. 40. validiſſimis rationibus impugnaui, cōtra quam ſemper hoc caſu iudicarem, quia fauor piæ cauſæ non debet præualere libertati matrimonij, quæ ſimiliter pia cauſa reputatur, Doct. in l. libertas ff. de reg. iur.

Limita principalem concluſionem, vt valeat legatum pœnale ſi fiat in
10 ſpecie, & non in genere, nè filia nubat cum tali, ad tex. in l. hoc modo cum l. præc. ff. de condit. Molin. de primog. lib. 2. c. 13. Grat. diſcep. for. c. 210. quia non impeditur libertas matrimonij ratione ſingularis perſonæ, maximè ſi adſit iuſta cauſa, Item ſimiliter nè nubat in tali Ciuitate, nàm ſubſtinetur, ſi extrà illam Ciuitatem commodè matrimonium iniri poſſet, Mieres de mai. p. 1. q. 51. & Sanch. de matr. lib. 1. q. 35 nu. 38. qui in ſeq. ampliat, valere conditionem nè nubat cum ignobili, & Lopez l. 2. tit. 21. par. 2. verbo cum villana, Molin. de primog. c. 13. n. 28. Old. conſ. 16. Item ſubſtinetur conditio nubendi in familia, tex. in l. cui fuerit ff.
11 eodem, Fulgoſ. conſ. 61. Lup. in rep. c. per veſtras §. 21. not. 3. Sed quid ſi Pater dixerit, vt filia nō nubat cū pſona, quam dixi Parocho, vel alteri, an Puella teneatur ſtare dicto illius, vide diffuſè per Canc. tit. de leg. ex n. 407. lib. 3.

Limita ſi legatū non ſit purè factū, & in caſu cōtrarij pœna ſit adiecta, ſed fuerit inuitatorium ad nuptias à principio, veluti relinquo decem mille filiæ, vel alteri puellæ, ſi contraxerit matrimonium cum Antonio, aliàs remaneat penès hæredem, vel alium, nàm tùnc legatum non eſt prohibitorium, & libertatis matrimonij reſtrictiuum, ſed vi-
12 detur factū gratia vtriusq; vt Couar. de ſponſal. p. 2. c. 3. §. 3. ſuper quo articulo in graui cauſa conſului, & cū allegationes fuerint reputatæ maximę exiſtimationis, ac pertineāt ad tex. noſtræ prag. volui eas hic inſerere ꝓ explicatione huius difficilis materię, & sūt vt.

Petijt in S. C. D. Vincentius Spinellus Princeps Tarſię duc. triginta mille à Principe Cariati hęrede quond. Frāciſcæ Spinellę Duciſſæ Seminariæ, & à D. Hypolita Spinella legataria vigore diſpoſitionis factæ à dicta D. Duciſſa in ſuo vltimo teſtamento, quod in caſu quo dicta D. Hypolita ſua filia matrimonium cum præfato D. Vincētio contrahere noluerit, dos ducatorū ſexaginta millium relicta, non debeatur ei tradi, niſi pro ſumma ducatorū triginta millium, & altera pars deberet applicari dicto D. Vincentio. Cūq; explorata voluntate dictę D. Hypolitę per Coll. Conſ. non conſenſijt accipere in Virum præfatum D. Vincentium, prętendit legatum ſibi deberi, cùm per ipſum non ſteterit: Verba aūt teſtamēti vti neceſſaria ad Iuſtitiæ explicationem, & cognitionē, ſequentia ſunt.

*Item laſcio, che D. Hipolita mia figlia habbia ſopra le mie robbe ducati ſeſſāta milia per maritagio, & pigli per ſuo legitimo Marito D. Vincenzo Spinello mio conſobrino con la debita diſpenſatione, E caſo che detta mia figlia fuſſe rємoſſa da detta ſua volontà, e mia opinione per timore, ò altra cauſa à ſodisfattione di qualſiuoglia perſona, & ſe cōgiongerà cō altro, in tale caſo voglio, detta mia figlia nō goda, ſe nō duc. 30. milia, & l'altri li habbia D. Vincenzo, & à lui voglio ſiano laſciati, ſaluo s'ambedue le parti fuſſero d'accordo à non cōtrahere inſieme.*

Et ex prædictis verbis, & diſpoſitione, fundatā habere intentionē Actor prætendit, quod conditio adiecta legato, vt

to,vt Mulier nubere debeat cum certa
13 perſona, & in caſu contrarij priuetur legato,ſit valida ex communi DD.opinione,vt probat tex.in l.cùm ità verſ.ſi Titio nupſerit ff.de cond.& dem.l.1.C. de inſt.& ſubſt.Sanch.latè de matr.lib. 1.q.33.ex nu.6.Guttier.conſ.18.& in hac cauſa ità conſuluit Molſ. conſ. 12. ex ratione, quia legatum eſt inuitatoriũ ad nuptias, & factũ gratia vtriuſq; & in re ſua quis apponere poteſt legẽ, quam voluerit, l. in re mandata C. mand. benè Crauet.conſ.1.cum mille.

Verùmtamen ex maturiori conſideratione eorũ, quæ proponuntur,ab hac impetitione abſoluẽdos reos eſſe, ex infraſcriptis liquidè cognoſcetur.

Primò,ex defectu voluntatis Teſtatricis,nàm cum qualitate,& cõditione induxit priuationem, ſeù ademptionẽ legati duc.30.mill. .ſ.Caſu quo ad ſugeſtionem, ſeù timorem alterius contrahere nollet matrimonium cum D. Vincentio:Hæc qualitas fuit ſuperata, nàm de puro eius cõſenſu D.Hypolita nubere noluit, dùm per Collat. Conſ.
14 pluriès fuerit explorata voluntas,mediãte ſequeſtro,quæ Superioris authoritas,omnem excludit metum, Doct.in l interpoſitas C de tranſact. non verificata ergò qualitate adiecta conditioni, ea ceſſante,ceſſat pœna,l.Titius ff. de teſtam.Mili.qualitas n.habetur pro forma, qua deficiente corruit actus, l. cùm hi §.ea aũt ff.de tranſact.Mantic. de contr.ambig.lib.4.tit.43.nu.25.Et quod ea qualitas ſit poſita pro forma, perpendatur pluriès in eadẽ loquutione geminaſſe (caſu quo ad alterius ſugeſtionẽ)& virtus geminationis eſt,vt cauſam formalem deſignet,l.Baliſta ff.
15 ad Trebell.Affl.dec.337.& verba debent aliquid operari, l.ſi quando ff.de leg.1.l.nonnunquã ff.de cond.& dem.

Adſtipulatur aliud aſſumptũ, quod in dubio ad pœnã euadẽdam qualitas annexa,quæ excludit commiſſum præſumitur finalis, Alciat.p.2.reg.3.præſ. 45.Indè de iure ff.prohibitum erat pœnam imponere legatarijs,DD.in l.1.ff.
16 de ijs,quæ pœn.nom.& voluntas Teſtatoris præſumitur, vt quantò minus potuerit,voluerit hæredem, & legatarium grauare,l.vnum ex familia §.ſi re ff.de leg.2. l.apud Iulianum §.Scio ff. de leg.1.Surd.conſ.7.à n.56.& ſic eſt inferẽdum,quod magis reſpexerit Mater ad beneplacitum purum Filiæ,quã
17 alteri conſulere, l.ſcriptio in fin. ff de Iure delib. Quæ.n.contra ſuam voluntatem Virum accipit, infelicem vitam perpetuò agit,vt ait in glo.in c.1.& c. de illis de ſponſ.impub.Nec eſt credẽdum, quod Mater ſi præuidiſſet hoc voluiſſet filiam in tali vita pœnali cõponere, & ſic ex prædictis à coniecturata voluntate Teſtatricis, & ex verbis legati,ſubſtinemus non eſſe locum pœnæ priuationis duc.30.milliũ, dùm ex pura,& ſpontanea voluntate D.Hypolita cum d.D.Vincentio nubere noluerit.

Secundò,principaliter fundatur noſtra Iuſtitia,quod conditio nubendi cũ Fratre conſobrino, exiſtente in ſecũdo gradu conſanguinitatis ſit nulla,& nõ me latet,quod licèt conditio ſit de iu-
18 re impoſſibilis,cùm diſpenſatio ſoleat à Pontifice obtineri, ceſſat difficultas: Eſt tamen notandum quod quando cũ hac difficultate concurrit, Puellam nõ habere genium ſe coniungendi cum cõſanguineo ſibi cõiuncto in tàm arcto gradu,procedit affirmatiua opinio, vt eleganter Molin.de primog.hiſp c. 13.ex n.8.vſq; ad n.14.Mant.de con. vlt.vol.lib.11.tit.18.nu.6.Henriq.de matr.lib.12.c.10.n.4.Sanch.de matr. li.5.diſp.5.n.2.ſolent.n.quamplurimũ perſonę pudichę abhorrere naturaliter coniunctionem cum ſanguine coniunctis, vt experimento fuit cognitum ẽt
19 cum animalibus,vt refert Tiraq.de ll. Connub.fol.88.quod abhorrimentum hodie plusquàm peccatum, conſeruat reſpectum inter ſanguine actintes: In art.3.fuit deductum,& probatũ,quod quando Duciſſa Mater in vita ſuadebat filiã ſuper hoc matrimonio,ipſa D. Hypolita per dies plorabat,quod nun-



Digitized by Google

quàm in tali coniugio conſentiſſet. Conſiderent ergò ipſi circūſpectiſſimi Iudices, ſi Iura inuigilarunt propter libertatē matrimonij, vt dixi abundè in prag. 9. de Baron. nùnc ferendum erit, vt contra voluntatem ob cōditionem, & pœnam voluiſſet D. Hypolita ſe copulare cum perſona ſuo guſtui contraria, & ſit admictenda cōditio ſic cōtra libertatem, & bonos mores. Nuptiæ, n. inuitæ triſtes exitus ſolent producere, c. requiſiuit, & c. cùm locum de ſponſ. Neuiz in ſua ſilua nup. lib. 2. n. 114. & lex ſatis inuigilat in amputandis incōuenientibus l. ambiguitates in fin. C. de indict. viduit. l. meminerint C. vnde vi, & hic ſatis facit ad noſtrum tex. ex aduerſo allegatus in d. l. cùm ità legatum ponderando eius verba ibi (& quidem ſi ſatis cōmodè, & alibi honeſtè Titio poſſit nubere) quæ verba denotant talē conditionem ſubſtineri poſſe, quatenùs facilè, & non ſine difficultate pertranſeat, præponendo ſemper tex. cōmoditatē Puellæ, voluntati Teſtatoris.

Tertiò, accedat alia ratio, quod D. Hypolita facta nubilis ætatis, volens ſe nuptui tradere, potuiſſet iurè contradicere, qñ fuit explorata ſua voluntas, nolle D. Vincētium, quia ille erat tùnc temporis impubes annorum vndecim, cuius etas non erat apta ad copulā, §. impubes inſt. de nupt. Cumq; D. Hypolita erat maior 12. annorum, nō erat obli-
20 gata expectare ſponſum, donec fuiſſet vir; nulla. n. conditio valet dilatoria ad nuptias, ſi ambo non ſint concordes, ēt vnius diei, DD. in l. turpia §. 1. ff. de leg. 1. Socc. in l. filia ff. de cond. pōderando tex. in l. cum tale §. reſcriptum ff. de cond. & dem. ibi (nè quod omninò nuptijs impedimētum inferatur) ꝙ verbum omninò ad omnē minimā morā ſe extendit, Abb. conſ. 65. Plot. conſ. 15. & in terminis Vaſq. contr. illuſ. 94. n. 20. Eugen. conſ. 18. n. 29. Burſ. conſ. 151. Sim. de Præt. de interp. vlt. vol. lib. 4. dub. 1. n. 7. nàm accelerandæ ſunt nuptiæ deſi deranti, nè quid triſtè contingat dixit Glo. in l. oratione §. 1. ff. de rit. nup. Et ſi diceretur hoc impedimētum nō fuiſſe deductum, nec D. Hypolitam de hoc fuiſſe proteſtatam, & exceptionē impedimenti nō releuare, niſi opponatur, Io
21 ſeph Lud. dec. 105. Feli. in c. quāto de præſum. Marſ. in l. vnius §. cognitum ff. de quæſt. Replicatur, quod quando impedimentum eſt notorium, & legitimū ſemper eius exceptio admictēda eſt, vt plenè doctiſſimus D. Reg. Valenz. cōſ. 4. nu. 78. Couar. p. 2. de ſponſ. c. 3. §. 5. n. 12. Affl. dec. 50. n. 5. Cabal. milleloq. 869. Cumq. in iudicio cōſtet de aſſerto impedimento, ergò ad euitandam pœnam, ſaluari debet diſſenſus D. Hypolitæ ex omni via, omni modo meliori.

Quartò dicimus, non apparere ex actis D. Hypolitam fuiſſe certioratā de Matris præcepto, & pœna appoſita in caſu contrauentionis, vndè excuſatur, cū ignorantia præſumatur de cōtentis in teſtamēto in filia non hærede, & ma
22 ximè minore, DD. in l. qui in alterius ff. de reg. iur. Rom. conſ. 459. Maſcar. de prob. cōcl. 899. & in terminis Sfor. de reſt. in integr. lib. 2. q. 82. n. 60. Fontan. de pact. nup. clau. 2. gl. 3. p. 5. to. 2.

Quintò adnectitur præcedēti, quod etiam data ſcientia (quā negamus) D. Hypolita ob minorem etatem, ex capite reſtitutionis in integrum aduerſus
23 præceptū Teſtatricis pœnale excuſatur, nàm nō præſumitur, vt doloſè, & in contemptum illius præcepto non obtēperauerit, & ſic ceſsāte dolo, ceſſat pœna, ità Dec. cōſ. 349. Ruin. cōſ. 199 li. 1. & licèt aliqui aduerſentur huic opinioni, tñ hanc magis receptā, & equā eſſe, concludit Sfort. qui alios coaceruat in tract. de reſt. in integ. q. 82. ar. 6. p tot.

Seſtò adducitur, quod Curator D. Hypolitæ conſultus à Iuriſprudētibus, pœnam à Teſtatrice impoſitam de iure non habere locum, & conditionem appoſitā pro non adiecta eſſe reputandam, conſuluit Puellæ prædictæ, quod poſſet ad ſui libitum nubere, cum quo ſibi placuerat, Et quod conſilium Doctoris, ac Maiorum excuſet hoc caſu legatarium à contrauentione

ex ſua

ex ſua bona fide; ſic Bald. conſ. 357.
24 lib. 1. Aret. conſ. 67. quia iure credere potuit conſilio Sapientium, arg. ex l. qui cum nata maior §. fin. ff. de bon. libert. & Rimin. Sen. conſ. 427. defendit Filiam quæ nupſerat de conſenſu Patris contra pœnale Teſtatoris præceptum (iuxtà caſum noſtrum) excuſari, quia debuit credere Patrem non permiſiſſe, vt illa in commiſſum caderet, ſic in caſu noſtro conſilium Curatoris D. Hypolitæ dicentis, legatum pœnale illi non nocere poſſe, eam excuſauit.

Septimò, prædictis concinit communis concluſio, dubiũ iuris intricati ex-
25 cuſare à pœna, & purgare dolum, & moram, l. ſed ſi lege §. ſcire ff. de petit. hæred. & ibi DD. Affl. dec. 87. de Pont. conſ. 28. in fine. Ergò in caſu noſtro, aut Iuſtitia ſtat pro D. Hypolita ex adductis viuis rationibus, & ſumus extrà difficultatem: Aut verò eſt dubium (& magnum) vt apparet, & iſta Iurium difficultas, & incertitudo, in qua primi legum vertices pugnant, & ſine dubio Puellam excuſant: Non enim erat obligata expectare litis euẽtum, & deducere in iudicium, an ipſa deberet ſtare præcepto, in quo multũ tempus in lite decurreret, & oportebat interim non nubere, ſed ſat ſibi fuit credere Prudentibus, vt Bald. in l. 1. nu. 50. ff. de hijs quæ pœnæ nomine.

Octauò, confert alia recepta Doct. opinio, pœnam teſtamentariam, iudiciariam, & conuentionalem non deberi, niſi quatenùs cum intereſſe concurrat, Affl. dec. 135. Grammat. conſ.
26 ciu. 66. & dec. 58. Cæual. com. opin. 688. & ità in terminis ſingulariter Iaſon in auth. hoc ampliùs nu. 6. C. de fideicom. Caſtr. & Fulgoſ. in l. non oportet C. de ijs quib. indign. Surd. de alim. tit. 9. q. 26. nu. 67. In caſu noſtro, non per hoc, quod D. Vincentius non ſe copulauit matrimonio cum D. Hypolita, defecit, vt ipſe non haberet aliam vxorem paris conditionis, & cũ eadem dote, & propterea ceſſat intereſſe reſpectu D. Vincentij, qui duas dotes habere non poterat, dùm ergò ſimilem habuit, & non eſt fraudatus aliquo lucro, ceſſante intereſſe, ceſſat pœna quam prætendit.

Poſtremò eſt animaduerſione dignum, Collaterale Conſilium in hac controuerſia, audita voluntate D. Hypolitæ decreuiſſe, vt ſeruari deberet eius voluntas, nulla facta reſeruatione Iurium ad beneficium D. Vincentij, dùm eſſet exhibitum teſtamentum Duciſſæ Teſtatricis, vndè tacitè de contrauentione nullam habuit rationem, proùt Molfeſ. met. d. conſ. nu. 31. pro D. Vincentio videtur innuere, & licèt ſententia ſi non ſit expreſsè lata non habeat ſubauditum intellectum,
27 tamen tacitè multotiès ex oppoſitis, procedendo ad vlteriora videtur ea reicere, l. à procedente, vbi Doct. C. de Iudic.

Et ex prædictis, & ſingulis eorum, puto (ni fallor) omninò eſſe abſoluendos conuentos ab impetitione facta contra eos per dictum D. Vincentium Spinellum. Sed dùm cauſa fuiſſet introducta, & ſentijſſent Aduocati ex aduerſo difficultates, non inſteterunt pro expeditione, & tractu temporis partes acquieuerunt.

## ARGVMENTVM

Ciues an ob Vniuerſitatis debita exequi poſſint, & ſi obligati fuerint, an inſolidum, vel pro parte teneantur. Et quid pro fiſcalibus.

An Vniuerſitas ciues præſentes, abſentes, & ſucceſſores obligare poſſit.

Ciues obligati pro Vniuerſitate, ſi moriantur, an creditor iure petere valeat, vt in locum demortuorum alij obligentur.



Digitized by Google

Sindicus, & alii de Regimine, an pro debito vniuerſali carcerari poſſint.

## SVMMARIVM

1 *Debitum Vniuerſitatis, quando dicatur eſſe ſingulorum ciuium.*

2 *Vniuerſitas non eſt aliud, niſi hominũ multiplicitas.*

3 *Exequutio qualiter facienda ſit contra bona Vniuerſitatis.*

4 *Ciues ſi inſolidum non ſint obligati, pro rata tenentur.*

5 *Perceptor Fiſcalium, & Aſſignatarÿ de iure inſolidum contra ciues exequi nequeunt.*

6 *Conſuetudo etiam praua, quando excuſet.*

7 *Vniuerſitas an poſſit obligare ſuos ciues, diſtinguitur.*

8 *Vniuerſitas in pertinentibus ad ſuum ſtatum, & neceſſitatem, poteſt inter ſuos ciues ſtatuere.*

9 *Princeps poteſt cogere ciues ad ſe obligandos pro Vniuerſitatis beneficio.*

10 *Inſtrumentum in quo ciues non ſunt de perſona obligati, ſed ab Vniuerſitate, an poſſit contra eos exequi.*

11 *Mandatum tacitum, vel expreſſum ad ſe obligandum, an ſit efficax, vt poſſit contra eum via exequutiua procedi.*

12 *Inſtrumentum cenſuale, vel obligatio Cameralis, poteſt exequi contra perſonam de facie ad faciem non obligatam, ſed per Procuratorem.*

13 *Tutor, vel Procurator, poteſt principalem via exequutiua obligare.*

14 *Sententia lata contra Vniuerſitatem, poteſt exequi contra ciues, qui in iudicio non interuenerunt.*

15 *Sententia lata aduerſus Collegium mercatorum, omnes afficit.*

16 *Exequutio realis tantùm datur contra perſonas, quæ de præſentia non ſe obligauerunt.*

18 *Creditor an in locum ciuium obligatorum, ſi illi moriantur, petere iurè poſſit alios viuentes obligari.*

18 *Debitor cogi non poteſt ad ſe obligandum per inſtrumentum guarentitium.*

19 *Hæredes principalis debitoris cogi nequeũt ad ſe obligandum de perſona.*

20 *Sindicus, & alÿ de regimine pro debitis vniuerſalibus carcerari non poſſunt.*

## CAPVT LXVII.

EX eo quod aliquæ Vniuerſitates ex legitima conuentione, vel priuilegio ad diuerſa onera collectarum, & tributorum ſoluendorum Baronibus tenentur, & de facto contra particulares Vaſſallos exequuntur, fuit multotiès de pluribus vtilibus, & quotidianis quæſtionibus controuerſum, quæ non ſolùm in caſu propoſito, ſed in alijs, quando creditoribus Vniuerſitates sũt obligatæ ad aliquam ſolutionem, deſeruiunt, &

Primò, ſi Vniuerſitas mediante mandato dato ad obligandum bona
1 ipſius pro aliqua præſtatione ſit obnoxia, an in caſu non ſolutionis contra bona Vniuerſitatis, & ſingulorum iurè creditor exequi poſſit, & quo ordine. Super quo articulo breuiter reſpondetur, obligationem factam vniuerſali nomine ipſa bona Vniuerſitatis afficere, & non perſonas, nec bona ſingulorum; nàm licèt Vniuerſitas, & ſinguli homines idem ſint, cùm Vniuerſitas nil aliud ſit quamplurium hominum
2 collectio, ſeù multitudo, l. rerum miſtura ff. de vſucap. glo. in l. ſicut §. ſi quid ff. quod cuiuſ. Vniuerſ. Actamen reſpectu debiti, & obligationis bona ſingulorum non ſunt Vniuerſitatis, nec è contra, l. ſed ſi hac §. qui manumittuntur ff. de in ius voc. Glo. & Doct. in l. in tantùm §. Vniuerſitatis ff. quod cuiusq;

cuiusq; Vniuerſ. Gabr. concl. 1. eod. tit. præc. & fusè Roland. à Valle conſ. 53. vol. 4. Et proindè pro debito contracto, à ciuibus vniuerſali nomine contra eos exequi non poteſt, ſed aduerſus
3 bona Vniuerſitatis, & non exiſtente facultate exigendi ex illius introitibus, noua gabella, ſeù collecta præuia Superioris licentia imponi poterit, Doct. in l. 4. §. auctor ff. de re iud. & hanc normam, & modum exequendi poſuerunt Franc. Marc. dec. Delphin. 805. Claper. cauſ. 14. q. 1. Guttier. de gabell. q. 168. nu. 15.

Si vero proprio nomine, mediante liquido inſtrumento ciues etiam fuerint obligati, tùnc dubium non eſt,
4 præcedente iuris ordine exequi poſſe contra eos perſonaliter, & realiter pro rata tantùm ſi inſolidum non ſe aſtrinxerint, l. reos. §. 1. & ibi glo. & Doct. ff. de duob. reis, & in l. 1. per illum tex. C. vt null. ex Vicar. lib. 10. vbi glo. in terminis ait, ciuem pro ciue non poſſe cogi, Montanar. prag. 2. nu. 159. tit. de admin. Vniuerſ.

Et licèt Perceptores Fiſcalium exequantur contra ciues pro debito Vniuerſitatis inſolidùm, qualitèr id faciãt, ipſi videant, cùm diſtributio ſolutionũ
5 fiſcalium fuerit facta per focularia, & quodlibet foculare tenetur ad ſuam portionem, vndè alter pro altero non eſt obligatus, & ſic innuere videtur Regens de Pont. §. 1. nu. 9. tit. de regal. impoſ. & Guttier. loco citato nu. 6. ait, contrariam Conſuetudinem eſſe corruptelam. Tamen id quod obſeruant
6 Perceptores, & alij creditores Vniuerſitatum exequendo inſolidum contra ciues pro debito Vniuerſitatis poſſet defendi, ex doctrina Bar. in l. 4. ff. de re iudic. quem ſequuntur ibi Alex. & Rip. qui dicunt, quod licèt inſolidum ciues non ſint obligati de iure, vel ex inſtrumento, tamen cùm quilibet repreſentet perſonam Vniuerſitatis, quilibet inſolidum tenetur, & contra eum realiter exequi poteſt: Non tamen hæc ſuppoſitio eſt extendenda, vt inſolidum poſſet etiam exequi perſonaliter, carcerando vnum ex ciuibus pro toto debito; nàm differentia eſt inter exequutionem realem, & perſonalem, & diſpoſitum in vno, non eſt trahendum ad aliud; eſt enim limitatio ad regulã, quod acceſſorium non ſequitur naturam ſui principalis, quando diuerſa eſt ratio in vno, quam in alio, vt conſiderant Bart. & Ripa ibi, & in l. is qui bonis ff. de pignor. & benè Nicolaus Loſæus tract. de Iure Vniuerſ. cap. 3. nu. 13. quicquid in contrarium tenuerit Iaſ. in d. l. 4.

Secundò videndum eſt, an Vniuerſitas pro publica neceſſitate ſtatuere, & mandatum dare valeat, vt Sindicus, & alij de Regimine obligare poſ-
7 ſint omnes alios ciues abſentes, & ſucceſſores, ità quod ex tali ordine, & contractu creditori contra Vniuerſitatem, & ſuos ciues actio quæratur, Doct. diſtinguunt, aut Vniuerſitas eſt libera, adeòquod cõdemdi legem ius habeat, & poteſt ciues obligare, aut eſt ſubiecta, & tùnc hanc non habet facultatem, Bouad. in ſua polit. lib. 5. cap. 8. nu. 77. Felic. de cenſ. lib. 2. cap. 3. nu. 6. Alij autem dicunt, Vniuerſitatem ſemper poſſe mediante vniuerſali parlamento, & concluſione maioris partis pro publica neceſſitate legem
8 inter eos ſtatuere, Bal. in l. pen. nu. 2. C. de donat. inter vir. & vxor. Rip. in l. ſi ſe nõ obtulit n. 42. ff. de re iud. Cole. de proceſſ. exequut. par. 2. cap. 3. nu. 376. Gail. de arreſt. Imper. cap. 9. & latiùs communem hanc eſſe opinionẽ defendit Gratian. diſcep. forenſ. c. 196. Et tantò magis in Regno, opinio hæc ſubſtineri poteſt, nàm cùm Vniuerſitates abſquè Proregis aſſenſu obligari non poſſint ex prag. 2. de admin. Vniuerſ. si obtineatur licentia ſuper cautelis ab Vniuersitate celebrandis, & parlamento facto pro ſe, & ciuibus obligandis creditori pro pecunia recepta, vel alia cauſa, Aſſenſus Principis, qui potuit dare hanc licentiam Vniuersitati obligandi ciues, tollit omnem

nem

Digitized by Google

nem diſputationem: Nam vt conſiderat Regens de Ponte in ſuo tract. de
9 poteſt. Proreg. tit. de alien. bonor. vniuerſ. poteſt Princeps etiam cogere, vt tot ciues priuato nomine pro cautela creditoris obligentur, quod ergo poteſt fieri per legem, poteſt fieri per pactum auctoritate Superioris veſtitum, l. non impoſſibile ff. de pact.

Tertia ſuboritur difficultas, data pro vera hac opinione, an inſtrumentũ confectum à Sindico, vel Deputatis, cũ
10 creditore, qui obligauerunt ſe, & omnes alios ciues, exequi poſſit perſonaliter, & realiter contra eos, qui non interuenerunt in contractu: Videtur dicendum ſi eſt verum, quod parlamentum omnes ciues obligat, ergo ſubſi-
11 ſtit actio agendi contra eos, ſed cum in contractu non interuenerunt, certum eſt eos, via Ritus conueniri non poſſe, dum de facie ad faciem non ſe obligauerunt, iuxta ritum Mag. Curiæ 166. ſi verò eſſet inſtrumentum cenſuale, vel ad formam Cameræ, quod per procuratorem fieri poteſt,
12 & habet exequutionem paratam cõtra ſuum principalem, vt Intrigliol. ſuper Bulla cenſual. quæſt. 99. & latiùs Franc. Milan. dec. 4. ex num. 40. Hoc caſu poteſt etiam iure defendi, ciues citari ad dicendum cauſam quare nõ debeat contra eos exequi: Nam vera eſt concluſio ex facto Procuratoris conſtituti ab homine, vel à lege quæri
13 actionẽ creditori contra principalẽ, l. ſi tutelę ff. de admin. tutor. l. 1. C. quãdo fiſc. & l. 2. C. quando ex facto tutor. Ann. alleg. 21. Surd. dec. 297. & iſti obligare poſſunt perſonam conſtituẽtis etiam executiuo modo, vt bene comprobat Gratian. cap. 360. ex num. 23. quanquam opinio hæc in praxi nõ tranſeat ſine difficultate, vt executiuè poſſit procedi contra principalem ex facto procuratoris, vel tutoris, non facta ratificatione.

Sin autem obligatio non poſſet habere modum executiuum de iure: tunc ordinariè ciues actione perſonali, & hipotecaria conueniri poſſent, ſi bona omnium ciuium nexui obligationis ſuppoſita fuerint, vt Firmian. de Ga-
14 bell. par. 2. num. 62. Auend. reſp. 34. Ad inſtar ſententiæ, quæ ſi lata fuerit contra Vniuerſitatẽ, & in rem iudicatã trãſitum fecerit, ea afficiet etiã ſingulos vt ſingulos, licèt in iudicio non interuenerint, & non quaſi contraxerint: nam factum eorum Adminiſtratorum, & tacitum mandatum ſingulos ad obſeruantiam obligat, exemplum fuit in facto de Barone prætendente decimam de victualibus, & obtinuit contra Vniuerſitatem, quæ litem defenderat: nam ex ea ſententia habuit ius exequendi contra ſingulos ciues agros colentes pro decima danda, ſic
15 Io. And. ad Specul. titul. de decimis §. 1. Vrſil. deciſ. 67 num. 4. Auil. cap. prætorum, cap. 19. gloſ. incip. Priuilegios, Guid. Pap. dec. 549. ac Berous conſil. 137. vol. 3. aiunt, ſententiam latam contra Collegium mercatorum afficere ſingulos eorum, vt contra eos exequi poſſit; & latius dixi ſupra c. 14. ex num. 5.

Verum enim verò concludendum puto, ſemper quod ciues expreſſe non ſe obligauerunt non poſſe perſonaliter conueniri, ſed executiuè realiter
16 tantum contra eos poſſe agi, & ſic Cancer. lib. 3. variar. reſolut. cap. 17. num. 193. & ita in facto videmus practicari, nam ex Collaterali Conſilio continuo prouiſiones expediuntur, vt cõtra ciues obligatos exequatur realiter, & perſonaliter, & contra non obligatos realiter tantum.

Quartò dubitatur, quid ſi multi ci-
17 ues pro vniuerſali debito priuato nomine ſimul ſe obligauerint, & tractu temporis obligati decedant, an iure creditor petere valeat, vt alij ciues viuentes in locum demortuorum de facie ad faciem via exequutiua obligari debeant: diximus ſupra, Principẽ, & ſuum Collaterale Conſilium ſolere decernere, vt tot ciues cogantur ad ſe obligandum pro Vniuerſitatis neceſſita-



Digitized by Google

ſitate,& creditoris cautela, & ſimilem facultatem habere parlamẽtum communitatis,& propterea, cum nil noui creditor petat, videtur in locum demortuorum poſſe hanc prætenſionem ſubſiſtere,& dum in Collaterali fuiſſet in facto propoſita talis petitio,dicebatur ex parte Ciuium, quibus erat iniunctum,vt debuiſſent obligari, ipſos
18 non poſſe cogi, etiam ſi debitum eſſet proprium, ad ſe obligandos per inſtrumentum guarentitium, nec vllus debitor, niſi expreſſe ſic fuerit conuẽtum poterit ad hoc aſtringi, ſed tantum facere ſimplicem cautelam,Doct. in l.neque C.de nouat.Gomez variar. reſol. lib.2.cap.2. num. 17. Galles.de oblig.ad formam Cameræ par. 3.quæſtio.3.Roderiq.de ann. reddit. lib. 2. quæſt.9.num.56.Franch. deciſ. 615. & latius Barboſ.in l.2.par.2.num. 20. & in l.diuortio §.interdum ff. ſol. matrim.Tiraq.de retr.§.29.gloſ.fin. Ne-
19 què hæredes principalis debitoris obligati ad formam executiuam ſimilem cautionem renouare tenentur Viu.dec.403.& propterea iure non poſſe tali vinculo innodari replicabãt, & pro illis fuit iudicatum,

Limitatur tamẽ ſi Vniuerſitas particulari pacto cum creditore conueniſſet,vt in caſu mortis obligatorum teneretur alios ſubrogare:Hoc equidem caſu Collaterale Conſilium indiſtinctè prouiſiones expedit, viſo tali pacto,vt Vniuerſitas eligat perſonas tot diuites in locum demortuorum, & ita vidi obtentum pro Barone Auiliani, contra Vniuerſitatem Caſtrouillari, & fuit mihi commiſſum,dũ in Prouinciali Audientia Calabriæ aſſiderẽ,ad cogẽdum nominatos ad ſe obligandum, & ſic approbatur etiam ex iſtis,quæ dixi in præcedenti ſecundo articulo, pactũ Vniuerſitatis afficere ſuos ciues, ſecũdum opinionem Gratian.d. cap. 196. ita quod ſucceſſores ſunt obligati parere pactis conuentis ab Vniuerſitate, cum creditore.

Poſtremò reſtat videndum, an pro Vniuerſitatis debito Sindicus, & alij de regimine carcerari poſſint: Conti-
20 nuò de facto,maximè Barones, hoc agunt, pro quouis prætenſo eorum credito,illos carcerare:De perſona tamẽ moleſtari nõ poſſunt, vt dixi in pc. tract.ſuper hac prag.n.50.& ſic Faber poſtea viſus diff. 1.C.quib.res iud.non noc.Guttier.de Gabell.quæſt. 168. in fine,Guid.Pap.deciſ. 398. Auend. de exeq. mand.cap. 14.num.27.niſi eſſẽt in dolo, & mora conſtituti, dùm habeant modum,& facultatem ſoluendi, & non curant,quia tunc in duritiem carcerari poſſent,vt præcitati Doctor. concludunt. Sed ſi reſponderent, introitus non eſſe ſufficientes, & in promptu bilancium offerrerent, tunc ceſſaret dolus,& culpa,& proindè nullo modo inquietari debent, & ad effugiendam hanc altercationem, ſepiùs Sindici impetrant,vt pro debito vniuerſali moleſtari nequeãt, & ſine difficultate Collaterale Conſilium ſic prouidet.

## ARGVMENTVM

Vaſſalli, an pro Barone fideiubere teneantur,& ſi ſe obligent, an ex metu reuerentiali cautionem infringere poſſint.

Filius quando poſſit exhęredari ſi pro patre fideiubere deneget.

Metus,& ſimulatio, an & quando tertio non conſcio noceat.

### SVMMARIVM.

1 *Vaſſallus liberto ęquiparatur, qui pro Domino fideiubere tenetur.*

2 *Filius dicitur ingratitudinem commiſſere,ſi pro patre non caueat.*

3 *Filius minor reſtituitur, ſi pro patre fideiubeat.*

4 *Minori non ſuccurritur,ſi fecerit actũ de iure ſibi ſpectantem.*

5 *Tex.in auth.ut cũ de appellat.§.aliud quoq;*

Digitized by Google

*quoque declaratur.*

6 *Filius diues ſi non ſuccurrat Patri carcerato, exhæredari poteſt.*

7 *Metus reuerentialis, an detur de iure Vaſſallo erga Baronem.*

8 *Metus reuerentialis ſolus, quando ſufficiat ad irritandum actum.*

9 *Fideiuſſio habet præſumptionem coactionis in dubio.*

10 *Fideiubens pro alio, dicitur vti malè ſubſtantia ſua.*

11 *Nemo præſumitur iactare ſuum.*

12 *Preces Superiorum æquiparantur metui.*

13 *Metus nocet inter contrahentes, ſed an lædat tertium.*

14 *Simulatio nocet inter ipſos contrahentes, ſed non alijs.*

15 *Donatio ficta, & ſimulatà reſcindi poteſt, licèt Donatarius nõ ſit conſcius, ſecùs procedit in contractibus oneroſis.*

16 *Tex. in l. qui autem §. ſimili modo ff. quæ in fraud. cred. pro inſigni expẽditur.*

## CAPVT LXVIII.

Mandat tex. huius 10. pragm. nè Barones ad fideiubendum pro ipſis Vaſſallos cogãt, aliàs fideiuſſio illa cenſeatur nulla. Ad cuius articuli explicationem aliqua dixi, quæ latiùs nùnc declarabo, dùm in facti contingentia acciderit cum Marchione Lauelli, qui Vaſſallũ ad ſibi fideiubendum induxerat. Et dicebatur ex
1 parte Baronis, non repugnare iùs, imò aſſiſtere, vt Vaſſallus pro Domino fideiubere teneatur, non tamen cogere ipſe debet, & ſic videbatur eſſe intelligendum tex. huius pragm. Argumentum adducebatur, quod cõgruum eſt, vt tale obſequium ſubditi præſtare debeant, proùt filij tenentur pro Patre cauere; aliàs ex tali ingratitudine ex-
2 hæredari poterint, vt in auth. vt cum de appell. §. aliud quoque capitulum, & Vaſſallus æquiperatur filio, & liberto, Andr. cap. 1. §. præterea quæ ſit prima cauſa benef. Frecc. in princ. operis de ſubfeud. nu. 4. Qui ambo ad tale munus ſunt obnoxij, Hering. de fideiuſſor. cap. 3.

Sed pro reſolutione, priùs videndũ eſt, an vera ſit propoſitio, vt filius teneatur pro Patre fideiubere, & dico, non eſſe perpetuò verum, filium eſſe obligatum in cauſam Patris cauere, cùm contrarium videamus de iure eſſe diſpoſitum, ex tex. enim in l. 1. C. de filiofam. patet, filio dari reſtitutionem in integrum, ſi fuerit ſeductus ad fide-
3 iubendum pro Patre, ergò non eſt de iure obligatus filius, quia non ſuccurritur minori per reſtitutionem in integrum in ijs, quæ obligatus eſt facere,
4 l. non omnia ff. de minor. Indè quod fortiùs, ſi ſpontè fideiuſſerit pro Patre, iuuatur beneficio tituli, quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, ff. & C. & ſic ceſſat argumentum inductum de Vaſſallo ad filium ex aduerſo, nec libertum poſſe cogi ad fideiubendum, aliquo iure cauetur. Neque vim facit tex. in d. §. aliud quoque capitulum, vt filius exhæredari poſſit, ſi pro Parentibus cauere noluerit, nàm intelligitur tex ille in patre captiuo, qui poterat à
5 filio redimi ab hoſtibus, & nõ curauit, & licèt DD. extendãt, ẽt ſi Pater fuerit carceratus pro cauſa graui, ciuili, vel criminali, procedit hoc, ſi filius ſit di-
6 ues, & poſſit Patrem iuuare nè moriatur in carcere, dùm non habeat in bonis, ſed non aliàs, ſic Fabr. diff. 1. C. de filiofam. min. Sfort. de reſtitu. in integ. quæſt. 54. art. 4. Boer. dec. 128.

Dùm ergò maior propoſitio non ſubſiſtat, ceſſat minor, quod ſi filius nõ tenetur pro Patre cauere, tantò minùs ſit obligatus Vaſſallus pro ſuo Domino, vltrà quod non ſubſiſtit de iure argumentum, vt Vaſſallus filio debeat æquiperari, nàm & ſi ambo ad reuerẽtiam ſint obnoxij, tamen maius vincu-

lum

lum eſt in debito ratione ſanguinis, quam obligatione iuris, Hering. loco citato art.fin.nu.43. Vndè firma remanet concluſio, vt ſubditus non ſit ex debito obligatus, ſed ſi voluerit ſpontè cauere, tùnc efficaciter creditori obligatur.

Secundò eſt videndum, ſi Vaſſallus metu inducatur ad fideiubendũ, quandò fideiuſſio vti meticuloſa poſſit dici coacta, & ſic nulla, vt tex. noſter diſponit, Dic ſi violentia, & metu expreſſo ſubditus ad fideiubendum inducatur, abſquè dubio ea erit nulla, vt latè Maſcard. de probat. concluſ. incip. metus, & dixi ſuprà cap. 10.

Si verò tractetur de metu reuerentiali, an is ſufficiat ad reſcindendam fi-
7 deiuſſionem præſtitam, reſpondetur, quod licèt multi tenuerint, non dari metum reuerentialem ergà ſuos Barones, niſi Dominus is ſit, qui Superiorẽ nõ recognoſcat, tamen communis opinio eſt in contrarium, vt Roder. de annuis reddit. lib. 1. q. 15. nu. 60. Cancer. lib. 3. var. reſol. c. 15. nu. 243. quod detur præſumptio metus reuerentialis in omni perſona alicui ſubiecta, Hæc tamen præſumptio non eſt efficax ad probationem metus, niſi concurrant aliæ coniecturæ ſimul, vti perſonam
8 Baronis eſſe terribilem, ſolitam non facientibus ſuam voluntatem parare inſidias, ac perſonam ſubiectam eſſe facilem, & humilem. Hæc vtiq; ſufficerent ad irritandum contractum, ſic vltrà regulas generales, de quibus dixi ſuprà d. cap. 10. & cap. 64. nu. 7. in indiuiduo de fideiuſſione præſtita à Vaſſallo ergà Baronem, reſpondit Fontan. de pact. nup. tom. 2. clau. 7. glo. 2. p. 7. nu. 56. Fabr. diff. 1. C. quod metus cauſa. Et in caſu noſtro, arbitrium Iudicis
9 facilè debet eſſe ad inclinandum, quia fideiubere, non ſolet actus eſſe voluntarius, cùm fideiubere ſit perdere, & actus dilapidationis dicatur, Luc. de Penn. in l. quicumque C. de fund. patr.
10 lib. 11. Indè dicitur, quem vti male ſubſtantia ſua, ſubmittendo ſe pro alio ad fideiubendum, Gramma. conſ. 95. Viu. dec. 210. Cùm autem iactare ſuum ne-
11 mo præſumatur facere ex voluntate, l. cùm de indebito ff. de probat. Ideò cùm metus reuerentialis iuncta læſione ſit magnæ efficaciæ, vt Menoch. de præſumpt. lib. 3. cap. 127. ergò magna ſugerit æquitas, ſi concurrant aliqua ex ſupradictis ad decernendum pro Vaſſallo, quod metu fuerit inductus ad fideiubendum pro Barone, idemque procedit ſi magnis precibus ſugera-
12 tur, nàm prouerbium eſt, Rogare Ducum eſſe ſpeciem violentam iubendi, Innoc. in cap. cum inter de elect. Affl. dec. 69. nu. 6. Maſcard. de probat. concluſ. 193.

Inſupèr eſt reſoluendum, an dato metu legitimè probato, iuxtà Iuris terminos fideiuſſio præſtita, quæ nulla debet declarari noceat tertio, qui non eſt conſcius de metu; nàm & ſi inter
13 contrahentes non dubitetur, contractum eſſe nullum, Capyc. deciſ. 159. Gramm. dec. 103. nu. 49. & Crauett. conſ. 2. quia ſunt complices, & conſocij, ſed contra tertium ignorantem, multi tenuerunt illi non nocere, Vrſil. dec. 246. nu. 8. Affl. dec. 263. in fine, Crauet. conſ. 121. Fabr. diff. 1. C. qui metus cauſa. Ad inſtar ſimulationis,
14 quæ nocet contrahentibus, & non alteri, qui non participauit, de Ponte, conſ. 78. tom. 2.

Verùmtamen magis recepta, & tutior opinio eſt in contrarium, quod cùm actio ſit in rem ſcriptam, detur contra tertium, Ann. conſ. 73. ex num. 18. Add. ad Capyc. dec. 159. nu. 14. ex Bart. in l. nàm & Seruius ff. de negot. geſt. & in l. ſi tertius §. ſi quis prius ff. de aqua plu. arc. Lanar. conſ. 44. cum alijs coaceruatis.

Non relinquam adnotare vnum aduerſione dignum, Dixi ſuprà, ſimulationem nocere, & annullare contractum, quando contrahentes conſcij ſint, fictitiè, & palliatè contractum fuiſſe confectum; Sed quid ſi vnus donet in fraudem collectarum, vel vt

præiu-

Digitized by Google

præiudicet vicino, nè petere poſſit ius
15 congruum, vel quoquomodò fictitiè titulo lucratiuo rem alienet, An tertius qui ex tali contractu læditur probando ex confeſſione donantis, vel alijs legitimis coniecturis ſimulationem, ſufficiat talis probatio, non conſtito, quod alter ſit conſcius, & particeps. Et videtur ex ſupradictis dicendum, vt ſi alter ſimulet, hoc non debeat afficere recipienti rem bona, & ſincera fide. Tamen ſigna, quod aut loquimur in contractu oneroſo, & procedit negatiua opinio, ſimulationem vnius, alteri non præiudicare, cum alteri per alterum iniqua conditio afferri non poſſit ex vulgata regula. Aut ſumus in contractu lucratiuo, & conſtito, donãtem non habuiſſe animum donandi, ſed ex aliqua cauſa ſimulatè hoc egiſſe, & ſic proteſtatum fuiſſe; tùnc licèt Donatarius non participet, ſemper
16 contractus poterit reſcindi, tex. eſt ſingularis in l. qui autem §. ſimili modo ff. quæ in fraud. cred. & concordat l. pen. C. eod. tit. Peregr. de Iure Fiſci lib. 2. tit. 1. nu. 157. Farin. de ſimulat. quæſt. 164. nu. 58. & in graui cauſa in S. C. ſic obtinui per ſupra allegata, quæ ſingularia ſunt.

## ARGVMENTVM.

Creatio Officialium Vniuerſitatis cùm diuerſimodè fieri ſoleat, enumerantur modi, qui de iure ſubſiſtant.

Barones ſi antiqua conſuetudine ſibi quæſierint, vt Vniuerſitates nominare habeant, & illi eligere, an ſint obligati eligere habentes maiora ſuffragia.

Nominatio ſi ſit facta de aliquibus non capacibus, an electio in totum ſit nulla. Malè nominantes, quando priuentur facultate iterum nominandi.

Baro ſi ſit abſens, an eius Officialis habeat poteſtatem eligendi.

Iuriſdictio volũtaria an poſſit exerceri extrà territorium ab eo, qui non habet officium in proprietate.

## SVMMARIVM.

1 *Regimina ſunt diſtincta, vnum ad iuriſdictionem pertinet, alterum ad Vniuerſitatem.*
2 *Officialium Vniuerſitatis creatio competit omnibus ciuibus.*
3 *Conſuetudo loci attendenda eſt in electione Officialium Vniuerſitatis.*
4 *Deputati ad faciendam electionem ſufficiunt, licèt omnes ciues non vocentur.*
5 *Caſalia, & Suburbia quamuis Ciuitati adiaceant, ſi diuidi ſoleant in creandis Officialibus, ea conſuetudo ſeruanda eſt.*
6 *Decuriones vnius quarterij, non habent vocem in alio.*
7 *Caſalia an debeant ſuſtinere onera inita ſub commemoratione Ciuitatis.*
8 *Conſuetudo, vt prædeceſſores eligant ſucceſſores dicitur iniuſta.*
9 *Baro habet ius eligendi inter plures nominatos Officiales ab Vniuerſitate, vbi adeſt talis conſuetudo.*
10 *Baro an teneatur eligere, qui habet maiora ſuffragia.*
11 *Eligere dicitur qui habet plura eligenda, & non vnum.*
12 *Nominatio ſi ſit facta de inhabilibus, an Baro mandare poſſit, vt iterum fiat electio.*
13 *Baro vti primus ciuis, habet ius oppugnandi malam electionem.*
14 *Electione, vel nominatione facta de inhabilibus, an tota electio ſit nulla.*
15 *Vtile per inutile vitiatur, quando ſtatutum aliquid induxit pro forma.*
16 *Pragmatica irritatiuè mandat, vt nõ*

eligan

Digitized by Google

*eligantur debitores, Pater, & Filius, vel Fratres eodem tempore.*

17 *Actus in dubio vt poſſibile, irritari non debet.*

18 *Nominatio inhabilis ob incuriam, & non doloſè facta, non priuat nominantem facultate iterum nominandi.*

19 *Vniuerſitas ſi nominet indignum, an ſit priuata facultate iterum nominandi, ſeù eligendi, & ea deuoluatur ad Superiorem.*

20 *Baro qui habet ius eligendi ſi erit abſens, an talis facultas dicatur ſuſpenſa, vel competat Officiali loci.*

21 *Baro extra territorium exercere poteſt voluntariam iuriſdictionem.*

22 *Iuriſdictionis voluntariæ ſunt, quæ cauſæ cognitionem non requirunt.*

23 *Baro ſpecialiter concedere poteſt hanc eligendi facultatem.*

24 *Vicarius generalis dicitur habere maiorem poteſtatem, quam Procurator generalis conſtitutus.*

25 *Iuriſdictio voluntaria licèt exerceri poſſit extra territorium, tamen non procedit cum eo, qui non habet iuriſdictionem in dominium.*

26 *Electus an dicatur habere officium ab eligente, vel à nominante.*

## CAPVT LXIX.

STatuit etiam hęc pragmatica, vt Barones in electionibus Officialium Vniuerſitatis non ſe intromittãt, ne ad eorum libitũ Sindici, & Electi eligantur. Et in præc. tract. multa ad huius ornatum explicaui, cum Barones omnes ſuper hac Officialium creatione vigilent, vt ſint perſonæ ſibi adherentes, nè impediantur in eorum prætenſionibus, grauaminibus & oneribus, quæ continuò inferunt contra miſeros Vaſſallos, quorũ protectio, & defenſio contra Baronem illi de Regimine zelantes ſuſcipere ſolent, cùm ciues ab Vniuerſitate defendi debeant.

Primò enim eſt aduertendum, diſtincta eſſe Reipublicæ Regimina, Vnũ pertinet ad Principem, eiusq; feudatarios, Aliud ad Vniuerſitates, in pertinentibus ad adminiſtrationem, & ſta-
1 tum ipſius, Et cùm ſint ſeparata, & diſtincta, creatio ſuorum Officialium ad quemquam ipſorum ſpectat, & alter in alterius iuriſdictione ſe intromittere non debet, Bart. in tract. de Regim. Vniuerſit. in princ.

Ad Vniuerſitates igitur poteſtas collata fuit, vt quolibet anno, tempore ſolito, & ſtatuto, ſecundum ſolitum, & conſuetum Sindicum, & Electos eligere habeant, qui de omnibus ad vniuerſale tutamen pertinentibus, regere, & curam habere debeant, vt in prag. 2. de admin. Vniuerſ. diſponitur.

Sollemnitas vero creandi, competit omnibus ciuibus, qui debent ſtatuta die, & loco vocari per campanam, vel tubictam, aut præconem, ſeruata loci conſuetudine, cùm diuerſimodè obſer-
2 uetur, & omnes ad Concilium habent liberam voluntatem, ad tex. in l. ſuper creandis C. de Iure Fiſci lib. 10. vbi
3 glo. & Doct. omnes concludunt, Conſuetudinem ſeruandam eſſe in ijs electionibus, & Montan. in d. pragm. 2. nu. 231. Et concluſum à maiori parte erit attendendum, l. nominationum C. de Decur. lib. 10. Guid. Pap. dec. 300. In aliquibus enim Ciuitatibus, & locis numeroſis vbi difficilitèr omnes conuocari, & audiri poſſent, ſolet eſſe Cõ-
4 ſuetudo, vt interuenire debeant quadraginta plus, vel minus de aliquibus familijs, & per ſcrutinia ſecreta illi qui à maiori parte ipſorum eliguntur officium exercere habent, Staib. conſ. 45. D. de Franchis dec. 609. in fin. Inſupèr aliqua Ciuitas, vel Terra faciunt cum Caſalibus, & Suburbijs vnum caput, &
5 ſub vno nomine omnes veniunt, vbi Conſuetudo eſt, vt omnes conueniant ad faciendum vnum Sindicum, & Electos erit obſeruanda, ſed ſi quodlibet

Caſale ſolitum ſit, ſeperatè viuere, & ſuos Adminiſtratores creare, non eſt mos improbatus, licèt adiaceant Vniuerſitati, & gaudeāt honoribus ipſius,
6 Et alter in alterius Gubernio ſe intromictere nequit, ad tex. in l. cum te C. quemadmod. ciuil. muner. lib. 10. vbi Decurio vnius corporis non debet vocari ad munera, ad quæ vocantur alij de alia parte, proùt Neapoli ſeruatur, Quod illi de vno Sedili, non intrant cum alijs, Ann. ſing. 83. & Filius conſ. 133. Et nùnc eſt lis inter Vniuerſitatem Giſuni, & Caſalia aliqua, quæ non prætendunt ſubijci oneribus, & impoſitionibus, quæ diriguntur Terræ Giſuni, quia licèt ſub eadem Vniuerſitate comprehendantur, ſemper ſeparatè vixerunt, vt eſt videre in proceſſu agi-
7 tato in Reg. Cam. de qua materia vide Mexiam de taxa panis concluſ. 1. cum ſeq. Gizzar. deciſ. 74. Nicol. Loſæus de Iure Vniuerſ. cap. 2. ex nu. 19. & cap. 14. par. 3.

In aliquibus etiam locis eſt Conſuetudo, electionem non fieri à Concilio, nec à Deputatis, vt dixi, ſed Prædeceſſores nominant, & eligunt ſucceſſores, tempore ſtatuto poſt annum eorum adminiſtrationis; Hæc inquàm
8 obſeruantia iniqua fuit reputata, quia illi ſemper nominant perſonas coniūctas, & amicos, & adminiſtratio Prædeceſſorum non poterit per ſucceſſores amicos redargui cum ea diligentia, & cura, vt facerent, ſi non haberēt cauſam ab eis, vndè non eſt ſeruanda, ſic Auend. de exeq. mand. Reg. cap. 19. nu. 23. par. 1. Præſ. de Franch. dec. 210. Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de abundantia §. 1. ex nu. 6. Staiba. conſ. 35. à nu. 9. & quamuis D. Rouit. in prag. 2. ex nu. 23. de admin. Vniuerſ. doctiſſimè ſuo more ſubſtineat, talem modum non eſſe contra iuris diſpoſitionem; tamen pro bono publico prima opinio eſt vſu recepta, & per ea pluriès iudicatum vidi.

Poſtremò Barones aliqui, ex antiquiſſima præſcriptione quæſierunt prærogatiuam, vt ciues nominare tantùm debeant duos Sindicos, duplicatos electos, & alios de Regimine, & Baroni præſentata nominatione, competit Ius eligendi vnum ex nominatis
9 Sindicis, & tot Electos iuxtà ſolitum numerum; Et relicta cōtrouerſia, cùm per ea ſit iudicatum, vt Franch. d. dec. 210. Aliquas notabiles quæſtiones ſuper hoc articulo, quæ in facto acciderunt, nolui prætermictere.

Et primò, an facta per Vniuerſitatem in parlamento nominatione duplicata de Officialibus ipſius Communitatis, ſed difformi, quia alij maiora ſuffragia, ex nominatis habuerint,
10 Cœteri minora, Baro eligere eos teneatur, qui plures voces, & vota habuerint, circumſcriptis alijs nominatis à maiori numero, D. Rouit. in d. prag. 2. nu. 49. obiter poſuit hanc quæſtionem, & inclinare videtur, Baronem eligere teneri habentes maiora ſuffragia, arg. l. nulli, & l. planè ff. quod cuiusque Vniuerſ. & defendit Staiban. conſil. 52.

Verùm aduerte, hoc eſſe intelligendum, in caſu quo ad Baronem ſpectat tantùm confirmatio, tùnc enim tenetur Baro ex nominatis eligere illum, qui habuerit maiora ſuffragia, Doct. in alleg. cap. dudum extrà de elect. Sed ſi Baro habeat Ius eligendi, & Vniuerſitas teneatur facere duplicatam nominationem, eo caſu poteſt ad libitum eligere habentes minora, vel maiora ſuffragia; Cùm aliud ſit cōnfirmare, aliud eligere; Eligere enim
11 eſt ad libitum inter plures, l. ſcyphi, & l. ſi tibi electio §. 1. ff de aption. legat. Et ſi contrarium eſſet verum, Baro non diceretur habere electionem, ſed Vniuerſitas, quia ſemper Vaſſalli affectarent diſparitatem, & nominatio conuerteretur in electionem.

Secundò eſt videndum, ſi nominatio ſit facta de perſonis, quibus Ius cōmune, vel Regni reſiſtit, vt non poſſint
12 eligi, vti debitores, & alij, qui non vacauerunt tempore debito, an præſentata

tata tali nominatione de idoneis, & inhabilibus, Baro poſſit prætendere, vt denuò parlamentum congregetur, & in locum inhabilium alij nominentur.

Dicebatur in facto ex parte Vniuerſitatis, per tex. huius pragmaticæ prohibitum eſſe Baronibus, nè ſe intromictant in electionibus Vniuerſitatum circa ſuorum Officialium creationem, nec procurent ij, quos ipſi voluerint, & ſic mandare non poterit, vt iterum fiat parlamentum, & electio, ſed debet eſſe contentus de ijs, quorum ſibi exhibetur nota, ad finem eligendi.

Cui motiuo fuit à Barone replicatum, eſſe verum non debere ſe intromictere in dicta electione, ſed vti primus ciuis habet ius oppugnandi contra
13 nominatos ad Regimen Vniuerſitatis, quos lex refellit, vt Anna alleg. 15. & poſt eum Cancer. lib. 3. var. reſ. cap. 13. à nu. 165. Et tùnc Iudex decernet, an exceptio de iure ſubſiſtat, qua ſubſiſtente, donec non fiat noua nominatio, poteſt electionem ſuperſedere, & per Officialem mandari facere, vt idoneos eligant, & ſic pluries decreuimus.

Huic articulo non impertinenter alius ſubnectitur, an facta nominatione de pluribus inhabilibus, congregatio Populi debeat fieri ſuper creatione tantorum, numero quanti fuerunt illi, qui vti inhabiles, vel non idonei reie-
14 cti fuerunt, vel electio ſit in totum nulla, vt denuò de omnibus ſit facienda alia nominatio, & electio, tex. in cap. quia propter, & cap. Maſſana de electión. probat, (vt declarat ibi Card. & Imol.) quod quando per ſtatutum ordinatur, vt electio de habilibus fiat, tùnc talis diſpoſitio habetur pro for-
15 ma, qua non ſeruata actus vti indiuiduus, in totus corruit, & Alciat. in l. 1. §. ſi mihi Pamphilium nu. 4. ff. de verb. oblig. Cabed. in terminis dec. 84. nu. 15. par. 2. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1. cap. 23. nu. 53. Ceſſante hac forma, ſuccedit concluſio, vtile per inutile vitiari, l. 1. §. ſi ſtipulanti ff. eodem, Affl. & Vrſil. dec. 107. Add. ad Capyc. deciſ. 49. Franc. Mil. deciſ. 2. par. 2. At cùm in certis caſibus ex pragm. 5. §. 15 cum ſeq. de admin. Vniuerſ. prohi-
16 beantur eodem tempore eligi Pater, & Filius, aut Fratres debitores Vniuerſitatis, & alij, qui non rediderunt computa de adminiſtratis, & pragmatica loquitur irritatiuè. Iſtis caſibus, & alijs à Iure interdictis, videtur ex allegatis, poſſe ſuſtineri, vt iterum de omnibus debeat fieri electio; Nàm vbicumque actus reſpectu formæ dici poteſt indiuiduus, licèt reſpectu eſſentiæ ſit diuiduus, Nihilominùs vtile vitiatur per inutilis adiectionem, Bar. in l. grege §. illud ff. de fideiuſſ. per illum tex. Cumquè de forma, electio ſit facienda de habilibus, & capacibus, vno exiſtente inhabili, tota nominatio corruit, ſic Roman. conſ. 66. Cabed. loco citato: Verùm admicterem hanc opinionem, quam ſequuntur tàm grauiſſimi Auctores, quando doloſè, & in magno numero eſſet nominatorum
17 inhabilitas, aliàs mala electio vnius non deberet totam electionem tantorum deſtruere, ad euitanda inconuenientia, Nā data hac opinione pro vera, cū in nulla electione ergà perſonas oppoſitio deficiat, ſi ob inhabilitatem alterius infirmāda eſſet electio, omnes electiones ſtarēt ſub incerto, & conferunt dicta per Menoch de arbitr. caſu 511. nu. 6. & Molin. de primogen. lib. 2. cap. 4. nu. 38. quod nominatio de
18 inhabili ob Iuris, vel facti ignorantiā non tribuit Ius, vt eligens facultate nominandi priuetur, quia ceſſante dolo, debet Iudicis arbitrium eſſe pium, & æquū, licèt ſecùs eſſet, ſi nominatio fuerit doloſè, & appenſatè facta, Nàm nominantes priuarentur facultate nominandi, & Iudicis arbitrio relinquitur iſta præſumpta ignorantia, vel ſcientia, ex c. gratum de poſtul. prælat. Nacta conſil. 244. Acch. de Graſſ. deciſ. 282.

Sed difficultas maior inſurgit, quid ſi Vniuerſitas, vel Deputati ſcienter,



Digitized by Google

& doloſè nominauerint indignum, an
electio deuoluatur ad Baronem, ſi ha-
beat ius eligendi, vel in terris Dema-
19 nij ad Principem, ſecundum dictam
DD. diſtinctionem, quod data doloſa
nominatione, collatio ad Superiorem
conferatur, & pro illa vice nominan-
tes priuentur, Videtur electionem
poſſe ſpectare ad Baronem, ad quem
competebat ius eligendi, vt Abbas in
cap. Venerabilem nu. 20. de elect. &
Fontan. loco citato nu. 43. Conſidera
ergò in facti contingentia. Vlteriùs
quæritur, quid ſi Baro qui habet hoc
ius eligendi ſit extrà locum, & terri-
torium vbi fuit facta nominatio, &
creatio Officialium ipſius Vniuerſita-
tis; an Vniuerſitas teneatur ipſum adi-
re pro electione, Auend. de exequ.
20 mand. Reg. cap. 19. nu. 21. verſ. facta
autem par. 1. tenet, quod non, & quod
talis facultas, neque Procuratori poſſit
concedi. Hæc quidem opinio commu-
niter confutatur, quia actus iſte non
eſt contentioſæ iurisdictionis, ſed vo-
luntariæ, & propterea extrà territo-
21 rium exerceri poteſt, ad tex. in l. 2. ff.
de offic. Proconſ. & in cap. ea noſcitur
de ijs qui fiunt à Prælat. Boer. deciſ.
30. Gratian. dec. 98. Et quod ſit volũ-
tariæ iurisdictionis, non videtur dubi-
tandũ, quæ enim non requirunt cauſæ
22 cognitionem, poſſunt dici eſſe volun-
tariæ iuriſdictionis, l. 3. ff. de offic. Pręf.
Vrb. verbo iubere, vbi glo. & Doct. ſu-
pra citati, & in hoc non puto eſſe du-
bitandum.

Sed quid ſi Baro ſit extrà Regnũ,
vel in longinquis, an poſſit Officialis
loci, vel ſuus Procurator ob abſẽtiam
exercere hanc facultatem, & prærroga
tiuam, & videtur cui competit quod
eſt plus, poſſit competere quod eſt mi-
23 nùs, l. in eo ff. de reg. iur. Attamen
reputata fuit talis facultas perſonalis
ſecundum Auend. verumtamen ſi in
abſentia Baro feciſſet ſuum Vicarium
cum omnimoda poteſtate etiam in
requirentibus ſpeciale mandatum,
poſſe illum vti hac facultate, notat
Maſtril. de Magiſtr. lib. 4. cap. 17. num.
107. & eſt bona glo. in l. cum eſſent ff.
de ſeru. ruſt. præd. Nàm magna eſt
authoritas Vicarij conſtituti, pluſquã
24 Procuratoris Generalis, de Pont. cõſ.
36. nu. 54. & ſic audio in S.C. fuiſſe
deciſum, competere Vicario General
conſtituto hanc prærogatiuam eli-
gendi.

Aduerte tamen, quod data pro ve-
ra dicta opinione, Vicarium Genera-
lem, vel Procuratorem ſpecialem poſ-
ſe vti hac facultate, DD. eſſe opinionis
dummodò eam exerceat in loco, & nõ
procedat concluſio, quam ſuprà po-
ſuimus, quod cùm iſte ſit actus volun-
tariæ iuriſdictionis poterit extrà terri-
torium exerceri, nam intelligunt eam
25 regulam in habentem iuriſdictionem
in proprietate, vti in Barone, vel Epi-
ſcopo, & nõ in alijs inferioribus ſubde-
legatis, ad tex. in l. 2. ff. de offic. Pro-
conſ. vbi Proconſulo extrà Vrbem exi-
ſtenti conceditur exercitium volun-
tariæ iuriſdictionis, ſed illud denega-
tur Delegato, & ibi Doct. Roland. à
Valle conſ. 91. n. vol. 3. Bar. in l. 1. C. de
Summ. Trin. & Fid. Cath. nu. 14. Inde
Bal. in d. l. 2. & Franc. in c. fin. de offic.
Vicar. in 6. aiunt, Epiſcopum poſſe ex-
trà territorium beneficium concede-
re, quia eſt actus voluntariæ iuriſdi-
ctionis, non tamen liceret Vicario ha-
benti talem poteſtatem, Germon. de
indultis §. tibi quoad vixeris num. 88.
Franc. Marc. dec. 117. in fine lib. 2.

Alij tamen contrarium firmant, poſ-
ſe voluntariam iuriſdictionem exerce-
ri extrà locum etiam à Delegato, ſeu
Vicario, ex eo, quia nulla irrogatur
iniuria Iudici alieni territorij, cùm
abſque ſtrepitu, & figura Iudicij exer-
ceatur, quæ ratio tàm militat in Ordi-
nario, quàm in Delegato, Lambert. de
iure patr. lib. 2. par. 2. quæſt. 2. art. 6.
Couar. var. reſol. cap. 20. nu. 8. lib. 3. &
latiùs Sanchez de Matrimon. lib. 3.
diſp. 34. tom. 1. qui dat intellectum ad
tex. in d. l. 2.

Poſtremò eſt inueſtigandum, an ex
pluri-

Digitized by Google

pluribus nominatis, Electus poſteà à Barone dicatur ab eo officium habere, vel ab Vniuerſitate, reſolutiuè eſt reſpondendum, actum attribui eligenti, & non nominanti, Doct. in l. nulli C. de defenſ. Ciuit. Auend. d. cap. 19. ex nu. 21. Surd. dec. 297. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 25. nu. 10. Et ſcire, à quo dependeant, effectus ſunt multi, vt eſt videre apud præcit. Doct. ſecùs ſi ſola confirmatio ob authoritatem ſpectaret, tùnc qui confirmat nil dat, Bald. in l. nominationes in fine C. de appellat. & latè Camerar. in cap. Imperialem fol. 90. lit. K. ideò non dicetur ab eo officium concedi, ſed ab eligente.

## ARGVMENTVM

Magiſtri Iurati electio, an pertineat ad Vniuerſitates, vel ad Barones, & quam iurisdictionem annexam habeat hoc officium.

Electio Capitanei ad Guerram, Alguzeriorum, & aliorum Curiæ ſeruientium, an ſpectet ad Barones.

Cuſtodia nocturna vbi de Conſuetudine ad Vniuerſitates pertinet, an Officialis in præiudicium Deputatorum, mictere ſuam familiam poſſit.

Cuſtodes in defenſis, & agris Vniuerſitatis, vel priuatorum, an ſine Baronis licentia eligi poſſint. Et an tales Cuſtodes animalia exequi, ac pignorare valeant.

## *SVMMARIVM*

1 *Magiſtri Iurati electio, pertinet ad Barones.*

2 *Vniuerſitati denegatur exercitium iuriſdictionis.*

3 *Magiſtri Iurati officium eſt explorandi delicta, & capiendi malefactores.*

4 *Deputati ad capiendos malefactores, quando diſſimulant grauiter puniũtur.*

5 *Duputati ad capiendos delinquentes, tenentur etiam capere coniunctos.*

6 *Cuſtodia nocturna ſpectat ad officium Magiſtri Iurati, & nu. 19.*

7 *Electio omnium ſeruientium ad capiendos malefactores Baronum eſt.*

8 *Bart. doctrina in l. 1. C. de Irenarch. declaratur.*

9 *Cap. Regni circa electionem Magiſtri Iurati, declaratur.*

10 *Capitanei ad Guerram officium, pertinet ad Barones.*

11 *Alguzerios, & Nuntios creare, ad Barones ſpectat.*

12 *Electio prędictorum de conſuetudine ad Vniuerſitates ſpectare ſolet.*

13 *Vniuerſitas ſi eligit, habet onus ſoluendi ſalarium.*

14 *Vniuerſitas ſi eligit, tenetur de mala electione.*

15 *Stipendia ad Iuſtitiam pertinentia à Barone ſoluenda ſunt.*

16 *Cuſtodia nocturna, ſi ſpectet ad Deputatos ab Vniuerſitate, an Officialis poſſit turbare, mictendo ſuam familiam.*

17 *Iuriſdictio cumulatiuè, & non priuatiuè conceſſa dicitur.*

18 *Intereſſe ſecundarium, an attendendum ſit.*

19 *Cuſtodes poſſũt ponere etiam habentes intereſſe in conſequentiam.*

20 *Cuſtodes in ſuis agris, & defenſis, quilibet eligere poteſt abſque Baronis licentia.*

21 *Prohibere quilibet poteſt, nè quis ingrediatur fundum ſuum.*

22 *Cuſtodes qui non ſunt Deputati à Barone, & eius Officiali ſine licentia, non poſſunt animalia intercipere, & pignorare.*

23 *Cuſtodes electi à Barone habent maiorem fidem, quam ſi à Priuato eligantur.*



Digitized by Google

## CAPVT LXX.

Ontinuando materiam præcedentis quæſtionis, circa intelligentiam huius pragm. mandantis, vt Barones in electione Officialium Vniuerſitatis, ſe intromictere non debeant; limitaui, hoc non procedere in creatione Magiſtri Iurati, qui licèt ſoleat eſſe de Regimine, & caput
1 illius, tamen quia habet etiam annexam quamdam iuriſdictionem, vt dicam, vbi ex priuilegio, vel conſuetudine adeſt tale officium, propterea non ad Vniuerſitates, ſed ad Barones talis electio ſpectat, cùm exercitiũ cuiuslibet iuriſdictionis Vniuerſitatibus pro-
2 hibitum ſit, vt in Conſt. Regni cum ſatis, & in indiuiduo extat cap. Regni incip. Ad quietem.

Cumquè articulus iſte, quem curſim tetigi, maiori declaratione indigeat, ideò pleniùs explicando dico, Magiſtrum Iuratum ob auctoritatem iſtius officij, circumſcriptis pertinentibus ad adminiſtrationem publicam, habere facultatẽ crimina denunciãdi,
3 & omnes malefactores explorandi, Doct. in l. Diuus ff. de custo. reor. exhibit. Campan. in d. cap. Ad quietem, Franch. dec. 43. ità quod ſi perſcrutari neglexerit, vel diſſimularet, grauitèr, vti preuaricator puniri poſſet, Menoch.
4 de arbitrar. Iud. caſu 323. Farin. q. 4. nu. 17. Boſſ. nu. 17. tit. de denunciat. & adeò obligat officium, vt etiam ſi delinquentes eſſent ſui conſanguinei, ha-
5 bet neceſſitatem denunciandi, & capiendi, Dec. & Cagnol. in l. culpa caret ff. de reg. iur. Muta ſuper pragmat. Sicil. tit. 27. nu. 8. Farin. q. 51. nu. 47. Perſequutio enim omnium inquiſitorum, & contumacium, ad eum ſpectat cum ſua familia capere, & Ciuitatem
6 nocte cuſtodire, ideò dicitur habere facultatem Præfecti Vigilum toto tit. ff. de offic. Præfect. Vigilum.

Sed aduerte, quod circumſcripto hoc muneris officio Magiſtri Iurati, electio Deputatorum ad denuncianda crimina, & malefactores capiendos,
7 omniumque ſeruientium, ad exequutionem Iuſtitiæ ad Barones pertinet, & non ad Vniuerſitates, Luc. de Penn. in l. hac prudentiſſima C. quib. muner. lib. 10. ex Auth. de defenſoribus Ciuit. §. deindè, Angel. de malefic. verbo necnon ad denunciam, & communiter reprehenditur Bart. qui in l. 1. C. de
8 Irenarch. lib. 11. dixit, ad Vniuerſitates pertinere, ſed ſaluari poteſt, vbi ex cõſuetudine haberent hanc prærogatiuam, & ſic intelligendum eſt etiam aliud cap. Regni item ſtatuimus, quod
9 officium Magiſtri Iurati, diſponens tale munus pertinere ad Vniuerſitates, quod de directo pugnat cum alio cap. Ad quietem ſuprà citato; nàm concordantur, ſi Vniuerſitas conſequuta fuerit ex priuilegio, vel conſuetudine facultatem eligendi, aut in terris demanialibus, & non aliàs.

Et propterea electio Magiſtri Iurati, ſeù Camberlinghi, quem ſic etiam in Regno nominari ſolent, vel Capitanei ad Guerram, ad Barones ſpectat,
10 Auend. de exeq. mand. Reg. cap. 1. nu. 11. ſic & creare Nuntios, Alguzerios, Specul. tit. de citation. §. ſequitur, Caſ-
11 ſan. in Conſuet. Burg. rubr. 1. §. 6. & in Catal. Gloriæ Mundi par. 7. conſid. 31. Iſti enim qui vacant officio pertinente ad exequutionem Iuſtitiæ, meri, aut mixti Imperij, vti acceſſorij ab ipſo Principe, & ſuis Feudatarijs dependere debent, quia de ipſius familia eſſe dicuntur.

Quando verò, vt dixi, ex priuilegio, vel legitima conſuetudine ad Vniuerſitates ſpectet electio, vt quaſi in omnibus locis obſeruari vidi, ea atten-
12 denda eſt, & benè vltra ſupra citatos, Auend. d. cap. 1. num. 11. verſ. ſi verò creantur à Ciuitatibus. Et hoc caſu Vniuerſitas habet munus, & onus, nàm ſi eligit, ipſa ſalarium Camberlingo præſta-

Digitized by Google

13 præſtare debet, Io. de Platea in l. fin. C. de erogat. milit. Annonæ lib. 12. Eſcobar de ratiocin. cap. 26. ex nu. 16.

14 Et ſimiliter quia elegit, de mala electione tenetur, l. 1. C. de peric. nomina. lib. 11. & latè Gizzar. dec. 31. Si autem Baro eligat ſuo ſumptu Miniſtri Iuſti-

15 tiæ exercere debent, Garſia de expēſ. cap. 21. Auend. cap. 26.

Non omictam, quod in facti contingentia accidit ſuper hac materia in Ciuitate Neritoni Prouinciæ Hydruntinæ, quæ habet hanc facultatem eligendi Camberlingum, qui nocte præcipuè exercet cum ſua familia officium capiendi delinquentes, & contumaces, & dùm Officialis nocte volebat aliquos ſuos famulos mictere pro capiendis certis inquiſitis, Vniuerſitas conquerebatur, quod cum cura cuſtodiendi Ciuitatem, & capiendi delinquentes ſpectaret ad officium dicti Camberlinghi, Officialis ſe ingerere non debebat, nocturno tempore, turbando exercitium ſpectans ad perſonã electam ab ipſa Vniuerſitate, & quiſq; debet ſuo eſſe contentus, & alterum

16 non turbare, ad tex. in l. 4. C. fin. regund. pragm. 1. de iuriſd. inuicem non turb. & ſimilem controuerſiam audiui in multis alijs locis agitatam.

Ex aduerſo dicebatur, dictam prærogatiuam, & officium non cenſeri priuatiuè conceſſum ad Regem, & ſuos Barones, qui vicem eius tenent, ex vulgata concluſione, Omnem conceſſionem cumulatiuè factam præſumi, l. 1.

17 C. de offic. Præf. Vrb. Guttier. pract. quæſt. cap. 24. lib. 3. cum coaceruatis, tantò magis cùm quicquam non detrahebatur ab officio Camberlinghi, vt prohiberetur eius exercitium, ſed coadiuuabatur familia pro Curiæ intereſſe, & quod iure fieri poſſit, probat tex. ſingularis in l. ſi ità legatus §. Do-

18 minus proprietatis ff. de vſu, & habit. vbi diſponitur, vſufructuarium turbari non deberi à proprietario in vſu, & vſufructu fundi, introeundo in eum, vel cuſtodes apponendo, niſi haberet proprietarius aliquod prætenſum intereſſe ſecundarium, nè arbores ſcindantur, vel quid ſimile, vt Doct. ibi notant, Nàm ſi non fit ad æmulationem poteſt

19 quis alios cuſtodes, & familiam coaceruare, vt Papienſ. in ſua praxi in libello de Confeſſor. act. in art. ſeruit. perſonal. Ripa de peſte par. 3. nu. 430. Capyc. dec. 27. & eſt propoſitio, quæ conducit ad determinationem multarum quæſtionum, & ſic pro Officiali fuit iudicatum, vt vna cum Camberlingo, liceret familiam ſuam noctis tempore mictere pro capiendis inquiſitis. De iure autem cuſtodia nocturna, an ſpectet ad Vniuerſitatem, vel ad Baronem, vide latè per Montan. prag. 2. nu. 90. de Admin. Vniuerſ.

Poſtremò erit inueſtigandum, an poteſtas eligendi cuſtodes in nemoribus, defenſis Vniuerſitatum, vel in

20 fundis, & pratis publicis, ſeù in locis, ac vineis priuatis, poſſit abſque Baronum licentia ab Vniuerſitate, & ipſorum locorum Dominis exerceri, & videtur, quod ſic, nàm ad Dominos ſpectat ſuos agros cuſtodire, & effectus eſt dominij, Felyn. in cap. de quarta nu. 27. de præſcrip. Affl. deciſ. 167. & quod iure liceat, probat tex. in l. ſi ita §. mulier ff. de fundo inſtruct. poteſt enim Vniuerſitas, & quilibet

21 rem ſuam, & fundos cuſtodiri facere, & alios ab ingreſſu prohibere, dicit tex. in l. quæſitum §. ſalarium ff. de fundo inſtr. §. planè inſtit. de rer. diuiſ. Quæ propoſitio non habet difficultatem, ſed ſimpliciter eam intelligere debes, vt cuſtodes cuſtodiant, & coerceant alios ab ingreſſu, Verùm ſi iſti

22 vltrà manus apponere vellent, carcerando perſonas damnum facientes, vel pro pœna pignorare, aut animalia capere; Hæc equidem impunè exequi nõ poterint, ſi à Barone, & eius Officiali mandatum non haberent, quia ſunt actus miniſterij ad iuriſdictionem pertinentes, ſic Ripa de peſte par. 3. nu. 114. Alex. conſ. 88. in fine vol. 5. Bonifac. de damno dato n. 27. Caſſan.

in

Digitized by Google

in Conſuet. Burg. rub. 1. §. 6. nu. 56. & ſic ſaluatur doctrina Bal. in l. 1. nu. 2. C. locat. qui dixit, cuſtodes publicos poſſe à Republica eligi, & Brun. conſ. 101. nàm procedit quoàd meram cuſtodiam, non quoàd actus pertinentes ad Iuſtitiæ coerctionem. Intereſt ergò licentiam, & mandatum habere iſtos cuſtodes, non ſolùm pro actu exequẽdi, & intercipiendi, ſed quia magis eis creditur, quando ſunt Deputati ab ha-
23 bente iuriſdictionem, Ripa loco citato, Auend. d. cap. 1. nu. 17. proùt de Baiulis dicitur in pragm. 1. de offic. Baiuli, Animalia verò in flagranti reperta ex diſpoſitione dictæ pragmaticæ, licet in continenti capere, & ad Curiam aſportare.

## ARGVMENTVM.

Vniuerſitas an, & quando abſque Superioris aſſenſu inter ſuos Ciues ſtatuta condere poſſit, maximè ſuper pertinentibus ad eius Statum, decorem, & vtilitatem.

Pœnas an poſſit Vniuerſitas imponere ſuper ordinationibus, quas ei abſque Baronis licentia facere eſt permiſſum, et an eas ſibi applicari poſſit, ſi à cauſis, quæ ſapiunt delictum dependeant.

## SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas, quæ Superiorem recognoſcit ſtatuta condere nequit.*

2 *Statuendi poteſtas dependet à iuriſdictione.*

3 *Vniuerſitas ſuper pertinentibus ad ſuum ſtatum ordinationes facere poteſt.*

4 *Collegia ſtatuere poſſunt, in pertinentibus ad ea.*

5 *Statuere poteſt Vniuerſitas, vt Ruſtici non teneantur ad excubias, & deferentes victualia ſint immunes à vectigali.*

6 *Vniuerſitas ſtatuere poteſt, vt etiam Priuilegiati sũt ſint immunes ab onere conducendi victualia, fauore Annonæ.*

7 *Vniuerſitas poteſt Ciues grauare ad excubias, & cuſtodiendas portas Ciuitatis.*

8 *Salarium nouum non ſolitum, Vniuerſitas ſtatuere non poteſt ſine aſſenſu Principis.*

9 *Præmium capienti Bannitos, Vniuerſitas imponere nequit.*

10 *Expenſa pro ſpectaculis, & pro Eccleſijs fundandis, fieri non poſſunt ſine Principis licentia.*

11 *Pœnarum impoſitio, an ſit iuriſdictionis, & ſine Baronis licentia impunè ab Vniuerſitate indici poſſint.*

12 *Pœnæ conuentionales ſine alia auctoritate à partibus imponi poſſunt.*

13 *Pœna deſcendens ex delicto, Fiſco debetur, & cum eius auctoritate imponenda eſt.*

14 *Conſuetudo an poſſit eſſe legitima ſine auctoritate Principis.*

## CAPVT LXXI.

OBitèr articulum de iure ſatis cõtrouerſum tetigi in præc. trac. nu. 100. an Vniuerſitas abſque Baronis licẽtia, ordinationes, & ſtatuta pœnalia inter ipſos ciues pro recta adminiſtratione bonorum ipſius Vniuerſitatis, ac ſtatu ciuium, eorum commoditate, & vtilitate facere poſſit. Et ad quæſtionem, ſi iure liceat ſtatuta condere, reſpondeo, Doct. aliquos tenuiſſe, quod Vniuerſitates, quæ Supe-
1 riorem recognoſcunt regularitèr, ſine Principis licentia ordinationes facerè nequeunt, vt ex eis ciues ligari poſſint, quamuis

quamuis ad ſtatum ipſorum ciuium non eſſent pertinentes, ſic Bart. in l.omnes populi ff. de Iuſt.& Iur. & Iaſ.num.33. Ripa in ſuis reſponſ.tit.de legibus cap. 2.Franc.Marc.dec.802.vol.1.cum ſtatuendi poteſtas dependeat à iuriſdi-
2 ctione,glo.in l.1.ff.de iuriſd.omn.Iud. & in l.priuatorum C.eod.tit. Alij autē contrariam opinionem eſſe veriorem, & magis receptam reſponderunt, vt ſtatuta non poſſint facere circa actinentia ad Iuſtitiam, nàm ea ſpectāt ad iuriſdictionem,ſed circa ea,quæ requirunt,& habent reſpectum principaliter
3 ad Politicam, poſſunt Vniuerſitates congregato Cōcilio,concludere,& legem inter eos ponere,prout voluerint, Bal. in l. 1. C. quæ ſit longa Conſuet. Affl. in prohem. Conſtit. Regni q. 3. Franch.dec.2.nu.30. Auend.de exeq. mand.cap.19.nu.3. Tiraq.de primog. q.16.Indè etiam Collegijs, & Confraternitatibus licitum eſt ſtatuere ſuper
4 illis,quæ pertinent ad artem,& profeſſionem ſuam,Doct.in l.fi. C.de iuriſd. omn.Iud.& in l.vlt. ff. de colleg. illic. Nicol. Loſæus de Iure Vniuerſ. par. 3. cap.15.num.3. Ozaſch. dec. 17. nu. 1. Pract.Papienſ.fol.684. & dùm quidam Dux contra ciues,qui mediante parlamento,& concluſione diuerſis vicibus multa ſtatuta condidiſſent de vſurpata iuriſdictione informationem capere feciſſet, Habito recurſu ad Reg. Aud. & inhibito, vt tranſmitteretur copia inquiſitionis, vidimus ſequentia capitula, & ſtatuta ab Vniuerſitate facta; quod non poſſint vendi carnes, & victualia niſi in loco deſtinato ſub pœna,quod non debeant ciues ligna virida facere in defenſis, niſi demortua, Vt omnia animalia, quæ in hortos ingredierint occidi poſſint, ſi erint ſeminibus pleni, vt ruſtici non ſint obligati
5 ad eſcubias, ſed vacent culturæ, quod deferentes victualia ſint immunes ab onere vectigalis,ad Vniuerſitatem ſpectantis,vt nemo priuilegiatus immunis ſit ab onere conducendi victualia em-
6 pta foras ab Vniuerſitate, item circa paſcua fuerunt diuerſæ prouiſiones ſtatutæ,vt in defenſis animalia introire non poſſint, niſi poſt menſem Maij, & eo menſe ciues per focularia cuſtodiāt eas: Iſtas ergò ordinationes approbauimus, vti concernentes ſtatum politicum,& gubernium Populi commercia, & abundantiam inducentes,ac inconuenientia euitantes, & ſic in diſponendo,quo ordine,forma,quomodo, quando,vbi,& quo tempore eſſent faciendæ decreuimus,vt liceat,cùm omnia prædicta de iure ſint à Doctoribus approbata,& cuilibet caſui ex prædictis poſſē auctoritates adducere, & circa materiam pertinentem ad abundantiam ſuprà pragm. 1. notaui, dictas,& alias prouiſiones, quas facere iure poterint Decuriones, & ſic pro tuenda Terra ab hoſtibus, vel latronibus, & conſer-
7 uandis clauibus, facultatem habeant diſponendi ad libitum, vti expedierit, Bart. in l.ambitioſa ff. de decr. ab ord. fac. Boer. de cuſtodia clauium, & in indiuiduo ità ad caſum noſtrum deciſum refert Ioſeph Seſe dec. 8. quod ſine alia Principis,vel Baronis licentia valeant ciues diſponere ſuper ſpectantibus ad politicam, ſtatum bonorum vniuerſalium, & particularium ſuper abundantia,& ſimilibus.

Limita tamen dictam generalem concluſionem,vt non vendicet ſibi locum ſuper ijs,quibus lex communis,vel Regni diſpoſuerit,nè ſine Principis licentia Vniuerſitates aliquid gerere poſſint,licèt enim ſpectarēt ad ſtatum illarum, attamen manus auertere debent,ſi ius refragetur; Indè noua vectigalia,ſeù gabellas,etiam ſi Vniuerſitas pro ſuo ſtatu neceſſitatē habeat imponendi,non tamen facere hoc poſſunt abſquè Principis licentia, C.noua vectig.impo.non poſſe. Sicquè nouum
8 ſalarium ſtatuere pro aliqua occaſione quàmuis vrgenti, l.1. C.de præbendo ſalario lib.10.Item præmia pro capiētibus ſuos foriudicatos imponere non
9 poterint, Luc. de Penna in l.Annonas C.de Annonis lib. 10. Nequè pro publica

10 blica lętitia ſpectaculis erogare, ſi expēſæ ſint cōſiderationis, vt dixi ſingulari meo 53. Alios caſus recenſet Eſcobar de ratioc. cap. 24. cum duobus ſequent. vltrà alios per priùs adductos ab Auend. d. cap. 10. qui tractauerunt, quæ expenſæ in ratiocinijs publicis à Sindicis factæ in eorum computis ſint admictendæ, Et ſic aduerte, vt concluſio ſuprà poſita procedat, niſi contrarium à iure diſpoſitum reperiretur.

Secundò, alius articulus eſt reſoluēdus, an in prædictis caſibus, in quibus Vniuerſitas ſtatuere poterit, valeat ſine Baronis, ac Principis licentia pœ-
11 nas in caſu inobſeruantiæ adijcere. Et videtur dicendum, quod non, cum pœnarum, & mulctarū impoſitio iuriſdictionis ſit, Doct. in l. 1. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. & in l. 2. C. de modo mulctar. Guid. Pap. deciſ. 423. & licèt Vniuerſitas facultatem habeat decernendi ea, quæ ſibi ſpectant, non tamen ſe ingerere debet ſuper ijs, quæ iuriſdictioni competunt, cum diſtincta ſint Regimina, & alter in alterius officio ſe intromictere non debet prag. 1. de iuriſd. non turband. & ſic in indiuiduo Iaſ. in l. omnes populi à nu. 34. ff. de iuſt. & iur. Franc. Marc. deciſ. 801. tom. 1. Nicol. Loſæus d. cap. 15. nu. 6.

Contraria tamen opinio eſt magis approbata, vt Vniuerſitas in ijs, in quibus facultatem habet ſtatuendi ſuper pertinentibus ad eam, poſſit pro conſeruatione, & tuitione ſuarum ordinationum; pœnas imponere, vt earum timore ciues arceantur, & obediant ijs. Et quod pœnæ appoſitæ nō ſapiunt poteſtatem iuriſdictionis, ſed habentur
12 vti pœnæ conuentionales, quæ de iure inter partes licent, & ſibi applicari poſsūt, l. prædia ff. de act. emp. l. 1. ff. de iure fiſci; Sic dùm ciues omnes cōſentiunt pœnis impoſitis ſuper bono, & vtili ſtatu ipſorum, obſeruandæ ſunt, nā fruſtatorij eſſent ordines, ſi mediante pœna cuſtodiri non poſſent, Bart. in l. ambitioſa nu. 23. ff. de decr. ab ord. faciend. Cabed. dec. 47. par. 2. Bouadil. in ſua polit. lib. 3. cap. 8. num. 158. & nouiſſimè D. Regens Conſtant. in l. 1. ex nu. 6. C. petris fiſcal. lib. 10. Verum limitatur, ſi pœna non ſolùm reſpiceret contemptum ordinis, ſed poſſet ſapere aliquod delictum, licèt leue, vt vi-
13 di in certis pœnis appoſitis contra fraudātes gabellas, & Annonam, nàm in iſtis vltrà pœnam conuentionalem ciuium adeſt mixtum delictum fraudis, & furti, tùnc ratione criminis pœna eſſet cum authoritate Baronis apponenda, & ei eſſet pœna applicanda, ſic Peregr. de iure fiſci lib. 4. tit. 8. n. 9. ex l. mulctar. C. de modo mulct. & Bar. in l. agraria ff. de termino moto, ſed poſſet defendi, quod Vniuerſitas cumulatiuè poterit ſuam pœnam conuentionalem apponere, & Baro pro ordinaria pœna delicti habebit ſuam cognitionem, vt Bertazz. conſ. 438. Cæphal. conſ. 573. in omnem tamen caſū, exequutio pœnæ eſt per Officiales Baronis exequenda, qui parte audita ſummariè contrauenientes, cogere debent, Roland. à Valle conſ. 99. vol. 2. Farin. tit. de var. & diuerſ. crim. q. 107. par. 1. art. 8. num. 93.

Poſtremò fuit dubitatum, an Vniuerſitates ſicut ſtatuta abſquè Principis licentia facere poſſunt, ſic valeant cō-
14 ſuetudines inducere inter ciues, fuit magna altercatio inter Doct. tamen ſtatutum, & conſuetudo differunt in hoc, quia alterum eſt expreſſum, alia eſt tacita lex vſu antiquo obſeruata, Auend. de exeq. mand. cap. 8. num. 2. lib. 1. Vndè in caſibus, in quibus Vniuerſitas ſtatuere poteſt, habet etiam facultatem inducendi conſuetudinem, nec alia Superioris auctoritas eſt neceſſaria, Duen. reg. incip. Conſuetudo 141. Sed ſi eſſet contra ius, vel contra Principem, vel præter ius, extra contenta circa pertinentia ad Vniuerſitatem, vide Crauet. de antiqu. temp. fol. 134. & quæ dixi in præc. tract. pragm. 1. ex nu. 194.

AR-

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Parlamentum, ſeù Concilium Vniuerſitatis ſuper creatione ſuorum Adminiſtratorum, quæ ſollemnia requirat, nè impugnari poſſit, notantur.

### SVMMARIVM.

1 *Barones ſæpè procurant, vt aliqui ciues dicant de nullitate Parlamenti, quando electio non fuit facta ad votum eorum.*

2 *Conſuetudo Regionis eſt obſeruanda in electione Officialium Vniuerſitatis.*

3 *Mutanda non ſunt, quæ antiquam habuerunt obſeruantiam.*

4 *Parlamento debent præcedere praeconia, pulſatio campanæ, & edicta affigi denunciando Populo, qua die fiet electio.*

5 *Parlamentum factum die non ſtatuta eſt nullum.*

6 *Electio fieri poteſt die feſtiuo.*

7 *Parlamenta publica fieri poſſunt in Eccleſijs.*

8 *Electio fieri non poteſt abſquè Officialis loci præſentia.*

9 *Parlamentum publicum contra Baronem pro lite mouenda, an poſſit congregari ſine licentia Officialis loci remiſſiuè.*

10 *Sindicus, & maior pars Decurionum in parlamentis interuenire debent.*

11 *Parlamenta fieri debent in loco ſolito, niſi ex legitima cauſa præcedente decreto.*

12 *Parlamenta requirit duas partes, vel ſaltim maiorem ciuium, ſi tamen citati venire neglexerint non erit nullum.*

13 *Sindicus, vel primus Decurionum proponere debet Regimen, & primam dat vocem ſuper ea.*

14 *Ciues in Parlamento dant vocem, & à Dignioribus, & Senioribus incipiendum eſt.*

15 *Ciuium vota, ab Ordinario Vniuerſitatis Cancellerio ſcribi debent.*

16 *Maior pars votorum, præfertur minori, quamuis ſaniori.*

17 *Sanior pars attenditur, quando voces ſunt pares.*

18 *Ciuis diues electus in officio, pauperi præfertur, ſic Nobilis humili, & literatus Idioto.*

19 *Vocem actiuam, vel paſſiuam, quæ perſonæ non habeant, remiſſiuè.*

20 *Oppoſitione facta in parlamēto, nè aliquis Ciuis admittatur, tanquàm inhabilis, non eſt ſuperſedendum in electione, ſi in promptu non docetur de inhabilitate.*

21 *Electio ſi perfici non poſſit ſtatuta die, poteſt fieri die ſequenti, vel alia, ſine alijs præconijs ſolitis, dummodè dies illa populo denuncietur.*

22 *Aerarius Baronis anni præcedētis eligi non poteſt Officialis Vniuerſitatis in anno ſequēti, ſi electio Aerariatus ſpectat Vniuerſitati.*

23 *Vacatio datur in oneribus ad alia.*

24 *Ciuis poteſt eodem anno tribus Vniuerſitatis Officijs onerari, ſi incompatibilia non ſint.*

## CAPVT LXXII.

FInalitèr ſuper verbis iſtius Pragmaticæ, quæ dictant (Audiuimus Barones in dies nouas exactiones, varias impoſitiones, & angarias imponere, & vt prædicta faciliùs conſequi poſſint, Sindicos, Electos, & alios Vniuerſitatum Officiales ad eorum libitum eligunt, aut eligi procurant, quod ſatis iniquum eſſe cognoſcimus) tota ergò vis Baronum, iuxtà verba pragmaticæ conſiſtit, vt nos etiam vidimus, ſcimus, & teſtamur, quod

quod ſingulis annis ad votum ipſorũ electio fiat, & quando non ſic euenit,
1 quia reperiuntur electæ perſonæ, quæ reſiſtere, & ab angarijs, & grauaminibus ipſorum, iura ciuium defendere poſſunt, procurant, vt aliqui ex ciuibus ſuis adhærentibus opponant de nullitate Parlamenti, vt iterum electio fiat, & continuæ ſunt iſtæ diſceptationes apud Superiores. Indè pauperes Vniuerſitates, nè potentia Baronum præualeat, & vota ipſorum poſſint eſſe libera, tanto diſpendio Commiſſarios, ac Regios Officiales ad faciẽdam electionem procurant. Ad euitandas enim nullitates, breuitèr volui adnotare, quę ſollemnia ſint neceſſaria ad conuocãdum Parlamentum, pro facienda electione, dùm iurè omnes ciues ſint audiendi, & quę perſonæ ſint reijciendæ. Et licèt Montan. in prag. 2. de admin. Vniuerſ. alijque diffusè tractauerint, aliqua alia adijciam, ſuccinctè reaſſumendo, quæ adimpleri oporteant, dùm pluriès hoc munus electionis faciendæ mihi fuerit iniunctum.

Ad primum articulum eſt anteà notandum de iure communi, & Regni eſſe diſpoſitum, Conſuetudinem Re-
2 gionis in hac materia eſſe ſeruandam, l. obſeruare C. de Decurion. l. fin. C. de iure fiſci lib. 10. & pragm. 2. de admin. Vniuerſ. quæ conſuetudines, & ſollemnitates diuerſimodè reperiuntur, & infinitus eſt modus obſeruationis, omni enim caſu, non ſunt mutanda, quæ an-
3 tiquam habent traditionem, vt ait text. in l. minimè ff. de legib. Tempus tamen, & dies conuocationis Parlamẽti, quando erit explendum ad notitiam totius Populi deuenire debet, maximè ſi ſtatuto, & ſolito tempore ob aliquod impedimentum non eſſet celebratum, cùm in menſe Auguſti cuiuslibet anni regulariter tales electiones fieri ſolẽt. Quomodocunque ſit, fieri debent per dies priùs præconia, & vbi ſolitum eſt
4 debent affigi edicta in locis publicis, denunciando Populo, actum electionis faciendæ tali die, vel per diem antea pulſari campana ſolita ad Parlamentum, Mos ergò, & ſollemnitas circa conuocationem actendenda eſt, gloſ. in rubr. C. quemad. ciuil. mun. ſunt indic. lib. 10. l. nominationum C. de Decur. lib. 10. & ibi Luc. & Io. de Plat.
5 Ripa in ſuis reſponſ. tit. de reſcrip. cap. 21. Et ſi alia die, quam indicta fieret Parlamentum eſſet nullum, Bart. in l. aut qui aliter §. fori ff. quod vi, arg. ex l. ſi eo tempore C. de remiſſ. pign. Nec refert, diem eſſe feſtiuum, nàm cũ tractetur de cauſa publica, receptum eſt,
6 vt actus valeat, Specul. tit. de ferijs §. ſequitur verſ. porrò; Et fieri poteſt etiã
7 in Eccleſijs, vbi ſolitum eſt, Nauar. in Cõment. de orat. & hor. can. c. 5. n. 31. cùm reſiſtat diſpoſitio Can. vbi non erit conſuetudo cap. decet de immun. Eccleſ. iuncta glo. in verbo proceſſus.

Conuocato Populo, obtenta priùs
8 licentia ab Officiali loci, vel cum eius præſentia, quæ neceſſaria eſt, vt Franc. deciſ. 446. Ann. ſing. 367. Guid. Pap. dec. 106. & 631. etiam ſi eſſet tractandum aliquod contra Baronem de lite mouenda, Alber. in l. 1. § fin ff. de decr.
9 ab ord. fac. licèt ſuper hoc articulo Doct. varia dixere, vt eſt videre per Auend. de exeq. mand. Reg. cap. 19. nu. 7 Montan. d. prag. 2. ex nu. 264. & nouiſſimè latiùs per D. Reg. Tapiam dec. 10. Sindicus, vel maior de Regimine cum Decurionibus, qui omnes
10 ſunt vocandi, & interuenire debent, ſi legitimè non ſint impediti, aliàs eſſet nullitas, vt Abb. in cap. quod ſicut de elect. Auend. loco citato nu. 14. debẽt accedere ad locum ſolitum, nàm in
11 alia parte non debet fieri mutatio, niſi ex legitima cauſa, decreto præcedente, l. 2. C. de Decur. Montanar. ſupra citato loco n. 339. Et exſpectato, quod interueniat maior pars ciuium, ſaltim duæ partes Populi, vt Napod. in prohem. Conſuet. nu. 14. Capyc. deciſ. 4.
12 verùm ſi citati, & vocati more ſolito, vt ſuprà dixi neglexerint, vel noluerint venire, culpa ipſorum nullitatem non induceret, Franc. Marc. dec. 1341.

&

& dec. 1336. Maſtril. de Magiſt. lib. 5. cap. 14. nu. 35. & propterea licèt non interueniat numerus maioris partis non noceret; Proponet ergò Sindicus, vel eo non exiſtente primus ex Decu-
13 rionibus electionem noui Regiminis, ſignificando, & nominando perſonas, quas expedire Vniuerſitati videbitur, Officiales creari pro adminiſtratione, & dabit primò ſuam vocem, & deindè ordine ſucceſſiuo Decuriones, vt Specul. tit. de locato §. ſequitur, Boer. dec. 1. & poſteà de côuenientia digniores,
14 & senes ciues conſequutiuè loquētur, vel oppugnando propoſitionem factā, Felyn. in cap. ſtatuimus de maior. & obed. Doct. in l. 1. ff. de alb. ſcrib. Auil. in cap. 44. Prætorum, glo. 1. Garſ. de Nobil. glo. 35. nu. 69. Et vota omnium ab ordinario Cancellerio deſcribi debent, & ſi erit diſparitus, quia alij no-
15 minauerint certas perſonas, & alij diuerſas omnium voces, & ſuffragia ſeparatè notentur & poſteà facta numeratione præfertur, qui habet maiora ſuffragia, l. quod maior ff. ad municip.
16 c. factū à maiori parte de reg. iur. in 6. Doct. in l. nulli ff. quod cuiuſq; Vniuerſ.

Si autem electio fieret per ſcrutinia ſecreta, per balloctas, quod obſeruatur, quando electio fit à Deputatis ad faciendum Parlamentum, & tùnc ſimiliter attenditur maior numerus approbantium, Franch. dec. 609. nec diſtinguenda eſt qualitas perſonarum, an ſit dignior, vel ſanior, vt ea præualeat maiori numero, ſed ſi pares ſunt voces præualet, vbi concurrunt vota
17 perſonarū grauium, Theſ. dec. 1. n. 7. ex glo. in l. item ſi vnus §. principaliter ff. de recep. arb. Bellug. in Spec. Princip. rub. 10. nu. 13. Add. ad Capyc. deciſ. 152. Verùm quando cauſa introducitur in Sac. Conſilio, cuius authoritas, & arbitrium eſt magnum, vidi habuiſſe reſpectum ad qualitatem eligentium, & perſonarum electarū, potiùs quam ad numerum: Hinc de iure Nobiles, Diuites, Licterati, & Originarij, alijs præferuntur, l. honores ff. de Decur. l.
18 ad ſubeunda C. eod. tit. lib. 10. Auth. Præſides C. de Epiſc. aud. Guttier. conſ. 31. & latiùs Palaz. in cap. per veſtras §. 9. nu. 7.

Perſonas verò, quæ in electione horum Officialium non habent vocem actiuam, vel paſſiuam numeraui in præc. tract. ex nu. 126. & vide Add. ad
19 Franch. dec. 210. Fontan. de pact. nup. tom. 1. glo. 10. clauſ. 4. par. 1. ex nu. 126. Cabed. dec. 84. par. 2.

Vlteriùs quid ſi fuerit in Parlamento oppoſitum aduerſus multas perſonas, nè illorum voces admicterentur vti inhabiles, an ſit ſuperſedendum, quouſquè cognoſcatur, ſi exceptiones
20 ſubſiſtant, & videtur eſſe priùs cognoſcendum de ijs, vti præiudicialibus, nā dùm attenditur numerus vocantium, meliùs eſt in tempus occurrere, quàm poſt voces receptas diſcutere, vt illarū non habeatur ratio. Contrarium tamē obſeruaui, quod dùm in promptu non conſtet de oppoſitis, non eſt impediendus actus introductus electionis, ſed reſeruanda erit in calculo electionis perficiendæ, ex Abb. in cap. cum Romana de elect. & conferunt adducta per Cæpoll. caut. 232.

Quid ſi ſtatuta die, Parlamentum electionis perfici non poſſit, propter diuerſas oppoſitiones, & impedimenta, an die ſequenti, vel alia deſtinata ſit
21 continuanda, vel ſint faciendę nouę pręconizationes. Dic ſufficere, vt denuncietur Populo dies ſequens, vel alia abſque noua ſollemnitate, cùm ſufficiat illis fuiſſe notificatos, Innoc. Bald. & alij in cap. quia propter de elect. Barz. plenè dec. 58.

Item in facto fuit electus in Sindicū, perſona, quę anno pręcedenti geſſerat officiū Aerariatus, & contendebat nō fuiſſe iuridicā, cùm vacationis tem-
22 porę gaudere deberet, iuxtà l. 2. C. de mun. & hon. non contin. lib. 10. Et licèt reſpondebatur vacationem procedere ad officia ſpectātia ad Vniuerſitatem, et non ad diuerſa, vt in terminis Aerariatus, dixit Præſ. de Franch. dec. 210.

X in-

in fine. Replicaui, veram eſſe obiectionem, ſi electio Aerarij fuiſſet facta à Barone, vt aſſerit Franch. ſed in caſu controuerſo electio illa ſpectabat ad Vniuerſitatem, & inter onera illius hoc computabatur, ità quod Vniuerſitas tenebatur de mala electione, vt Gizzar. dec. 31. & cùm reputetur onus ſpectans ad Vniuerſitatem, licèt non ſit officium pertinens ad Regimen ipſius, tamē datur vocatio etiam in alijs
23 oneribus ad alia, Capyc. dec. 118. nu. 2. cum ibi allegatis. Et per hæc conceſſimus vocationem, limitādo in hoc caſu dictam dec. Franch. non ſibi vendicare locum hoc caſu, ad quod eſt aduertendum.

Inſupèr an eodem anno, quis poſſit onerari pluribus officijs ad Vniuerſitatem ſpectantibus, tex. in §. item tria onera tutelę inſtit. de excuſ. tutor. decidit poſſe vſque ad tria onera tutelæ
24 quis grauari; Et ſi tutela, quæ eſt munus publicum auctoritate, ſed vtilitate priuatum quis ſubſtinere cogitur, fortiùs ea, quæ auctoritate, & vtilitate publica ſunt, ſi incompatibilia non ſint, vide Doct. in l. 1. C. quemadm. ciuil. muner. indic. lib. 10. Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 8. nu. 96.

## ARGVMENTVM.

Ius paſcendi, an ſingulis vt ſingulis ciuibus, vel vti vniuerſis competat, ità quod maior pars ciuium alijs præiudicare poſſit, et ſic præſentes, absentibus, et ſucceſſoribus noceant.

## SVMMARIVM

1 *Paſcendi ius in demanialibus Vniuerſitatum, competit ciuibus ſingulis vt ſingulis.*

2 *Maioris partis conſenſus, non attenditur in ijs, quæ pertinent ad ſingulos vt ſingulos; ſed quilibet diſsentire poterit.*

3 *Tacitus, vel expreſſus conſenſus ciuiū, quando noceat Vniuerſitati.*

4 *Quaſi poſſeſſio quæritur Baroni contra Vniuerſitatem ex multiplicitate geſtorum contra ciues.*

5 *Vniuerſitas non dicitur delinquere niſi congregato Conſilio omnes conſentierint.*

6 *Ciues, ſi priuilegio vniuerſali contrauenerint, an præiudicent omnibus, ſi actus ſint multiplices.*

7 *In pertinentibus ſingulis vt ſingulis, factum aliorum non nocet ſucceſſoribus, licet actus fuerint multiplices.*

8 *Ius paſcendi competit ciuibus à primeua deſtinatione pro viuere omnium ciuium, & comoditate.*

9 *In pertinentibus ſingulis vt ſingulis, quilibet venit iure proprio.*

10 *Conceſſiones tot præſumuntur factæ, quot ſunt ciues, ſuper materia iuris paſcendi.*

11 *Naſcituris non poteſt præiudicari in pertinentibus ad ſingulos.*

12 *Prædeceſſores non poſſunt præiudicare ſucceſſoribus in fideicommiſſis, & feudalibus.*

13 *Priuilegio conceſſo Vniuerſitati, quando poſſit præiudicari, declaratur.*

14 *Immemorabilis licèt præſumat omnia ſollemnia, non nocet in pertinentibus ſingulis, vt ſingulis.*

15 *Immemorabilis nil releuat, quando verus titulus non poteſt concedi.*

16 *Aſſenſus Regius ſupplet ſollemnitates, ſed non præiudicat ei, cui ius eſt quæſitum.*

17 *Sententia afficit ſucceſſores, quia eſt actus neceſſarius.*

CAPVT

## CAPVT LXXIII.

STatuit hæc pragmatica, vt Barones in territorijs Vniuerſitatum communibus, aut particularibus nouas defenſas, clauſuras, vel foreſtas non faciant, abſque expreſſo conſenſu vaſſallorum, aliorumque communionem, vel ius aliud forſan habentium, ac Viceregis aſſenſu. Quem textum latè pluribus quæſtionibus in præc. tract. exornaui, Nùnc vtilem, ac quotidianum articulum, quẽ obiter tetigi, explicabo; Dixi inquàm, quod cùm ius paſcendi in territorijs demanialibus Vniuerſitatum compe-
1 tat ſingulis vt ſingulis ciuibus, ideò tex. noſter in concedendo aliquod territorium Baroni, vt id claudere poſſit, vel foreſtam facere, requirit conſenſũ omnium, nec ſufficit voluntas maioris partis ciuium, nàm licèt factum à maiori parte ſit attendendum, cap. factum de reg. iur. in 6 l. quod maior ff. ad municip. tamen ſuper ijs, quæ pertinent de iure, vel conſuetudine, aut priuilegio ciuibus vt ſingulis, vno reluctante
2 actus ſuſtineri nequit, & ſi aliqui non interfuerint vti abſentes, aut non conuocati, poterint contradicere, vel ſucceſſores naſcituri hanc facultatem impugnandi habebunt, l. & ſuum hæredẽ ff. de pactis, l. per fundum ff. de ſeruit. ruſt. præd. & ibi Doct.

Quæ quidem quæſtio pluriès mihi accidit defendenda in Sac. Conſ. inter Vniuerſitates Campanæ, & S. Blaſij, & difficultas eſt; An expreſſus ciuium conſenſus, vel tacitus in patiẽdo actus prçiudiciales, contra eorum paſcua nocere poſſint omnibus etiam abſentibus, & ſucceſſoribus, vt quæratur quaſi poſſeſſio, & exindè ad beneficium Baronum prçſcriptio contra ciues.

Ex parte ipſorum Baronum dici poſſet, quod ſi vaſſalli expreſsè, vel tacitè in actibus præiudicialibus iuris paſcendi ipſis ſubditis competentibus acquieuerint, dùm fortè Baro claudit aliquam partem territorij, faciendo foreſtam, & prohibeat illos à paſtu, ex frequentatis actibus, & tantis, qui Iu-
3 dicis arbitrio conſiderari poterunt, vt ij in notitiam totius Populi deuenerint, poteſt cauſari ius quaſi poſſeſſionis, & præſcriptionis, vt longiſſimo tẽpore tutus ſit Baro, & moleſtari nequeat, quia factum ciuium publicò prçiudicat, cùm Vniuerſitas nil aliud ſit, quam hominum congregatio: Si ergò iſta hominum Vniuerſitas tacitè, vel expreſsè ſuo iuri renunciat, data legitima præſcriptione, ſuo beneficio priuari poteſt, gloſ. in l. ſicut §. ſi quid Vniuerſitatis ff. quod cuiusque Vniuerſ. Boer. dec. 125. nu. 5. Cæpol. de ſeru. tit. de furno art. 2. Guid. Pap. dec. 298. & Theſ. dec. 16. nu. 7. vbi de Barone faciente proclamata, nè quis ad
4 tale territorium accedat, vel ad piſcãdum, aut ad molendum, niſi in ſuis molendinis, tapetis, & ſimilibus, quod ſi ijs proclamationibus vaſſalli acquieuerint, & conſenſerint, ex frequentatis actibus Baroni quaſi poſſeſſio quæritur, nàm ſicuti ex facto ciuium quæritur ius Vniuerſitati, vt dixi ſuprà c. 6. ſic etiam eorum facto amictitur, vt & latiùs Marc. Anton. Eugen. conſ. 41. à n. 68. Et licèt aliqui opinionis fuerint, factum ciuium non nocere Vniuerſi-
5 tati, niſi habita vera notitia, & congregata ſimul, procedit in delictis, ſed quando actus ſunt multiplices, dato longi temporis curriculo, idem operatur ſcientia vera, quam prçſumpta, Nacta conſ. 639. n. 187. Grau. conſ. 55. Brun. conſ. 28. Capyc. dec. 209. nu. 29. & latiùs Surd. conſ. 38. lib. 1. Indè licèt ſingulares perſonæ de Vniuerſitate
6 priuilegio immunitatis Ciuitati conceſſo contrauenerint, non nocet ſingulis, Bertrand. conſ. 200. Pariſ. conſil. 105. lib. 4. Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 98. Si tamen maior pars pluribus, & ſuc-



Digitized by Google

ceſſiuis actibus contra ueniat, abſque dubio omnibus præiudicium infertur, And. de Barul. in l. 1. C. de ijs qui ſpont. mun. ſubeu. & Abbas conſ. 18. lib. 2. reſpondit contra Ciuitatem Huxani habentem immunitatem non ſoluendi vectigal, tranſeundo ſuos ciues per illud territorium, quod dùm homines illius voluntariè multis annis ſoluerint, & actus fuerint multiplicati, ità quod omnes de Ciuitate potuerint notitiam habere, Ius parti contrariæ quæſitum erat, & ſequuntur Hieron. de Monte tract. fin. regund. cap. 71. Hier. à Laurent. dec. 165. nu. 4. & Crauet. de antiq. tempor. par. 4. nu. 206. in terminis dixit, quod ſi Baro prohibuerit perſonas, nè accedant ad talem locum, ad venandum, piſcandum ligna cedendum, & ſimilia, ſi actus fuerint multiplices, & alij de communitate cõſenſerint, & paſſi fuerint tacitè, vel expreſsè, præiudicium Vniuerſis infertur.

Contraria tamen opinio verior eſt in caſu noſtro, & cum ſequenti diſtinctione ſuperiùs allegata ſaluantur, Nempè, aut tractatur in pertinentibus ſingulis vt vniuerſis, quæ multa ſunt, quæ de iure, conſuetudine, aut priuilegio Vniuerſitates tenent, & tùnc procedit prima opinio: Si verò aliquod ius ſpectet ſingulis vt ſingulis, eo caſu per
7 multiplices actus contrarios, per maiorem partem ciuium geſtos alijs non præiudicatur, adeò quod etiam ſi per omnes fiant, non afficitur nocumentũ abſentibus, aut ſucceſſoribus.

Et primò ſupponimus, ius paſcendi in bonis demanialibus Vniuerſitatis communibus, vel particularibus, de iure ciuibus competere ſingulis vt ſingulis, & non vt vniuerſis, nàm à primeua deſtinatione iſta bona fuerunt conceſſa pro viuere, & comoditate ſingulorum, præſentium, & futurorum ciuiũ,
8 & ideò ius paſcendi dicitur competere ſingulis vt ſingulis, Cæpol. de ſeruit. tit. de iure paſcendi, Affl. deciſ. 400. Capyc. dec. 4. Franch. dec. 197. & 501. nu. 3. & Surd. dec. 226. in princ.

Hac ergò concluſione ſuppoſita, ſi Baro conſentiente maiore parte ciuiũ, aliquam partem territorij Vniuerſitatis claudere voluerit, & facere foreſtam, vel defenſam, quilibet eorum, qui
9 non conſenſijt, iure proprio comparere poterit, & conceſſionem annullare, Idemque ſi tacitè per actus contrarios, vel patientiam ciuium Baro intruſus fuerit, quamquam fuiſſent multiplices actus aduerſatiui, qui regulariter publico nocere potuerint, vt in principio diximus, tamen cum ius paſcendi non reſpiciat publicum, ſed ſingulos, quilibet prætendere potuerit ignorantiam facti, vel iuris dubij, & petere libertatem paſcendi in territorio occupato.

Aſſumptum probatur, quod quilibet venit iure proprio, nàm quot ciues ſunt, tot à Rege præſumuntur factæ
10 conceſſiones & donationes inſolidum, Auend. de exeq. mand. Regum cap. 12. nu. 30. cum ſeq qui infert, quod etiam ſi congregato Concilio omnes conuenirent, hæredes conſenſientium non poſſent contrauenire, ſed alij naſcentes habebunt ius infringendi, Bertrand.
11 conſ. 51. vol. 2. Caſtrenſ. in l. ſi pecuniã nu. 11. ff. de reb. cred. Couar. var. reſol. cap. 18. nu. 2. lib. 2. Oldrad. conſ. 95. Menoch. conſ. 161, & ſimiliter negligentia, aut patientia multorum, alijs non refragabitur, l. ſi arrogata verſic. pen. ff. de adop. ità Suarez in quæſt. Maior. nu. 18. Molina de primog. lib. 4. cap. 40. nu. 84. Peregr. conſ. 18. Ad inſtar eorum, quæ traduntur de bonis
12 maioratus, feudalibus, & fideicommiſſarijs, quæ in præiudicium ſucceſſorum, qui iure proprio ad dicta bona veniunt, non præſcribuntur, Gabr. Roman. concl. 13. tit. de præſcrip. Ari. Pinell. in rep. auth. niſi tricennalem C. de bon. mater. nu. 35. Mier. de Maior. par. 4. q. 2. Tiraq. de retr. lib. 2. §. 1. glo. 2. n. 49. & Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 13, ex nu. 380. ſimilem quæſtionẽ actingendo de priuilegio conceſſo Vniuerſitati, & ciuibus, an poſſit per

Vni-

Digitized by Google

Vniuerſitatem, & ciues alijs præiudicari, & renunciari, primùm explicando
13 quando priuilegium cenſeatur datum fauore communitatis, vel ſingulorum, iuxtà poſita per Doct. in l. Ciuitatibus ff. de leg. 1. & in l. ciuibus ff. de reb. dub. & Menoch. de præſump. lib. 4. cap. 3. cum ſeq. concludit, quod conceſſa ſingulis vt ſingulis, nullo iure auferri poſſunt à communitate, neque à Principe, & ante eum Garſia de Nobil. glo. 6. ex nu. 38.

Et adeò ſolida eſt hæc reſolutio, vt licèt de iure præſcriptio immemorabilis habeat locum munitiſſimi priuilegij, Aſſenſu Regio vallati, & omnes præſumat ſollemnitates, vt abundè declaraui prag. 1. tamen nota hoc ſingulare axioma, non habere effectum in
14 hoc caſu immemorabilem, vt noceat non conſentientibus, vel ſucceſſoribus; nàm procedit regula, lapſum tanti têporis præſumere interueniſſe omnia, quæ ad legitimam acquiſitionem ſunt neceſſaria, quando præſcriptio poſſet conſiderari decurſa, vt quia aduerſus aliquos currere incepiſſet, & fuiſſet continuata contra ſuccedentes in locum illorum. Sed in caſu propoſito, cũ aduerſus abſentes, & naſcituros non hæredes conſenſientium, nunquàm incipiat præſcriptio, nunquàm dici poteſt, ex nullo temporis lapſu fuiſſe ius quæſitum ex aduerſo; Item poſſeſſio immemorabilis non habet vim tituli,
15 quando per rerum naturam titulus interuenire non potuit, Valaſc. conſul. 112. num. 15. Gabr. conſ. 163. nu. 16. Cancer. cap. 3. tit. de priuil. lib. 3. nu. 25. Garſia de Nobil. glo. 12. num. 80. Peregr. conſil. 28. & in tract. de iure fiſci tit. de præſcrip. nu. 17.

Et licèt regulariter præſcriptio facta contra Vniuerſitatem ſucceſſoribus noceat, vt dixi in præc. tract. pragm. 1. nu. 205. limitatur in caſu, quo ius inſolidum competat ſingulis, Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 3. gloſ. 2. num. 18. Theſ. deciſ. 239. num. 9. in fine, Corn. conſ. 42. lib. 1. Alex. conſil. 68. lib. 2. Gail. obſeruat. 60. num. 14. lib. 2.

Inſupèr, quamuis Regius Aſſenſus eſſet impetratus ſuper conceſſione facta à maiori parte ciuium Baroni, non per hoc prçcluſa eſt via alijs vtendi iure ſuo, nàm Aſſenſus ſupplet ſollemnitates, non tamen tollit ius cui-
16 quam, nec ſanat nullitates, Franch deciſ. 302. num. 11. de Ponte conſil. 1. num. 17. quia non præſumitur Princeps iuri tertio prçiudicaſſe, l. 2. §. ſi quis a Principe ff ne quid in loco publ. Proùt relaxare, & diſpenſare nequit ſuper fideicommiſſo in præiudicium Vocatorum, vt latè Peregr. de fideic. art. 52. ex nu. 16. Sententia ſolum ſucceſſo-
17 res afficere poteſt, quia declarat ius nõ competere, quando remota colluſione, cum legitimo contradictore facta eſt, vt fusè Sfortia de fideicomm. art. 10. Ann. conſil. 104. vol. 2. vltrà Doctor. in l. ſæpè ff. de re iud. & alios adductos per Molin. de primogen. cap. 8. lib. 4. quicquid voluerit And. in cap. ſi vaſſallus num. 11. tit. ſi de feudo defunct. contr. nàm communis eſt in contrariũ, vt per præfatos, & Giurba deciſ. 1. ac Gratian. diſcep. 456. Ex quibus reſoluta eſt quæſtio hæc, quando ius paſcendi præſcriptione, & ciuium conſenſu amicti poſſit, quam quidem concluſionem nota, quia omnibus caſibus deſeruit, in quibus de iure, vel ex priuilegio conceſſio ciuibus, & non Vniuerſitati facta reperitur.

## ARGVMENTVM

Herbæ, & ſpicæ in locis apertis, an ſint Baronum, vel Dominorum fundi, aut Communitatis.

Dominus territorij, an poſſit illud muris, vel ſepibus claudere, in damnum eorum, qui vſum paſcui tenebant.

X 3 Extè-

Digitized by Google

Exteri ementes territoria in aliena iuriſdictione, an ſine fida poſſint herbas ibi natas facere depaſci.

*SVMMARIVM.*

1 *Herbæ, & ſpica in locis apertis ſunt Vniuerſitatis, & ſingulorum ciuium.*

2 *Ius paſcendi competit ciuibus in locis heremis, & campeſtribus.*

3 *Herbæ naturales in tenimento feudi naſcentes, ad Baronem pertinent.*

4 *Inueſtitura feudi ſemper fit cum conceſſione paſcuum, montanearum, & nemorum.*

5 *Herba, & ſpica, ſegetibus ſecatis ſunt Dominorum territorij in fundis clauſis, & num. 8.*

6 *Barones in locis apertis habent vſum paſcendi, & vltra paſtus ciuium habent ius fidandi.*

7 *Paſcendi ius habent vaſſalli in demanialibus Baronum non clauſis.*

8 *Paſcendi ius Barones, nec ciues prætendere poſſunt in locis clauſis, & appatronatis.*

9 *Herba, & ſpica, ſi Domino fundi deſeruiant, etiam ſi ſint loci aperti, Baro, & Conciues iure paſcendi, & fidandi priuantur.*

10 *Paſcendi ius non habent Conciues, ſi Dominus fundi herbas vendere velit.*

11 *Quilibet claudere poteſt ad libitum ſuos fundos, niſi magnum ſit territorij tenimentum, in quo ciues ſoliti ſint depaſci animalia.*

12 *Banniri ſub pœna poteſt territorium Priuati, nè quis intret in eum.*

13 *Furtum committit, qui herbas capit à fundis priuatorum.*

14 *Exterus emens à ciue territorium, à Barone pro fida moleſtari non poteſt, ſi in eo territorio teneat animalia.*

15 *Priuilegium, & cauſa mutatur mutatione perſonæ.*

16 *Coloni conducentes territoria ad culturam in terra aliena, pro iure paſcendi, lignandi, & aquandi, moleſtari nõ poſſunt.*

## CAPVT LXXIV.

ANTIQVA, & inuoluta, ac magis hodie controuerſa eſt quæſtio, an Barones facultatem habeant fidandi, vel cum ſuis animalibus paſcendi herbas, aut ſpicas, poſt ſegetes in fundis priuatis vaſſallorum, ſeù in communibus, & demanialibus Vniuerſitatum; Et pro vera reſolutione, & diſſidentium opinionũ concordia, cuius ſint hærbæ, & ſpicæ, & ad quem ius paſcendi iure pertineat, ad Barones, vel ad Ciues, vltrà adducta in præc. tract. nu. 29. ſequentia afferam, pro maiori dilucidatione huius materiæ, quæ in dies occurrit diſceptanda.

Prima inquam eſt opinio, ſpicas, & herbas in terris poſt fructuum induſtrialium collectionem, eſſe debere in
1 paſtu communi Vniuerſitatis, ſeù ſingulorum ciuium animalium, & Barones iure defendere non poſſe, nè ciues ſua animalia immictant, Io. Fabr. in rub. In. ſt de lege Fuſia canin. Alex. cõſ. 35. vol. 4. & Auend. de exeq. mand. c. 13. nu. 8. par. 1. Idemque ſtatutum eſt in locis heremis, & campeſtribus, nàm
2 ſimilitèr ius paſcendi ad ciues Vniuerſitatis ſpectare ſtat iuris præſumptio, Crauet. conſ. 154. Couar. pract. quæſt. cap. 37. Ripa in l. rem, quæ nobis ff. de acq. poſſeſſ. Vrſil. dec. 290. num. 12. Franch. dec. 197.

Secunda fuit opinio aliorum dicentium, Ius paſcendi herbas naturales in tenimento feudi pertinere ad Barones,
3 & ſic eos habere poteſtatem paſcendi, vel alijs ius paſtus locandi, Lucas de Penna in l. quicumque C. de fundis limitroph. lib. 10. & inter auctoritates Baronibus competentes, poſuit Frecc. de ſubfeud. auth. 46. & in omnibus In-
4 ueſtituris Princeps feuda concedit, cũ paſcuis, montaneis, & nemoribus, quæ

de-

de demanio feudi præſumuntur, Capyc. in inueſt. feud. verſ. cum paſcuis, & alio verſ. cum fida, & propterea continuò Barones in eorum territorio exteros fidare ſolent.

Tertia eſt opinio, herbas eſſe Dominorum territorij, & ſic ſpicas ſegetibus ſecatis, nàm herba, quæ in fundo meo
5 naſcitur mea eſt, cum omne, quod in ſolo naſcitur ſolo cedat, §. cum in ſuo ſolo inſtit. de rerum diuiſ. Doct. in l. pratum ff. de verb. ſignif. Franch. dec. 301. Surd. dec. 236. Vndè Barones in prætenſione fidæ, & iuris paſcendi, intris reſiſtentiam in ijs habent, Couar. pract. quæſt. cap. 37. & Staiban. conſ. 87. num. 7.

Quid dicendum; Puto has opiniones poſſe fœderi concordia diſtinguendo conciliari: Et prima opinio vera, & magis eſt ab omnibus recepta, herbas in locis apertis, & campeſtribus in dubio eſſe Vniuerſitatis, & ciuium, & de ipſorum demanio, niſi contraria legitima conſuetudo ſit in contrarium, & in ijs Baro habet vſum, vt quilibet ex ci-
6 uibus cum ſuis animalibus moderatè paſcendi, vt explicaui in præc. tract. pragm. ſeq. nu. 28. Et ſi paſtus ciuium ſuperabundaret vltrà eorum pinguem vſum, Barones facultatem habent fidandi, vt dixi ſuper hac pragm. n. 194.

Secunda opinio ſaluatur, vt procedat in demanialibus feudi ipſius Baronis, in quibus ipſe dicitur habere dominium, & propterea herbæ ſunt illius,
7 ſolùm vaſſalli habent in eis vſum, vti Barones habent in demanialibus Vniuerſitatis, Frecc. auth. 46. de Pont. conſ. 97. & hoc caſu herbæ dicuntur Baronum, & etiam vſum ſubditis prohibere poterint, ſi eſſet defenſa, vel locus appatronatus, Staiban. conſ. 87. & ſic interpetratur id, quod dicunt Doct. allegati pro hac ſententia, quod herbæ, & paſtus ſunt Baronum.

Tertia opinio eorum, qui dicunt, herbas natas in fundis priuatorum eſſe eorum, quia quicquid ſolo ſeritur, vel in eo naſcitur cedit ſolo, intelligi-
8 tur procedere in fundis clauſis cum ſepibus, vel maceribus, aut arboratis, qui ab ingreſſu defenduntur, l. per prouincias C. de ædific. priuat. & obſeruatur maximè in Prouincijs Bari, & Hydrunti, in quibus videntur quaſi omnes poſſeſſiones, muris cintæ, vel maceribus, aut magnis ſæpibus; in ijs locis Barones, neque Conciues vſum paſcendi prætendere poterunt, & iure prohibetur ingreſſus, iuxtà l. Diuus ff. ſi ſeru. vindic. & ità iudicatum fuit in Sacro Conſilio pro Vniuerſitate S. Mennæ cum Cardinali Ieſualdo vtili Domino illius Terræ Prouinciæ Principatus vltrà, Actuario Figliola, cum qua diſtinctione etiam tranſit Cancer. lib. 3. var. reſol. cap 4. nu 71.

Aut verò territoria ſunt aperta, licetque ſint appatronata, tùnc vſus paſcendi eſt communis, vt dixi in princ. Limitatur tamen ſi herbarum, & ſpicarum vſus ipſi Domino fundi deſeruiat,
9 nàm tùnc nullo iure vſum paſcendi cum ſuis animalibus, vel fidandi in ijs fundis appatronatis, Baro habere poteſt, licèt eſſent aperti, proùt deciſum refert in Sacro Conſilio Staiban. conſ. 91. num. 6.

Imò ſi loci Dominus vendere voluerit herbas ſui fundi poterit, & ſic
10 arcere alios ab ingreſſu, vt ibi per S. C. fuit declaratum, ſi verò vſui ipſius priuati non deſeruiunt, tùnc communis eſt paſtus Conciuium, & ità conciliantur tot diffidentes opiniones, quæ obſeruatione ſunt digna, cùm non facilè ſic explicatum hunc articulum reperies.

Remanet poſtremò declarandum, ſi liceat priuatis perſonis ſuos fundos ad libitum claudere. Et ex hac pragm. & alia ſub tit. de ſalario eorum, qui
11 mict. pragm. 1. §. 9. apparet, prohibitū eſſe, nè foreſtæ, vel defenſæ abſque principis aſſenſu fieri poſſint. Verumtàmen hæc propoſitio tàm de iure communi, quàm Regni vera eſt, quando tractaretur de magno territorij tenimento, in quo ciues ſoliti ſint depaſci

ſed

ſed claudere aliquem locum ſuum, non reperitur iure prohibitum, ſed permiſſum, vt conſtat ex l. per prouincias C. de ędific. priu. cum ſimil. & benè Seſe decil. 74. qui ait, quemlibet poſſe claudere ſuum locũ, quem Boolare nominat, quia talis paſtus pro vſu ſuorum bouum, & animalium conſeruare licet, & notabiliter Surd. deciſ. 236. in fine, res enim ſua nemini deſeruire debet, niſi ſibi pro iuſto vſu, & po-
12 teſt illam banniri facere, vt nemo ſub pœna introire audeat, nàm viget ratio deſupèr aducta, quod dùm locus, qui herbam producit ſibi deſeruit, quamuis ſit apertus, poteſt Dominus loci dictum ingreſſum prohibere; Indè Maſſarij faciunt mezanas, & ſigna ponunt in locis etiam apertis, vt nullus ibi ingrediatur tàm pro defendendo iure paſcendi, quàm etiam ſi Dominus voluerit herbas metere pro vſu temporis hiberni, pro animalibus, & furti pœna
13 puniri poſſent, appenſatè illam herbã furentes, l. pratum ff. de verb. ſign. Cabed. dec. 151. p. 1. & ſi doloſè animalia immicterentur, eſſet damnum cum iniuria, quod criminaliter puniri poterit, Bart. in l. nonnunquàm ff. de priu. delict. & dixi pragm. 8. par. 2. in fine praec. tract.

Et ex prædictis diffiniuimus controuerſiam, inter Comitem Vgenti, & aliquos ciues Terræ Caſarani, quæ
14 ſunt conuicinæ. Emerunt particulares dictæ terræ multa territoria ſita in diſtrictu affatæ Ciuitatis Vgenti, & pro cultura dictorum territoriorum ducebant animalia ad paſcendum in illis locis emptis; Comes dictæ Ciuitatis prætendebat fidam ab ipſis exteris, de herbis, quæ animalia depaſcebantur in loco ſuæ iuriſdictionis, quamuis territorium eſſet in illorum dominio, dùm emiſſent à ciuibus Vgenti. Dicebat Comes, ipſum habere ius fidę, vt erat notoriũ, & quod mutatione perſonæ mutabatur cauſa, ex notabili tex. in l.
15 per Procuratorem ff. de acq. poſſeſſ. nàm ciues vendiderunt territorium, non tamen potuerunt transferre ius ciuilitatis, vndè cùm illi eſſent exteri prætendebat eos ſoluere debere ius fidæ, vti alij, qui ſi in territorio depaſci volebant, ſe fidabant.

Particulares verò Terræ Caſarani habuerunt recurſum ad noſtrum Tribunal ſuper interceptione animalium facta à Comitis Miniſtris pro dicta fida, & dicebant herbam, quę naſcebatur in eorum locis eſſe ſuam, vt ſuprà explicaui, & dùm ipſi ſubingreſſi ſunt in dominium, ex titulo emptionis, non poterant in re ſua moleſtari; Nã exteri arceri, & pro diffidatis haberi poterãt, ſi depaſcerentur territoria demanialia Vniuerſitatis, Comitis, vel ciuium, ſed ipſi donec non faciunt aliquod damnũ in bonis prædictis ſolum vtuntur herbis ſuis, iniuſtè moleſtabantur, & conferunt quæ dicit Franch. dec. 301. nu. 8. in Colonis, qui conduxerant territoria ad culturam in terra Eboli, &
16 erant poſteà moleſtati pro paſcuis, pro lignis, & iure aquandi, quod inutilis eſſet locatio, & conductio, ſi in loco nõ poſſent animalia pro cultura depaſci, & ligna cedere, pro pernoctando, & aquando, & ſic punctualiter refert Càcer. lib. 3. var. reſ. cap. 4. nu. 64. & nouitèr Staiban. conſ. 91. & infrà cap. 82 abundè dicam ſuper alia materia, & facit bonus tex. in l. veluti in fine ff. de ſeru. ruſt. præd. Bar. in l. 1. C. de manc. & Colon. lib. 11. Gram. dec. 67. ex quibus iudicauimus, vt illi non moleſtarentur, à quo decreto cùm ad Regiam Cameram appellaſſent, audiuimus, fuiſſe confirmatum, & interim expeditæ fuerunt prouiſiones, vt animalia prædictorum non moleſtarentur, ſtãte cautione præſtita de ſoluẽdo quicquid fuerit iudicatum, & quod animalia donec ducerentur ad loca particularia empta, nè in ingreſſu depaſci in territorio poſſent, in via Muſſarolã in ore ſub pœna portare debuiſſent ad euitandas fraudes.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM. CAPVT LXXV.

Terras heremas, aliaque deſtinata pro paſcuis animalium ciuium, an Baro Vniuerſitate reluctante, ad culturam reduci facere poſſit: Et quid in feudalibus, vbi vſus de iure ciuibus debetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Deſtinata pro paſcuis animalium, non poſſunt reduci ad culturam, aut in alium vſum mutari.*
2 *Nemora, montes, terrę herema, an ſint de demanio feudi, vel Vniuerſitatis.*
3 *Bona vacantia, aut morientium ſine harede, ſunt fiſci.*
4 *Dominus rei, an poſſit mutare formam, in damnum habentis ſeruitutem.*
5 *Aquam an poſſit diuertere Dominus fundi, in praiudicium inferioris.*
6 *Terra inculta ſunt publica.*
7 *Baro an poſſit reducere ad culturam bona ſua feudalia, qua ſemper tenuit pro paſcuis, & in eis ciues habebant vſum, explicatur.*
8 *Poſſeſſionem ſuam quis armata manu defendere poterit.*
9 *Vſus quem habent ciues in demanialibus feudi, non eſt ſeruitus.*
10 *Dominus vti poteſt re ſua, licèt alij noceat.*
11 *Conceſſio interpetratur, rebus in eo ſtatu manentibus.*
12 *Ius proprietatis, debet praualere habenti ius ſeruitutis.*
13 *Nemo debet petere id, quod contrariũ non eſſet conceſſurus.*
14 *Vaſſalli habent vſum in demanialibus feudi, vti Baro in demanialibus Vniuerſitatis.*

Deſtinata pro paſcuis animaliũ ciuium loci, non poſſe per Barones ad culturam redigi, plantari, aut in alium vſũ mutari, dixi nu. 30. in præc. tract. Et in facto, dùm Ba-
1 ro Vulturariæ quaſdam terras heremas ad ſeminandum concedere voluiſſet, quia de victualibus omnibus ipſe decimam conſequebatur, ex antiquiſſima loci conſuetudine, habito ad nos recurſu, prouidi ad inſtantiam Vniuerſitatis, nè quid innouetur, & comparente Barone pro reuocatione prouiſionum ſe fundabat, quod de iure ne-
2 mora, montes, terræ infertiles, & incultæ ſunt de demanio feudi, cùm omnia bona vacantia ſint Fiſci, Peregr. de iure Fiſci tit. de bonis vacant. & dixi in præc. tract. prag. 8. par. . . nu. 243. Indè bona morientium ſine hærede, aut naufragorum, ad Principem ſpectant, l. ſi vacantia C. de bon. vac. lib. 10. & ſic in puncto ſentire videtur Iaſ. in l. rem, quæ nobis nu. 32. ff. de acqu. poſſeſſ. vndè cùm ius videatur ſuffragari, pro Baronibus eſſet decernendũ, iuxtà cap. cum perſonę de priuil. Et licèt longiſſimo tempore non fuerunt culta, ſed tenta pro paſcuis, iſtud fuit in facultate Baronis, cumque ea quæ facultatis ſunt, nullo tempore præſcribantur, vt dixi ſuprà cap. 6. & in terminis allegabatur Crauet. conſ. 292.
4 & Caſſan. conſ. 44. quod Dominus poteſt ad libitum mutare vſum rei ſuæ, & proindè ſi aqua ſolita ſit tranſire ad locos inferiores per tempus, & tempora, ſi Dominus vbi aqua naſcitur voluerit mutare formam loci, illam fabricando, vel aliud miniſterium faciendo,
5 vnde aqua diuertatur, vicinus conqueri non poteſt, quia non fit ad ęmulationem, ſed Dominus vtitur iure ſuo, Ripa in l. quo minùs ff. de flumin. Ann.

alleg.

Digitized by Google

alleg. 91. Afflict. & Vrſill. deciſ. 338.

Ex parte Vniuerſitatis, primò negabatur maior propoſitio, territoria herema, & inculta eſſe Baronum; nàm contraria opinio eſt verior, & recepta, iſtas terras incultas Vniuerſitatum eſſe, & demanialia publica dici, Gregor. Lopez l. 9. tit. 28. p. 3. Caſtr. conſ. 377. lib. 1. Couar. pract. quæſt. cap. 37. in princ. Auend. de exeq. mand. cap. 12. nu. 20. & probant à maioritate rationis, nàm in ijs, neque Princeps de iure fundatã habet intentionem, & quãuis bona vacantia ſint Fiſci, vt ex aduerſo adducebatur, tamen replicatur, hæc territoria non dici vacantia, ſed appatronata pro dote, & viuere vaſſallorũ, vt dixi in præc. cap. ſuper materia paſcui, ꝙ à principio translationis Imperij, remanſerũt penès Communitates, vt Valaſc. de iure emph. q. 8. ex nu. 40.

Qua ſuppoſitione ſic ſtante, fundatur,
6 Vniueſitatem habere iuris aſſiſtentiam, & Baronem reſiſtentiam, vt hæc bona ad culturam reduci non poterint, non conſenſientibus omnibus, et ſingulis ciuibus, quibus, vt in prec. cap. explicauimus, per maiorem partem ciuium præiudicari nequit. Et quod ſolitum ius paſcendi mutari nequaquã poſſit, ſunt iura aperta in l. Sabinus ff. com. diuid. l. certo ff. de ſeru. vrb. præd. l. ſi manifeſtè C. de ſeruit. Cepol. de ſeruit. tit. de iure paſcendi nu. 40. Suarez alleg. 15. Caſſan. in Conſuet. Burg. rub. 13. §. 2. glo. Vſaic. Dec. conſ. 244. vol. 2. & proindè ceſſat alia ex aduerſo oppoſitio, Baronem poſſe ſtatum rei mutare, licèt priùs territoria paſci paſſus fuiſſet, cũ id fuerit in ſua facultate, quæ nunquàm preſcribitur: Nàm patet nõ fuiſſe ſuæ facultatis, cùm in illis dominium nõ habeat, & propterea ad libitũ diſponere haud poteſt. Quibus ſic fũdatis pro Vniuerſitate iudicauimus.

Sed magnoperè dubitatum fuit
7 quid ſi eſſent territoria feudalia, retenta tamen à Barone ſemper pro paſcuis, in quibus poſuit animalia ſua, vel ea locauit, & exteros affidauit, relicto ciuibus vſu, An ſi Baro voluerit reducere ad culturam ipſa territoria feudalia, quæ priùs pro paſcuis deſignauerat, poſſet in præiudicium vaſſallorum iure id exequi, dùm illi continuò per tempus longiſſimum, & immemorabile in dictis locis ſeruitutem paſcendi habuerint. Et ex Vniuerſitatis parte videtur, iuxtà ſuperiùs dicta, in præiudicium antiquæ poſſeſſionis, ſeruitutis mutationem fieri non poſſe, Cæpol. loco citato, Hier. de Monte tract. finium regund. cap. 38. & habens
8 ſeruitutem poterit reſiſtere etiam armata manu, l. 2. ff. ad l. Aquil. l. manifeſtè C. de ſeruit. & dixi ſingulari meo 39. & in terminis Seſe dec. 74. nu. 47. & Couar. var. reſol. cap. 17. num. 11. verſ. ſed quoties, quod ad vnum vſum paſcuorum deſtinata, ad culturam reduci non poſſunt in præiudicium ſeruitutem habentium paſcendi.

In contrarium dici poteſt, aut diſponitur ſuper demanialibus Vniuerſitatis, & in ijs Baro contra ciuium voluntatem ordinem mutare, & paſcua ad culturam reducere haud poteſt, cùm in illis dominium non habeat, ſed ſolùm vſum, vti alii ciues, In demanialibus autem feudi, ipſe fundatam habet intentionem eſſe ſua, & licèt vaſſalli in
9 eis habeant vſum, iſte vſus eſt à natura inſitus, & non debetur iure ſeruitutis, ſed eſt parilitas, vt alter in alterius demanialibus vſum habeat, vt declaraui in hac pragmatica in præc. tract. Dominus ergò loci reſtrictam non habet facultatem, vt iure ſuo vti non poſſit, & ad libitum mutare formam, maximè pro ſui vtilitate, ſi Baronis interſit magis territoria ſua colere, quam pro paſcuis locare, nam vt dixi ſuprà, etiam ſi vicino ex conſuetudine aliena ſeruitus quæſita eſſet, ſi Dominus fundi ſuperioris re ſua voluerit vti, & aquam diuertere, poterit, vt in terminis Suarez alleg. 15. in fine, & Bertrand. conſ. 7. vol. 1. qui in fortiori caſu loquitur in ſeruitute conceſſa, quod ea intelligatur quouſque Dominus vtatur re

ſua

Digitized by Google

ſua ad illum ſtatum, in quo eſt tùnc deſti nata,& ea vtebatur tempore conceſſionis;ſed ceſſante ęmulatione,quis iure ſua vti poteſt, licèt officiat vicinis, qui ab antiquo libertate fruebatur, l. qui lumin bus ff. de ſeru. vrb. præd. Viu.com opin. 12;& dec.476.

Accedat, quod dici poteſt, fuiſſe in facult ate Baronis ad libitum re ſua vtendi, vndè facultas liberi dominij, præſcribi non potuit, niſi data contro uerſia, oppugnatione, & patientia ſequuta,iuxta terminos l.1. & 2.C.de ſeru. & aqua, Coſta de portione ratæ quæſt.159.nu.11.& conferunt adducta per Franch. dec. 197. vbi quod deſtinata pro paſcuis Vniuerſitatis ciuium, poſſunt ad alium vſum ex cauſa deſtinari,vendi, ac locari.

Inſupèr, ſemper quod ſuperuenit alia cauſa, quæ mouet Dominum ad
11 faciendam aliam deſtinationem, & mutandam formam rei,deſtruitur vſus alteri conceſſus, vt notat Bald. in cap. 1. §. ſi quis nu. 12. in fine tit. ſi de inueſt.feud. ſit contr. & Surd. dec.236. nu.13. & 21. punctualitèr correlarium ponit, vt ſi vaſſallus, vel conuicinus ius ducendi aquam ex riuo quæſierit, ſi Dominus mutauerit formam antiqui ſtatus, vicinus conqueri haud poterit:
12 Præualere enim debet ius proprietatis, ſimplici comoditati vſus.

Indè concluſum fuit, vt Affl. deciſ. 290.nu.7. quod licèt adſit communio legitima inter Vniuerſitates conuicinas, vel altera ipſarum ius paſcendi in alieno territorio quęſierit,poterit ſemper petere conſeruari in poſſeſſione, donec Vniuerſitas Domina habeat ſufficientem paſtum pro ſuis ciuibus, aliàs non tenetur pro danda ſeruitute extraneo, illam eſſe in neceſſitate, l.ſi quis diutinam C. de aquęduct. lib.11. Vrſil.dec.254. Franch.dec.301. & dicam in ſeq. cap.

Vlteriùs contrariorum eadem eſt diſciplina, & nemo petere debet id, quod con[illegible]rium non eſſet conceſſu-
13 rus, ad tex.in l.pen. C.de ſolut. Si inquam Vniuerſitatis interſit aliquam partem ſui territorij demanialis deſtinati à primeuo ad paſcua,ad culturam poſteà reducere;poſſet Baro idem prætendere,cùm de iure habeat conſimilē vſum in ijs bonis demanialibus Vniuerſitatis, vti habent vaſſalli in demania-
14 libus feudi, vt in præc.tract. ſuper hac pragm. declaraui. Cumque Vniuerſitas vti Domina pro ſua vtilitate ad libitum re ſua vti poſſit, vt in terminis reſpondit Auend. de exeq.mand. cap. 12.nu.29.verſ.(quod procedit) Propterea concludendo dicimus, diuerſum ius eſſe in hac quæſtione, quam in ea, quam in principio poſuimus, & proindè in illo primo caſu fundauimus,non eſſe locum mutandi paſcua in agriculturam, & in hoc ſecundo licere, ex ſuprà allegatis, quæ omnia notabilia ſunt.

## ARGVMENTVM

Baro, ſi vti perſona priuata acquirere prætendat quæ de iure ei non debentur, an iuris reſiſtentiam habeat.

Fida ſuper demanialibus Vniuerſitatis Baroni non debetur, ſed quid ſi iure ſeruitutis ea petatur.

Ius paſcendi, an ſit ius perſonale, vel ſeruitus realis, & an vti ſeruitus diſcontinua immemorabile tempus requirat, vt præſcribatur.

## *SVMMARIVM*

1 *Baro ſuper ijs caſibus, vbi ius non reſiſtit, vtitur iure priuato, & ita pręſcribere poteſt ordinaria præſcriptione.*

2 *Fida non competit Baroni, ſuper demanialibus Vniuerſitatis, ſed ſolum in demanialibus feudi.*

3 *Actio-*

Digitized by Google

3 *Actiones ſunt ſatis diuerſæ, prætendere ius ratione feudi, vel iure priuato.*

4 *Seruitutes regulariter longo, aut longiſſimo tempore præſcribuntur.*

5 *Ius paſcendi an ſit ius perſonale, quod ſpatio 30. annorum præſcribatur, & num. 11.*

6 *Seruitus omnis, quæ habet cauſam diſcontinuam immemorabile tempus requirit ad præſcribendum.*

7 *Actiones perſonales diſcontinuæ longiſſimo tempore acquiruntur.*

8 *Seruitus realis non datur, ſine prædio dominante, & alio ſeruiente.*

9 *Vniuerſitas communionem quærere non poteſt, niſi tẽpus immemorabile intercedat, ſecùs ſi ſeruitutem præſcribere intendat.*

10 *Ius paſcendi, aquandi, lignandi, eſſe ſeruitutes reales fundatur.*

11 *Confutatur opinio dicentium, ius paſcendi eſſe ius perſonale, & non ſeruitutem realem diſcontinuam.*

12 *L. fin. C. de long. temp. præſc. interpetratur.*

13 *Titulus, & bona fides ſufficiunt ad præſcribendas ſeruitutes etiam diſcõtinuas, longiſſimo tempore.*

14 *Barones non quærunt iura, & alia, in quibus ius reſiſtit, niſi ſpatio immemorabili.*

15 *Seruitia, exactiones, præſumuntur à Baronibus extorta, vndè non ſufficit ordinaria præſcriptio.*

16 *Vaſſalli Baronibus concedere nequeũt, quæ de iure eis non debentur abſque Regio Aſſenſu.*

17 *D. Regens Ferdinandus Brancia laudatur.*

18 *Ius paſcendi cum competat ſingulis, vt ſingulis, præſcriptione acquiri non poteſt, vt inter priuatos.*

19 *Ius paſcendi inter priuatos longiſſimo tempore quæritur.*

## CAPVT LXXVI.

COntinuando quæſtionẽ præcedentem iuris paſcendi diſcutiam articulum ſatis cõtrouerſum, quanto tempore præſcribi poſſit dicta facultas, & quamquam obitèr in præc. tract. nu. 37. aliqua dixerim, in facti tamen contingentia pro Vniuerſitate S. Mennæ, aduerſus Archiepiſcopum Conſanum vtilem Dominum in ciuilibus prædictæ terræ multas conſiderationes feci, quæ pro, & contra ſuper hac quæſtione à Doct. adducuntur; Prætendebat enim in Sacro Conſilio dictus Archiepiſcopus non ſolum conſeruandum ſe eſſe in quaſi poſſeſſione, ſed decerni debere ſuper proprietate, vt non poſſit ampliùs à vaſſallis turbari pro fida paſcuorum, quam ille exteris animalibus faciebat in territorijs demanialibus Vniuerſitatis, ex eo, quod in proceſſu plenè conſtare fecerat, ipſum, & prædeceſſores in dictis locis fidaſſe, patientibus, & non contradicentibus vaſſallis, ac Vniuerſitate, vndè de iure inferebat fundatam intentionem habere, dùm ſeruitus iſta paſcendi, tanto tempore præſcribatur, vt infrà probabimus.

Cumque contra Barones ius non reſiſtat, vt talis ſeruitus acquiri non poſſit, vti acquirunt eam omnes alij, mediante præſcriptione, ſic eodem iure ipſe intendit gaudere, cùm peioris conditionis eſſe non debeant, In ijs
1 ergò quæ non ſunt contra ius, ſed præter ius, & lex non reſiſtit, licèt non aſſiſtat, Baro iure priuato vti alij præſcribit, vt innuit Franch. dec. 56. & non requiritur immemorabilis, prout eſſet neceſſaria, ſi ius refragaretur, vt dicam infrà cap. ſeq. 78. Dùm ergò doctus, & oculatus Aduocatus Actoris deduxiſſet, eſſe Baronem conſeruandum in quaſi poſſeſſione iuris ſeruitutis fidæ quæſi-

Digitized by Google

quæſitæ ſuper bonis demanialibus, nō
actione feudali, quia tunc reſiſtit ius,
2 vt Baroni non debeatur, Frecc. de
ſubfeud. auth. 46. ſed iure priuato, nàm
magna eſt differentia proponendi vnā,
vel alteram actionem ob difficultates
ſuprà dictas, vt docuit Bart. in l. ſi
Publicanus ff. de Public. Abbas in
cap. ſuper quibuſdam de verb. ſign.
Iacob. de feud. verſ. & cum mero Im-
3 perio col. pen. dicentes, aliud eſſe præ-
ſcribere ratione iuriſdictionis quæren-
dæ, aliud ratione ſeruitutis, Propterea
cùm in iudicio ſuam longam, atque
longiſſimam poſſeſſionem probaſſet de-
bere obtinere contendebat.

Et quod ſeruitus paſcendi in alieno
territorio præſcribatur ſpatio triginta
annorum ad plus, videntur iura aperta
in l. 2. C. de ſeruit. l. ſi quis diuturno ff. ſi
4 ſeruit. vindic. l. foramen ff. de ſeruitut.
& in terminis iuris paſcendi, ſic con-
ſuluit Caſtren. conſ. 113. lib. 2. Vaſq.
contr. illuſ. 83. n. 41. lib. 2. & Surd. dec.
236. nu. 1. qui fuit opinionis, quod ſit
5 ius illud perſonale, & non ſeruitus, &
ideò longiſſimo tempore quæratur, vti
aliæ actiones, l. pen. C. de longiſſ.
præſcr.

Nec proindè obſtare videtur, ſi re-
ſponderetur, ſeruitutem non habētem
cauſam continuam, ſed diſcontinuam
6 requirere tempus immemorabile, vt
gloſ. & Doct. in l. ſeruitutes ff. de ſeruit.
& in l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de
aqua quot. & æſtiu. Cæpol. de ſeruitut.
cap. 19. cum ſeq. Nàm replicari poteſt,
ſecundum opinionem Surd. & ſequa-
7 cium, quod cùm ſit ius perſonale, dato
quaſi poſſeſſionis initio per ſcientiam,
& patientiam, iuxtà ea, quæ tradidi-
mus in pragm. 1. animo continuatur, &
talis actio longiſſimo tempore præſcri-
bitur, vt probat tex. in l. fin. C. de lon-
giſſ. temp. præſcr. in fine, qui ſupponen-
do vſumfructum eſſe ius perſonale, di-
cit quæri longo, & longiſſimo tempore,
vti ſimiles actiones, & quod non ſit
ſeruitus reali fundant prædicti, quia
ea datur ratione prædij dominantis, &
ſeruientis, Cumque ius paſcendi non
8 habeat reſpectum ad prædium domi-
nantem, ſed ad perſonam cui debetur,
ergò cùm non conueniat diffinitio, nō
eſt tractandum de ſeruitute, & ceſſat
oppoſitio diſcontinuæ ſeruitutis, Caſtr.
alio conſ. 444. lib. 2. Aret. conſ. 153.
Crauet. conſ. 4. Eugen. conſ. 41. nu. 61.
Et hæc pro Barone dici potuiſſent.

Eadē oppoſitio, & controuerſia fuit
in Reg. Audien. Hydrūtina inter duas
Vniuerſitates, Prætendebat enim vna
ius paſcendi habere in territorio alte-
rius, iure ſeruitutis, & non cōmunionis,
9 in qua ius reſiſtit, vt abſq; Reg. Aſſen-
ſu quæri nequeat, iuxtà c. Regni incip.
pōdus. Sed ratione ſeruitutis lōgo tpe
quæſitæ, in quaſi poſſeſſione cōſeruari
debebat, quia ius non reſiſtebat: Alte-
ra dicebat, eſſe colluſionem, quia com-
munio erat inter eas, ſed nulla ſollem-
nitate vallata, vndè non erat audien-
da, & in promptu probationes addu-
cebat, quod adinuicem animalia pa-
ſcebantur in ambobus territorijs, & ſic
ceſſabat fundamētum ſeruitutis, iuxtà
notabilem doctrinā Vrſil. dec. 290. n. 8.
qui ponit hanc differentiam, & modū
agendi iure ſeruitutis, vel cōmunionis.

Actamen aduerſus prædicta eſt re-
ſpondendum, & veriorem, atque re-
ceptiorem eſſe opinionem confitendū,
Ius paſcendi eſſe ſeruitutem realem,
10 vti ſunt omnes ſimiles, lignandi, &
aquandi, quæ debentur à re perſonæ:
ſic communem teſtantur Gail. obſeru.
66. lib. 2. Gouu. var. reſ. lib. 1. c. 17. n. 11.
11 Myſinge. cent. 4. obſer. 53. nouè Caſtil.
de vſufru. cap. 68. & propterea infer-
tur, quod cùm ſit ſeruitus, & diſconti-
nua, immemorabile tēpus requiratur,
Cæpol. de ſeruitu. tit. de iure paſcendi,
Georg. alleg. 14. Honded. conſil. 79.
lib. 1. Caſtan. conſil. 42. Auend. de
exequend. mand. cap. 13. num. 8. verſ.
& quando, qui omnes confirmant,
ius paſcendi eſſe ſeruitutem diſcon-
tinuam, & ità iudicatum in illo Se-
natu refert Cancer. lib. 3. var. reſol.
cap. 4. num. 50.



Digitized by Google

Nec refragatur l.fin.C.de pręſcrip.
longi temp. vbi vſusfructus præſcrip-
tione ordinaria quæritur,nàm vſusfru-
12 ctus eſt ius perſonale:Item tex.funda-
tur,quia ibi præſupponitur adeſſe titu-
lum,& bonam fidem, quæ ad acquirē-
dam præſcriptionem ſufficiunt, etiam
in ſeruitutibus diſcontinuis, ſed ſine
13 titulo, immemorabilis tùnc requiri-
tur,& eſt notabilis limitatio,& mēti te-
nenda, quando in diſcontinuis præ-
ſcriptio longa ſufficiat, ſic Caſtrenſ. in
l.ſeruitutes col.pen.ff.de ſeruit. Balb.
de præſcrip.2.quæſt.par.4. Gome.var.
reſol.cap.15. ex nū.26. & Caſtil.loco
citato.

Et tantò magis ſequenda eſt hæc
opinio, quando tractatur inter Baro-
nem, & vaſſallos, vt ius paſcendi mi-
nori tempore, quam immemorabili
quæri non poſſit, tàm actione feudi,
14 quàm iure priuato, ex eo quod tā
de iure communi,quàm Regni,ipſi Ba
rones habeant iuris reſiſtentiam, vt
omnia,quæ de iure eis non competant
per vim,& metum eſſe ab eis occupa-
ta præſumatur, & quod ob potentiam,
& timorem vaſſalli acquieuerint;Indè
eſt, quod notabiliter DD. dixerunt,
murmurationem populi impedire qua-
15 ſi poſſeſſionem,& præſcriptionem ad-
uerſus occupata à Barone,licèt ſubdi-
ti non fuiſſent proteſtati, & non reſi-
ſterint,vt And.in cap.1.quæ ſint regal.
col.4.verſ.plauſtrorum,Lucas de Pen-
na in l. 1. C. vt ruſtici ad null. obſeq.
lib.12. Capyc. in inueſt. verbo colle-
ctarum, Vrſill.dec.282.nu.12. & om-
nia præſumi extorta à Domino firmāt
Doct.in cap.quod latenter de reg.iur.
in 6.& propterea nulla præſcriptio or-
dinaria ſuffragatur,ſolum immemora-
bilis,Gutier.pract.quæſt.cap.92.lib.1.
& antè eum Dec.conſ.483. Miſinger.
obſer.53. centur.4. Vaſq. contr. illuſ.
cap.83. nu.26. & pro concluſione po-
ſuit Maſcard.de probat.concluſ.1327.
vaſſallos ſemper præſumi ſpoliatos, &
latiùs Ioſeph Seſe de inhibit.cap.4.§.
3. Garſia de expenſ.cap.9. & etiam ſi
tranſierint in contractum, quæ de iure
non debentur,præſumuntur extorta,
Padilla in l.ſi aquam nu.37. C.de ſer-
uit. & Cæual. com. opin. quæſt. 782.
num. 16.

Hæc de iure communi per Regni
diſpoſitionem ſunt confirmata, nā
16 diſpoſitum eſt,vt ſine Principis aſſen-
ſu vaſſalli Baronibus obligari non poſ-
ſint, in cōcernentibus factum Vniuer-
ſitatis aduerſatiuum, vt ex Conſt. Re-
gni incip.quia frequenter,& ibi Doct.
& aduertit Petra de poteſt.Princ. cap.
6. num.52.

Et propterea, deueniendo ad con-
cluſionem quæſtionis propoſitę,ius pa-
ſcendi non poteſt à Barone quaſi poſſi-
deri, niſi legitimo titulo, Aſſenſu Re-
gio roborato, cùm ius reſiſtat, & ideò
minori tempore centum annorum
præſcribi haud poteſt, ex quibus refe-
rente Regio Conſiliario tùnc Domino
Ferdinando Brancia Patricio Neapo-
17 litano,nùnc meritiſſimo Regente apud
Catholicam Maieſtatem,Viro inſigni,
& omni virtutum genere ornatiſſimo,
fuit prouiſum, quod audiantur partes,
non habita ratione de longa præſcrip-
tione allegata. Et dùm poſteà contro
uerteretur poſſeſſorium, cùm præten-
deremus, quod ius reſiſteret allegaui-
mus, quæ infrà deducemus cap.78.

Eadem iuris diſpoſitio procedit in-
ter Vniuerſitates,nàm cū ius paſcendi
ſingulis vt ſingulis competat, vt ſuprà
cap.73.probauimus,non ſufficiet ordi-
naria præſcriptio,vti in alijs ſeruituti-
bus,tantò magis quod ius reſiſtit alie-
nationi,& ſeruitutibus contra Vniuer-
ſitates, quæ pupillis comparantur l. ſi.
C.de vend. rer. Ciuit.lib.11.

Inter priuatas verò perſonas,opmio
affirmatiua ſubſtineri poſſet,vt longiſ-
ſima præſcriptio ſufficeret in acqui-
renda dicta ſeruitute, ſeruata forma
eorum,quæ ſuprà diximus,quia diuer-
ſa eſt ratio, cùm hoc caſu ceſſet me-
tus præſumptio, & timoris, vndè taci-
tus conſenſus operatur, vt Petra de
poteſt.Princ. fol.42.Roland.conſ.22.
vol.

Digitized by Google

volum. 2. Nacta conſil. 106. Crauet. de antiqu. tempor. par. 4. in princip. num. 25. qui tenent, tales ſeruitutes, licèt diſcontinuas longiſſimo tempore acquiri poſſe.

## ARGVMENTVM.

Poſſeſſorium ſummarium, an ſit concedendum ei, qui contra ſe iuris reſiſtentiam habet. Et pro obtinendo in plenario quantum tempus requiratur. Et an exhibitio tituli, vel color ipſius ſit neceſſarius.

Immemorabilis vbi de iure requiritur, interim quod ea probetur, an poſſeſſio longa ſuffragetur.

## SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorium aliud ſummarium, quod interim nominatur, aliud plenarium*

2 *Poſſeſſorium aut habet iuris aſſiſtentiam, vel reſiſtentiam ſuper eo, quod poſſidet.*

3 *Poſſeſſor interim, in poſſeſſione manuteneri debet, abſque iuſtitiæ, vel iniuſtitiæ diſcuſſionem.*

4 *Prætenſa à Barone, quæ iure communi vel feudorum ei non pertinent, vi extorta, aut occupata, præſumuntur.*

5 *Barones habent iuris reſiſtentiam in poſſeſſorio contra vaſſallos.*

6 *Poſſeſſorium ſummarium, non eſt concedendum vbi ius reſiſtit poſſeſſioni.*

7 *Poſſeſſorium ſummarium non vendicat ſibi locum, quando ius pro poſſeſſore non præſumit.*

8 *Fur, & prædo, quando ſint manutenendi in poſſeſſione.*

9 *Poſſeſſio quanta eſſe debeat, vt quis in plenario poſſeſſorio obtinere poſſit.*

10 *Quaſi poſſeſſio in incorporalibus, quando incipiat.*

11 *Longum tempus decem annorum ſufficiens eſt, vbi ius non reſiſtit.*

12 *Violentiæ, & metus præſumptio, donec durant, poſſeſſio fundari non poteſt.*

13 *Tituli exhibitio, purgat metus præſumptionem, & violentiæ contra Baronem.*

14 *Titulum allegare, & de poſſeſſione docere, quando, & quibus caſibus ſufficiat.*

15 *Immemorabilis vbi requiritur, donec non probetur, in poſſeſſione quis manuteneri non debet, licèt longo tempore poſſederit.*

16 *Titulus hominis, & legis, quando deficit contra poſſeſſorem eſt decernendũ.*

17 *Poſſeſſio ſi coloretur, an ſufficiat, licèt titulus non exhibeatur.*

18 *Poſſeſſio qualitèr iuſtè colorari poſſit.*

19 *Poſſeſſio quando in iuriſdictionalibus denegari poſſit, quouſque titulus, vel immemorabilis probetur.*

20 *Titulum quis cogitur oſtendere in iuriſdictionalibus, aliàs poſſeſſio ſequeſtrari poterit.*

21 *Capyc. deciſ. 189. impugnatur.*

## CAPVT LXXVII.

EXPLICANDA eſt quæſtio, quæ etiam ad præcedentem confert, ſi Baro abſquè ſollẽnitate ab hac pragmatica requiſita fecerit deffẽſam, clauſuram, vel foreſtam in bonis demanialibus Vniuerſitatis, & diù in poſſeſſione ſteterit, An vaſſallis conquerentibus in iudicio, iurè Baro excipere poſſit, vt manuteneatur in ea poſſeſſione. Cumquè articulus iſte quotidianus ſit, non ſolùm in hoc caſu, ſed in omnibus prætenſionibus Baronum, circa ſeruitia, exactiones, angarias, & ſimilia, quæ à vaſſallis extorquentur, quanquam in pragm. 1. nu. 229. præc.



Digitized by Google

tract. aliqua dixerim plenius nunc declarare volui, concluſiuè tamen omnia perſtringendo.

1 Præmicto terminos, aliud eſſe poſſeſſorium ſummarium, quod interim Doct. Hiſpani nominant, & aliud plenarium dici, Menoch. tract. retinendę poſſ. art. fin. Barz. dec. Bonon. 46. cum ſeq. Couar. pract. quęſt. cap. 17. Virg. de Bocca. de manuten. cap. 21.

Primo caſu quando tractatur de poſſeſſorio ſummario, eſt diſcutiēdum, 2 an poſſeſſor habeat iuris aſſiſtentiam, vel reſiſtentiam, in poſſeſſione, vel quaſi, quam retinere intendit, vt conſiderauit Menoch. loco citato, & Gail. obſeru. 7. par. 1. Ioſeph. Seſe de inhibit. in princ. ſi enim habeat iuris præſumptionem pro ſe, tunc poſſeſſio, vel quaſi licèt de recenti, illi ſuffragari debet, circumſcript a diſcuſſione Iuſtitiæ, 3 vel Iniuſtitiæ poſſeſſionis, quæ in plenario poſſeſſorio reſeruanda eſt, ſed iudicandum erit, ſi ille poſſideat, vel quaſi poſſideat, ſi quæſtio eſſet ſuper incorporalibus, ſic Milan. dec. 1. num. 98. Menoch. loco citato, & Gamma dec. 54. ſi verò Baro habeat iuris reſiſtentiam, quod ea poſſeſſio, de iure communi, vel Regni, ad poſſeſſorem non pertineat, ſed ad Vaſſallos, vel Communitatem, & prohibita ſit de iure alienatio, & occupatio, tunc aliud eſt dicendum.

Et ſuppono regulam, quod in dubio, quæ pertinent ad Vaſſallos ſi à Barone detineantur, vel ſi non debi- 4 ta à iure ſeruitia, exactiones, & ſimilia prætendantur, vi & metu, ac dominij potentia extorta præſumuntur, & contra eos ſtat iuris reſiſtentia, Maſcard. 5 de prob. concl. 1327. & diximus ſupra cap. præced. num. 15. ac Gramat. conſ. ciu. 98. Ex qua concluſione ſequitur, quod cum violenta, & meticuloſa præſumatur poſſeſſio, non eſt decernendū in ſummario poſſeſſorio pro eo qui ha- 6 bet iuris repugnantiam, ſed prouidendum contrarium, vt ille abſtineat, & decerni debet pro eo, qui habet ius pro ſe, iuxtà cap. cum perſonę de priuil. in 6. Et ſic his caſibus ceſſat hoc remedium poſſeſſorij, interim, & ſumma- 7 rij, Borgn. Caual. deciſ. 27. par. 1. num. 33. Regens de Pont. conſil. 97. & dec. 40. Roder. de ann. redit. lib. 1. cap. 17. & num. 21. Nacta conſil. 106. & 506.

8 Nec refert dictum illud, furem, & prędonem manutenendos etiam eſſe in eorum tenuta, interim, quod de iniuſtitia poſſeſſionis cognoſcatur: Nam procedit, quando non conſtat de re furata, quia interim delictum non præſumitur, l. merito ff. pro ſocio, ſecùs ſi euidenter conſtaret de iniuſtitia poſſeſſionis, vel ius reſiſteret, vt ea retineri non poſſet, nam tunc ceſſat remediū conſeruatorium, interim Vaſq; contr. illuſt. cap. 8. Franch. dec. 163. de Pont. dec. 40. Menoch. tract. recup. rem. 1. num. 175.

Aut tractatur ſuper plenario poſſeſſorio, poſtquam Baro ſuccubuerit in ſummario, & petierit audiri in plenario, & dubitatur quanta de iure eſſe 9 debeat, poſſeſſio, vt ex ea Baro iuuari poſſit ad conſeruandam ſuam poſſeſſionem, vel quaſi, & primo videndum eſt, quando poſſeſſio incipiat, & in rebus corporalibus facilis eſt probatio, in incorporalibus autē difficilis, & mul- 10 tiſe decipiunt, in articulando, & docēdo eam, de qua quęſtione fusè locutus fui ſupra cap. 5. vbi videre poteris. Suppoſitis ergo terminis habilibus, circa initium acquiſitæ poſſeſſionis, tempus 11 ad obtinendum in plenario poſſeſſorio, regulariter eſt decem annorum Doct. in l. ſi certis annis, C. de pact. & in l. cū de in rem verſo ff. de vſur. Iacob. de feudis tit. de homag. & in terminis Petra de poteſt. Princ. cap. 7. f. 42.

Alij diuerſam ſententiam tenuerūt, vt longum tempus non ſufficiat, dum ius expreſsè reſiſtat ob metus, & vio- 12 lentiæ pręſumptionem, Vrſill. deciſ. 282. num. 12. Fabr. diff. 1. & 10. C. de ſeruit. & propterea longum tempus ſine exibitione tituli non prodeſſe, Cyn. in l. ſolemnibus C. de fid. inſtr.

Co-

Digitized by Google

13 Couar. pract.quęst.cap.18.Capyc.deciſ.6.& 71. Ioſeph.Seſe de inhibit.cap. 5.§.6. num.33.fol.479. licètq; aliqui dicant ſufficere allegationem tituli, quamuis non pręſentetur, & probare decennalem poſſeſſionem, vt Doct. in
14 cap.literis de reſtit.ſpol. non tamen locis ſupra citatis confutant hanc cautelam, quia non procedit vbi ius poſſeſſori refragatur, & ſequitur Rolan.conſ. 89.lib.2.Gramm.conſ.9.Peregr. de iure fiſci lib.7.tit.3.ex nu.20.

Multi autem ſunt opinionis, vt iſtis caſibus probatio longiſſima triginta,
15 vel quadraginta annorum requiratur, ad obtinendum in hoc plenario poſſeſſorio, in quo ius repugnat, ſi titulus nõ exhibeatur, ſed allegetur tãtum logiſſima, vel immemorabilis poſſeſſio Doct. in d.l.ſi certis annis, Maſcard.de prob. concl.687.Capyc. dec.209.num.18.& dec.6.num.10. in fine Auend.de exeq. mand.par.2.cap.4.à nu.12.

Cœteri Doct.dixerunt, quod in caſibus in quibus immemorabilis præſcriptio eſt neceſſaria, quis in poſſeſſione retineri non debet, quouſq; de ea nõ doceat, ſed ſi caſus eſſet dubius, poſſet poſſeſſio tradi habenti præſumptionem pro ſe, cum cautione, vel ſequeſtrari, Affl.in cap.1. §. angariarum num.4.tit.quæ ſint regal.Peregr.de iure fiſci, tit.de præſcrip. nu... Gratian. diſcep.441.num.14. & Gramat. conſ. ciu.98.& 147.ac voto 12.refert ſic fuiſſe per Sac.Conſil.deciſum Palaz. in rubr.cap.per veſtras fol.409. cum alijs ab ijs coaceruatis, quia dũm deficit
16 titulus hominis, & legis, omnis præſũptio eſt contra prætendentem poſſeſſionem, & quouſq; qđ centanaria non probetur, quis in poſſeſſione ſtare non debet, vt ibi.

Verùm enim verò penultima opinio reputatur magis æqua, quod poſſeſſio longiſſima ad obtinendum in hoc poſſeſſorio ſufficiat, cùm ex tãti temporis taciturnitas magnam habeat pręſumptionem pro ſe, & pręambulũ iuſtitiæ
17 dummodo ſi nõ exhibeatur legitimus titulus, ſaltim coloretur, taliter, quod poſſit Iudex ad credendum induci iuſtitiam eſſe pró poſſidente, & dicam infra cap.81.

Sed difficultas eſt, qui colores ſint legitimi, vt obtineri poſſit; Doct. in d.
18 cap.in literis, Rota dec.16.tit. de reſt. ſpoliat. Menoch. rem. 15. tit. recup. poſſ.num.403.aliquos caſus recensẽt, ſed reducuntur omnes, quando Principis ſcientia, vel licentia tacita adeſſet, quæ difficiliter practicari poſſet, vt plenè Peregr. de fideic.articul. 52.num.142.vel adeſſet titulus, aliqua tamen ſollemnitate defectiuus, qui tractu temporis potuiſſet conualidari, vt in d.cap.81.num.8.

Vltima verò opinio procedit in iuriſdictionalibus, in quibus Princeps
19 fundatam habet intentionem, & cogere poteſt ad titulum exhibẽdum, Lucas de Penna in l.2.C. de fund. limitrop. lib. 10.cap.62.

Sed nota, quod licet in iuriſdictionalibus, & officijs, quis non debeat de facto ſpoliari ex cap.Regni 66
20 & Conſtit. Regni incip. ab Officialibus, tamen ſi facta monitione ad oſtendendum titulum citati non compareãt, tunc, vt probauimus poſſeſſio ſequeſtrari poterit, vel ſpolium fieri Maſcard. concl.687. & 1332. de Pont. dec.40.

Nec eſt facienda vis de deciſione
21 Capyc. 189. qui ſentire videtur, quod quamuis ius reſiſtat, data longa poſſeſſione, quis etiam in ſummario iudicio manuteneri debeat, nam contra eam deciſio. vt non ſubſiſtat, ne aliena tranſcribam videnda ſunt, quæ notauit Ioſeph. Seſe de inhibit. Iuſtit. Aragon.cap.5. §.10. ex numer. 19. qui ad ſaluandum Capyc. dictum dat plures interpetrationes, & dicam infrà capit. 81. vbi alia pertinentia ad hanc materiam poſſeſſorij explicabo.



Digitized by Google

## ARGVMENTVM

Banna ne Vaſſalli victualia ab Area cõducant ſi ſubſiſtant, an poſt datam notitiam, ſtatim decimatores mictere Baro teneatur.

Coloni an ſuo ſumptu, et periculo ad Baronis domum terragia, et decimam aſportare debeant.

Terragium, quod de victualibus expurgatis Baroni competit, an petere poſſit in gregnis, et manipulis id ſibi aſsignari.

Quota quæ de Victualibus debetur an etiam de herbis, quæ ad paſcua affictantur peti poſſit.

### SVMMARIVM.

1 *Bannum, ut Vaſſalli, qui terragium de victualibus Baroni dare tenentur, ab area non amoueant ſine preſentia decimatoris validum eſt.*

2 *Intereſſe prætendens in Iudicialibus, & extra, audiendus eſt ſuper ijs in quibus fundari poteſt intereſſe.*

3 *Maſſarius facta requiſitione decimatori; illo non veniente, poteſt ſuam partem victualium aſportare, relicta ibi decima.*

4 *Obligatus ad ſolutionem non ſtatim cogi poteſt, ſed cum temperamento.*

5 *L. quod dicimus ff. de ſolut. expenditur.*

6 *Vaſſalli ſi tenentur decimam portare ad domum Baronis, ſunt etiam obligati menſurare coram deputatis à Barone, & interim non amouere victualia ab Area.*

7 *Vaſſalli ſuo ſumptu ad domum Baronis terragia aſportare debent.*

8 *Debitor intra diſtrictum, vſq; ad domum creditoris debitum portare tenetur, & non extra.*

9 *Pactum, vt debitor cenſum aſportare teneatur vſq; ad domum creditoris eſt nullum, ſi locus ſit diſtans.*

10 *Conſuetudo loci attendenda eſt in modo ſoluendi decimas.*

11 *Conſuetudo, vt ſtetur dicto Coloni, quanta uictualia perceperit eſt valida.*

12 *D. Ioannes Enriquez Regens Regiam Cancellariam extollitur.*

13 *Quod mihi prodeſt, & alteri non nocet concedendum eſt.*

14 *Fraudibus, & malitijs eſt obuiandum.*

15 *Modus exigendi non eſt mutandus.*

16 *Conſuetudo quamuis antiqua ſi pariat inconuenientia eſt extirpanda.*

17 *Palea eſt in fructu, & de ea decima debetur.*

18 *Decima debetur Baroni de herbis agreſtis, ſicut de victualibus quando territoria coluntur.*

19 *Colonus, qui per longum tempus territoria ex quibus debetur decima non colit poteſt eis priuari.*

20 *Vſufructuarius vſufructu priuari poteſt ſi eo non vtatur.*

## CAPVT LXXVIII.

IVSTA reputantur banna, quæ faciunt emanare Barones, nè coloni, aut maſſarij, qui debent præſtare decimam, aut terragium de victualibus, quæ colligunt de territorijs feudalibus, vel muſtũ de vineis, aut oleum ex tapetis, poſſint ſine licẽ-
1 tia, aut interuentu eorum, qui ſunt deputati ad exactionem prædictorum, amouere, menſurare, vel aſportare, Ratio fundatur, quia dùm Baro fraudari poteſt, & intereſſe habet, audiendus eſt, & non dicitur cuiquam inferre iniuriam, dùm ſuum cuſtodire intẽ-
2 dat, l. Diuus ff. de ſeruit. & ita Guid. Pap.

Pap. deciſ.283. Rota Auen. deciſ.54. Viu.dec.4.Franch.dec.117.

Sed orta fuit difficultas ſuper hoc articulo: Nam ſi Baro, vel ſuus deputatus fuerit requiſitus, vt veniat ad decimandum, & recipiendum ratam tangentem, & neglexerit eodem die, vel ſequenti accedere, ſit obligatus Colonus, ſeù Dominus victualium expectare vſquequo veniat perſona deputata à Barone ad faciendas tales exactiones, vel liceat menſurare corã alijs perſonis maſſam, & relinquere id quod pertinet ad Baronem, Franch. allegata deciſ. innuit, vt data mora

3 poſſit vaſſallus victualia menſurare, & ſuam partem frumenti, olei, ſeù muſti conducere, & relinquere decimam Baroni debitam.

Et dùm caſus accidiſſet in Regia Audientia Hydruntina, quod vaſſallus Comitis Vgenti requiſijſſet decimatorem, & non curaſſet per duos dies accedere, ad interueniendum in menſuratione maſſæ frumenti. Ille facta coram fide dignis menſuratione reliquit terragium in area ſpectans Baroni, commendando illud alijs, qui ibi erant, & ſuã partem aſportaui. Cumq; dictum terragium fuiſſet poſtea ſuratũ, erat moleſtatus pro pœna banni, ac coactus ad conſignandum terragium ſubtractum. Et habito recurſu ad dictum Tribunal, fuerunt expeditæ prouiſiones, vt non moleſtaretur, aduerſus quas ex parte Comitis fuit replicatum, maſſarium fuiſſe in culpa in non expectando interuentum Decimatoris: Fuit ergò hęſitatum per Collegas quanto tempore tenebatur Colonus expectare, ità quod dari poſſet mora, Dicebam cum temperamento iſtud tempus eſſe arbitrandum, quod

4 data notitia, mora contraheretur ſaltim poſt elapſum vnum diem, arg.tex. in l. quod dicimus ff. de ſolut. ibi (debere ſtatim ſoluere, cum aliquo temperamento temporis intelligendum

5 eſt) ſed DD. ibi non diſtinguũt, & præfigunt quantitatem temporis, quantũ eſſe debeat, Gaſpar Theſ. q. 9. par. 1. poſuit in indiuiduo hanc quæſtionem, & ait tempus viginti quatuor horarũ eſſe congruum, & ità illum Senatum cenſuiſſe, Fontanell. autem de pact. nupt.clauſ.4.gloſ.19.cap.2.nu.27. facta mentione de opinione Theſ. concludit, quod data notitia poſt duodecim horas, moram eſſe contractam ex parte Baronis, quia periculum poteſt eſſe, nè victualia perdantur ex tempeſtate. Cumquè in caſu prædicto erant elapſi duo dies poſt datam notitiam Decimatori, & Maſſarius demonſtraſſet ipſe feciſſe omnem diligentiam coram fide dignis, menſurando maſsã, & commendando terragium illis, qui in area remanſerant, abſoluimus eum ab impetitione, & faciunt tradita ſuprà cap.3. à num.13.

Quid dicendum, ſi vaſſalli vſque ad domum Baronis decimas conducere deberẽt, an ſimiliter ſub pœna prohibitio fieri poſſit nè vaſſalli ipſo inaudito menſurare, & extrahere poſſint victualia ab area, torculari, ſeù tapetis,

6 & reſolutum fuit, bannum ſubſiſtere, quia fraus eo tempore fieri poteſt, & propterea interuentus cuius intereſt à iure approbatur Capp. Tholoſ. q.432. Tiraq. de retr. §.1. gloſ.7.nu.38. Couar.var.reſ.cap.17.nu.8. vndè eadem obſeruatio facienda eſt, proùt in præcedenti caſu notauimus, Guctier. quęſt Canon.22.nu.49.lib.2.

Reſtat ad prædicta ſciendum, an vaſſalli decimas, ſeù terragia ad domũ Baronis ferre teneantur, vel ipſe perſonam cum animalibus mictere debeat ad conducendum ſuis expenſis, Franch.dec.124. hoc indeterminatum reliquit, ſed regularitèr tàm in iſto caſu, quàm ſimilibus, debitor tenetur

7 vſque ad domum creditoris debitum deferre, DD. in l. item illa ff. de conſtit. pecu. Crauet. conſil. 41. numer. 32. Franc.Milan. deciſ.6. numer. 26. dummodò debitor, & creditor eiuſ-

8 dem fori ſint, aliàs ſuis expenſis, & periculo pecuniam, vel aliam ſpeciem deferre

Digitized by Google

deferre non cogitur, Duen.reg.161. adeò quod iniuſtum reputatur pactum in contractu cenſuali conuentum, vt debitor ad locum creditoris, à terra ipſius debitoris diſtantem, cenſum aſportare teneatur, Felic.de cenſ.lib.3. cap.3.nu.6.par.2.& Molin.loco citat. nu.137.niſi poſt moram commiſſam per interpellationem, vt Milan.deciſ. cit.nu. 25. qui hanc communem eſſe opinionem firmat. Limita vbi conſuetudo eſſet in contrarium, vt debitores, penſiones, & decimas non deferant, niſi Dominus decimæ, & penſionum ſuo ſumptu perſonam cum beſtia ad
10 conducendum miſerit, nàm tùnc ea attendenda eſt,& ſic è contrà, Caſt.in l.lineam ff. ad l.falc. Gratian. diſcept. cap.128. nu.5. Duen.loco citato lim. 4.& quaſi generalis eſt iſta cõſuetudo ſuper terragijs exigendis ex territorijs datis ad coloniam,& adde D.Regentẽ Valenzue. conſ.67. ac Cæpol.tit.de meſſe,& vendemia.

Similiter eſt attendenda conſuetudo, vt ſtetur dicto maſſarij, & coloni de perceptis,nulla data priùs notitia
11 cenſuario, vel fundi proprietario, etiã ſi in horrea ſua victualia conducant, dummodò ſtatim creditori notitiam dent, de eo quod illi competit, ſic Crau.conſ.21. Gutier.quæſt.Canon. cap.21.nu.50. par.2.

Inſupèr incidit dubitari, an Baro ad euitandas fraudes, quæ continuò in trituratione, & collectione victualium committi ſolent, iurè prætendere poſſit,vt ſolutio,quæ facienda eſt de frumento,ordeo,& ſimilibus.de decem vnum,vel de octo,iuxtà loci conſuetudinem,ea fiat in gregnis, numerando manipulos,vt de quibuslibet decem, vel octo reponatur vnum pro Barone, & ſic de tota maſſa, facta coaceruatione,& computu valeat Baro ratam ſibi tangentem, ad ſui libitum aſportare. & ad ipſius beneficium facere triturare. Et dùm caſus accidiſſet in Regia Audientia Hydruntina, quod Baroniſſa Campij,nùnc Marchioniſſa
12 titulo decorata D. Maria Paladina ex nobiliſſimis, & primarijs familijs Ciuitatis Licienſis, mulier omni decore, & complemento virtutũ ornata, quæ poſtea in matrimonium ſe copulauit cũ D.Regente R.Cancellariæ D. Ioanne Enriquez meo obſeruandiſſimo, qui ob graues ſuas partes, & ingentes virtutes in ſua viridi ætate, tam ſublimi officio,& dignitate decorari meruit. Prętendebat ergo dicta Domina, illam in hoc non grauare ſuos Vaſſallos, ſed potiùs illos eſſe in maiori vtilitate, nã ipſi obligati erant frumenta triturare, & cum labore vocare, vt purificatis poſtea daretur ei decima,& dùm illa à labore, & ſumptu eos exonerabat, contentando ſe habere gregnas, ſeu manipulos ſibi erat concedendum,
13 nam quod mihi prodeſt, & alteri non nocet, denegandum non eſt, ex vulgata iuris regula, l. prim. C. de Alluuion.& abundè Barboſ. in l.2.part. 2. ex num.35.ff.ſol.matr.& ſuum intereſſe erat patens, nàm continuò fraudabatur,ita & taliter, quod inducta erat ad impetrandum monitoria ab Eccleſiaſtico pro reuelatione habenda de fraudibus à Maſſarijs commiſſis, & multæ fuerunt detectæ, licèt .n. ipſa decimatores ad recolligendum eligiſſet,interim tamen, dùm frumenta in Areis expurgabantur, ex maſſa ad libitum excoriabant, & obuiandum eſt fraudibus,& malitijs,l.in fundo ff.de rei vend.l. magis puto §.ſi pupillus ff.
14 de reb.cor.,& ita Granut.Theor.1.nu. 12.& innuere videtur Surd. dec. 30. nu.7.Magnum enim Iudicis arbitrium eſſe debet,vt fraudibus occurratur ait tex.in l.1. in fine ff. de Calumniat. l. conuenire ff.de pact.dotal. & in ſimili ſic reſpondit Roman. ſingul. 526. & proinde ad euitandas impoſturas, & monopolios ſuper victualibus multa licent,vt fraudes ceſſent DD.in l. annonam ff.ad l.Iul. de annon. Si igitur tot,& tanta ſpecialia ſunt de iure prodita,vt fraudibus obuietur, & cum omnis ſuſpicio ceſſet, vt potius in ma-

Digitized by Google

manipulis ſolutio fiat, quam in victualibus expurgatis; legitimo iure decerni, ſic deberi dicebatur.

In contrarium vaſſalli allegabant, eſſe antiquum ſolitum ſolutionis obſeruandum, & ea quæ antiquam habebant conſuetudinem, mutanda non eſſe, l. minimè ff de legib. & in terminis
15 conſuluit Crauet. conſ. 21. concludendo modum exactionis non eſſe mutãdũ. Et eſt incõueniens, nè alij fraudare poſſint, omnibus de communitate præiudicare Oldrad. conſil. 65. nàm allegare inconueniens non eſt ſoluere. Sed fuit replicatum, reſponſionem ex aduerſo non tollere argumẽtum, quod delinquendi, & fraudandi amputanda eſt occaſio, & conſuetudo, quamuis antiqua, ſi tractu temporis fiat nutritiua
16 peccati, & inconuenientia adducat mutanda eſt, aut extirpanda, l. 1. C. de Fabricenſ. lib. 10. Vndè etiam lex, quæ à principio, vti iuſta, & vtilis recepta fuit, ſi tractu temporis contrarium effectum pariat, non erit obſeruanda, DD. in cap. fin. de Conſuet. & in cap. fin. de præſcrip. Gram. conſ. 67. nu. 13. Et ità in indiuiduo huius articuli refert Fontan. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 19. p. 2. nu. 1. impugnando dictũ Crau. conſilium, quia illud communiter confutatur, vt nouiſſimi Add. ad deciſ. Guid. Pap. 284. Et propterea ex prædictis ad fauorem dictæ Dominæ iudicauimus.

Limitaretur dicta concluſio, ſi damnum afferret vaſſallis, quia palea, quæ ex gregnis colligitur eſſet Maſſarij; nàm iſto modo remaneret penès Baronem; Palea enim eſt in fructu, Franch. deciſ. 103. Sed reſpondetur,
17 quod quando Baroni decima debetur de fructu, etiam de palea eam petere poſſet, vt ibi Franch. ſed circumſcripto, quod conſuetudo eſſet in contrarium, non eſſe ſolitum dare decimam de palea, ſi conſideretur labor, & diſpendiũ in diſpurgando frumento, æquiualent, & ſuperant valorem paleæ, vt accepimus à Maſſarijs, qui ſemper contenti eſſent, paleam tradere pro expenſis, quæ in area erogant, vt notorium eſt, & proindè limitatio iſta non eſſet conſiderationis, ſuppoſita fraude, vt diximus, ſecùs ſi ad æmulationem peteretur. vt aduertit ibi Fontan.

Vlteriùs antequàm finem imponam ſuper hac materia territoriorũ, quæ terragia, ſeù decimas reddunt Baroni, eſt videndum. Si vaſſalli qui tenent ea territoria, illa non colant, ſed vtantur poſteà ad miniſterium hærbæ agreſtæ, quas vel viridas vendunt, vel pro fenis eas retinẽt, an quota de herbis, proùt
18 de ſeminatis Baroni debeatur. Fuit hæc lis in Ciuitate Licenſi, inter Monaſterium S. Nicolai, ac S. Crucis cum colonis, quæ Monaſteria tenebant magna tenimenta territorij, & concedebant ad ſeminandum, & ea locabant coloni pro paſcuis, prætenderũt Aeconomi, quotã de affictu paſcuorum, & eis competere iudicauimus, & deuoluta cauſa per appellationem ad Sac. Conc. fuit ſententia confirmata ex iuris diſpoſitione, quod idem ius conſiſtere debet in ſeminatis, & fructibus induſtrialibus, quam in naturalibus, gloſ. in l. certo generi ff. de ſeru. ruſt. præd. verbo acquiſitum eſt, & ibi Bart. & cœteri, Valaſc. conſul. 58. Barboſ. in l. diuortio §. ſi vir. nu. 31. ff. ſol. matr. Directus enim Dominus, nec directè, aut indirectè iure ſuo priuari debet. Indè eſt, quod ſi colonus, vel is qui tenet territoria, quæ reddunt cano-
19 nes, terragia, vel decimam, ea colere neglexerit, cogi, & etiam priuari poterit, ſi per multum tempus agros ad culturam reducere non curauerint, l. 4. C. de omn. agr. deſer. lib. 11. Gamm. deciſ. 235. Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 13. nu. 293. Hinc ſi vſufructuarius
20 vſufructu non vtatur, & locus deſeratur poteſt eo priuari, DD. in l. non vtitur, & l. ſeq. ff. de vſufr. Caſtil. de vſufr. q. 67. Borgn. tract. de vſufr. mul. relict. ex num. 168.

AR-

## ARGVMENTVM.

Vniuerſitas an in præiudicium cõmunionem habentium ſibi defenſam facere poſſit.

### SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitates abſq; Regio aſſenſu defenſas facere non poſſunt.*
2 *Vniuerſitas ad ſui beneficium defenſas facere poſſe proponitur, etiam in præiudicium communionem habentium.*
3 *Aſſenſus impetratus ſuper facienda defenſa tacito, quod in eo territorio erat communio cum exteris, reuocari poteſt, vti ſubreptitius.*
4 *Auend. ſententia, eiuſq; verba ponderantur, quando Vniuerſitas poſſit claudere ſibi locum in præiudicium vicini, & nu. 7.*
5 *Vniuerſitas animalia repartiri poteſt & quantitatẽ taxare quã quiſquã ponere debet ne inuicem ſe in paſcuis impediant.*
6 *Quantitas animalium in paſcuis eſt repartienda iuxta quantitatem paſcuorum, ab expertis arbitranda.*
8 *Ius paſcendi de iure communi mutari non poteſt in præiudicium ius habentium.*
9 *Melior conditio eſt prohibentis in re communi.*
10 *Socij dicuntur habere ius dominij indiuiduè.*
11 *Iuri quæſito præiudicare nec Princeps poteſt.*
12 *Acta facta cum prædeceſſore nocent ſucceſſoribus.*
13 *Exceptio, quæ obſtat cedenti, obſtat & ceſſionario.*
14 *Actus poſſeſſiui licèt mille attentati poſt litem motam non ſuffragantur.*
15 *Paſtus ſi animalibus ciuium non ſufficiat, exteris denegari poteſt, licèt ſeruitutem paſcendi, vel communionem habeant.*

## CAPVT LXXIX.

Statuit, vt diximus tex. huius pragmaticę, vt defenſas, aut foreſtas Barones facere non poſſint, abſq; Regio aſſenſu, & conſẽſu Vaſſallorum, & aliorum, qui ius, & communionem in eo territorio habent. Quæ quidem diſpoſitio ampliatur, vt non ſolum Barones, ſed neq; Vniuerſitates talem facultatem habeant, defenſas fundandi, vti per aliam prag. primam §. & nec comitibus tit. de ſalar. eorum qui
1 miſſ. ſuper qua Pragmatica D. Rouit. num. 30. excitat quæſtionem, an poſſit Vniuerſitas vſum paſcuorum reſtringere, & in præiudicium vicinorũ communionem habentium in territorio facere defenſas, & pro affirmatiua concludit, ex Auend. ſententia in tractat. de exeq. mand. Regum cap. 13.
2 concl. 91. num. 10. quem ſequitur Mexia de taxa panis concl. 5. nu. 80. Nec contradicere ſe Auend. ſupponit quatenus in cap. 4. num. 22. verſ. quod facit contrarium innuere videatur dicendo non poſſe fieri defenſas per homines pecheros, in præiudicium habentium ius paſcendi in loco, quia appellatione vicinorũ, Hiſpano idiomate, non intelliguntur foraſterij vicini, vt nos intelligimus, ſed ciues eiuſdem populi. Vndè ſenſit hoc loco, Auend. foreſtas non poſſe fieri ſine conſenſu ciuium, cumq; ciues alij ſint pecheros, alij hidalghi, qui ſunt immunes à tributis, (qui ita vocantur,) omnium iſtorum conſenſus requiritur, & ſic non loqui videtur de exteris comunionẽ habentibus, & propterea dum non contradicitur ſubſtinetur eius dictum in cap. 13. num. 10. vt Vniuerſitas pro ſui comodo etiam in præiudicium communionem habentium, defenſas facere valeat: Hæc ſunt quę D. Ro-

D.Rouit .dixit loco citato,& ſimiliter confirmat in prag.1.num.19.titul.de paſcuis.

Sed cum in facti contingentia Vniuerſitas Petræ Paulæ, Prouinciæ Calabriæ, in quadã parte ſui territorij dicto (del orgia) defenſam feciſſet, & Regium aſſenſum impetraſſet, dum eam defendere voluiſſet ab Hominibus Terræ Campanæ conuicinæ, quæ inſtrumentum communionis cum Petra Paula ex antiquo tempore, Regio aſſenſu roboratũ habebat, illa in Collaterali Conſilio comparuit, petendo aſſenſum reuocari, vti ſubreptitiè impetratum, tacito quod in ea parte territorij Vniuerſitas ipſa Campanæ cõmunionẽ habebat, & ſeruatis ſeruãdis,
3 exhibitis ſcripturis, & probata antiquiſſima poſſeſſione fuit aſſenſus conceſſus Petræ Paulæ reuocatus, & mãdatum Regiæ Audientiæ illius Prouinciæ, vt conſeruaret Ciues Campanæ, qui in dicta defenſa cum eorum animalibus intercipiebantur, & eam in ſua poſſeſſione manutenere debebat, Cumque ad æmulationem dicta Vniuerſitas Petræ Paulæ poſtea illam defenſã Baroni donaſſet ille poſt aliquos annos denuò turbare cœpit, intercipiendo animalia Vniuerſitatis Campanæ, vndè nouiter ſuſcitata fuit antiqua lis, & Baro vti nouus ſucceſſor fingendo non habere notitiam attitatorum tuebatur illam defenſam ex titulo conceſſoris, aſſenſu vallato, & introducta cauſa in Sac. Conſilio, ego vti Aduocatus Campanæ conſiderationes feci ſup Auẽd. dicta quę in iuſtitia cauſæ mihi refragari videbantur, quod Vniuerſitas ſine aſſenſu, in pręiudicium communionem habentium defenſam facere potuiſſet, & eum legi, & perlegi qui in d. cap. 13. num.10. ſic formaliter loquitur. Nona concluſio eſt, quod Dominus Vaſſallorum pro conſeruatione, & ęquali diſtributione paſtus communis poteſt ſtatuere ne quis vltra certum numerum ouium, vel bouum, aut por-
4 corum, vel aliorum animalium habe ę intra territorium, ne ipſe ſolus conſumat, & deuaſtet paſturam, quæ debet ſingulorum comodis deſeruire, & iſtud ęquiſſimum ſtatutum ligauit nõ ſolum Vaſſallos, ſed etiam forenſes ius habentes, vel communitatem paſcendi intra illud territorium, debent tamẽ Domini cauere, ne id fraudulenter faciant, nam fraudibus eſt obuiandum, Hæc Auend.

Ex quibus verbis (ni fallor) ſuppono non probari, quod Vniuerſitas in præiudicium communionem habentium poſſit defenſam facere in beneficium ſuorum ciuium tantum, excluſis vicinis ius paſcendi habentibus: Dicit enim, quod, vt paſtus Animalibus comodè deſeruiat, Vniuerſitas reſtringere poteſt, deſtinando certum numerum animalium, quẽ quis ponere debeat, habita conſideratione capacitatis territorij, de quo articulo in capit. ſeq. verba faciemus, vbi concluſimus, quod animalia numeranda ſunt, &
5 quantitas territorij menſurari, & poſtea ad arbitrium peritorum ſtatuendum eſt, quantam ſummam animaliũ paſcua patiantur, cum refrenandus ſit numerus, ne inuicem ſe impediant. Hæc ęquidẽ reſtrictio, iuſta eſt, & ſubſtinetur, tam in fauorẽ ciuium, quam exterorum, quorum æquale ius paſcendi intereſt partiri, vt paſtus omnibus comodè ſufficiat, & non ſequatur abſurdum, quod quiſque ad libitum animalium quantitatem ponat & vis, & potentia præualeat, & ex incõpetenti numero, paſtus omnibus poſtea deficiat. Non autem dixit Auend.
6 quod Vniuerſitas poſſit facere reſtrictionem, & defenſam, vt exteri cõmunionem habentes in loco reſtricto accedere non valeant: nam talis ordinatio, nec de iure cõmuni, nec Regni ſubſtineri poteſt, & ſic ex diuerſis non
7 eſt facienda illatio, l. papinianus ff. de minor.

De iure inquam ius paſcendi in territorio quæſitum mutari, vel auferri

ſi non poteſt in præiudicium illius qui ſeruitutem, vel cõmunionem habet ad
8 tex. in l. in concedendo ff. de aqua pluu. arc. l. ſi eo loco ff. ſi ſeruit. vendic. l. ſi domus, verſ. quoad ſtillicidium ff. de ſeru. vrb. præd. & in re communi præualet conditio prohibentis, ſi ſo-
9 cius ſolitum mutare velit, l. certo ff. de ſeruit. ruſtic. præd. l. Sabinus ff. com. diuid. Ius enim communionis indiui-
10 duum eſt, & vnus ſine alio quicquam facere non poteſt Felic. de Societ. c. 1. nam id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro tolli non debet, iuxta verba tex. in l. id quod noſtrum, de reg. iur. Et vltra has regulas generales ſic in terminis ſenſerunt Soccin. conſ. 105.
11 & 141. lib. 1. Crauet. conſ. 4. Couar. variar. reſol. lib. 1. cap. 17. nu. 17. ex verſ. ſed & quoties, ex Bart. in l. toties §. ſi per illum text. ff. de pollicit. & in l. ambitio nu. 12. ff. de decr. ab ord. fac. & ipſemet Auend. fatetur in cap. 12. nu. 31. verſ. alij autem par. 1. & magis punctualiter Seſe Arag. dec. 74. ex nu. 147. dicens neque Principem, de iure poſſe in præiudicium communionem habentium diſponere, vt Vniuerſitati liceat facere defenſam; prohibendo ne communione habentes in ea accedere valeant cum eorum animalibus, quia iuri tertio præiudicare haud poteſt, ex l. 2. §. merito ff. ne quid in loco publ. Accedat diſpoſitio Regni huius 11. prag. quæ expreſſe mandat ne defenſæ fiant ſine conſenſu omnium illorũ, qui in territorio ius communionis habent. Ex ijs omnibus nulliter fuiſſe factam defenſam per Vniuerſitatem Petræ Paulæ; & legitime fuiſſe reuocatũ aſſenſum primo loco ei conceſſum, pro illa defẽſa conſtituẽda dicebã, dũ docuerat habuiſſe cõmunionem cum Vniuerſitate Campanæ, & acta facta cum ipſa Vniuerſitate no-
12 cere ipſi Baroni habenti cauſam ab illa Alex. in l. ſæpe nu. 42. ff. de re iudic. nã exceptio, quæ obſtat cedenti ob-
13 ſtat ceſſionario l. doli ff. de nouat.

Nec refragabatur prætẽſio Baronis Petræ Paulæ, ipſum eſſe in poſſeſſione, & in ea conſeruari debere, adducendo in prõptu multas interceptiones, & exactiones pœnarum factas, contra Ciues Campanæ, quando eorum animalia inuenta fuerunt paſcentia in dicta defenſa; nam replicabatur, quod ad redimendam vexationem carcerationis animalium illi inducebantur, vnde ij dici non poſſunt actus poſſeſſiui, eo magis, quod erant attentati poſt litem introductam in Sacro Conſilio, vnde mille milia non iuuant ad inducendam poſſeſſionem, ſed ex
14 regula attentatorum reuocandi ſunt, Lancellott. de attentat. c. 4. lim. 1. Seſe de inhibit. cap. 6. §. 1. num. 77. item factum aliquorum ciuium, præiudicare non poſſunt alijs Ciuibus, & toti Vniuerſitati, maximè in paſcuis, quæ ſingulis vt ſingulis competunt, vt dixi ſupra cap. 73. & ita obtinui referente Cõſiliario D. Octauio Piccolellis viro integerrimo.

Quando vero Vniuerſitas aliqua communionem diſſoluere vellet, quia paſcua ſuis ciuibus non ſufficiant, ex eo quod Populus fuit auctus, vel habeat maiorem quantitatem animaliũ quam prius tenebat, vidẽda ſunt quæ dixi ſupra cap. 76.

## ARGVMENTVM.

Communiones inter Vniuerſitates circa paſcua, & alia, quas ſollemnitates requirant, vt ſint validæ.

Communio licet ſoll nis, vel præſcripta ſpatio immemorabili an ſẽper diſſolui poſſit ſi altera continuare noluerit.

Diuiſio paſcuorum, an iure peti poſſit, & repartitio ſi erit facienda, qualiter numerus animaliũ ſit diſtribuendus.

SVM-

## SVMMARIVM.

1 *Communiones inter Vniuerſitates multa ſollemnia deſiderant.*

2 *Communio alienationem ſapit.*

3 *Baro habet intentionem fundatam intercipiendi animalia, paſcua ſumentia in ſuo diſtrictu.*

4 *Poſſeſſorium ſummarium non eſt concedendum ei, qui habet iuris reſiſtetiam contra ſe.*

5 *Conſeruatorium debere concedi in plenario poſſeſſorio probanti communionem, dicit* Capic. *dec. 189.*

6 *Deciſio prædicta impugnatur, & diſtinctione poteſt ſaluari.*

7 *Poſſeſſio longa non ſufficit vbi ius reſiſtit, ſi titulus non exhibeatur.*

8 *Titulum præſentare ad obtinendum in poſſeſſorio ſufficit, licet non ſit ſollemnis, ſi in petitorio poterit iuſtificari.*

9 *Terminus in cauſa nõ eſt neceſſarius, quando ſi controuerſia non requirat facti probationem, ſed iuris tantum diſcuſſionem.*

10 *Exceptio, quod quis nõ intendit ſtare in communione, eſt liquida.*

11 *Communio ſollemnis, vel præſcripta ſpatio centum annorum diſſolui poteſt, ſi altera nolit continuare.*

12 *Præceptum teſtatoris pœnale, vt hæredes ſtent in communione non ſubſiſtit.*

13 *Destructo fundamento principali, fruſtrà diſputatur de alijs.*

14 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituẽdus, ſecus ſi in promptu opponatur exceptio excluſiua.*

15 *Communio iure diſſolui poteſt inter Vniuerſitates, ſi paſcua vix ſuppetãt ſibi.*

16 *Inæqualitas eſt legitima cauſa petendi diſſolutionem ſocietatis.*

17 *Paſcuorum vſus an poſſit dimitti, reſoluitur.*

18 *Cõmoditas paſtorum poteſt, & datur intellectus ad l. vſus pars, ff. de vſu, & habit.*

19 *Diuiſio paſcuorum qualiter ſit facienda, plures opiniones referuntur.*

20 *Maior commoditas dari debet concedenti ſeruitutem, quam ei cui conceditur.*

21 *Practica Regiæ Dohanæ menepecudum in repartitione paſcuorum, refertur.*

22 *Animalia diuerſæ ſpeciei non æqualiter ſunt tractanda in repartitione paſcuorum.*

## CAPVT LXXX.

POſtremò, vt abſoluam partes huius pragmaticę quæ diſpoſuit vt Vniuerſitates defenſas facere non poſſint, ſine conſenſu omniũ Ciuium, & eorũ, qui in paſcuis communionem habent. Solent enim Communitates conuicinæ, communicare iura paſcendi, aquãdi, lignandi pro maiori commoditate, & ad tollendas differentias terminorum, intra quos alter in alterius diſtrictum animalia introducit.

Hæc æquidem communio, vt ſubſiſtat, oportet vt ſollemniter conficiatur, vʒ. cum conſenſu Ciuium, ac Ba-
1 ronum Terrarum, & eorum qui communionem habent in territorijs, & quod interueniat Regius aſſenſus, alias inualida eſſet, vt dictat Cap. Regni, incipien. Pondus, & eſt ratio, quia iſta communicatio ſapit alienationem, & Vniuerſitates non poſſunt contrahere iſto caſu ſine tali ſollemnitate, l. fin. C. de vendend. rebus Ciuit. lib. vnde-
2 cimo, Affl. dec. 254. Et ideò licèt diù pacificè eſſet ſeruata, tamen ratione nullitatis ſemper altera earum retractare ſe poterit, l. quemadmodum, C. de agricol. & cenſ. lib. 10.



Digitized by Google

Difficultas, quam examinare intendimus eſt, an in poſſeſſorio ſummario, vel plenario Vniuerſitas, quæ intendit continuare communionem, debeat conſeruari, pendente diſcuſſione, ſuper validitate ipſius, & in petitorio data, quod communio legitimè interceſſerit, an etiam peti poſſit diſſolutio, & inuitus quis teneatur ſtare in cõmuni.

Et quoad diſcuſſionem ſummarij poſſeſſorij, dùm in facto eſſet hæc quæſtio in Sacro Conſilio inter Vniuerſitates Verri, & Balbani, Dux terræ Verri, cuius partes ego tuebar, intercipiebat animalia, quando paſcua ſumebant in ipſius territorio, habebat enim
3 fundatam intentionem arcendi exteros ab ingreſſu in ſuum diſtrictum vti habet quilibet etiã priuatus, ius prohibendi in ſuum fundũ volenti illum ingredi, l. diuus, ff. ſi ſeruitus vindic. l. in agris, ff. de acquir. rerum domin. Capic. deciſio. 45. in noſtris terminis, & Auend. de exeq mand. Regum c. 4. par. 1.

Et quamquam Ciues, & Vniuerſitas Balbani allegarẽt communionem,
4 tamen quia ius reſiſtebat, ſummarium poſſeſſorium interim concedi de iure non debebat, ex cap. cum perſonæ, de priuil. in 6. de Ponte conſ. 78. vt dixi ſupra c. 78. & ex ijs obtinuimus, referente Conſiliario Carauita Viro eruditiſſimo, & oculatiſſimo, vt dicta Vniuerſitas ex aduerſo abſtineret: ſed cũ illa terminum petijſſet, ſuper plenario poſſeſſorio.

Dubitauimus ſuccumbere, quia re vera, longo tempore extiterat communio inter dictas Vniuerſitates, &
5 iuxta deciſ. Capic. 189. fuit iudicatum in hac materia pro Vniuerſitate Titi, quæ petierat conſeruari in poſſeſſione communitatis ſuper plenario poſſeſſorio.

Et quamquam ea deciſio poſſet impugnari, vel diſtinguendo concordari, cum alijs deciſio. eiuſdem Capic. 6. & 77. in quibus videntur contrarium
6 aſſerere, vt longum tempus non ſufficiat, quando ius reſiſtit, vt Ioſeph. Seſſe tracta. de inhibit. cap. 5. §. 10. ex nu. 19. qui meminit de iſtis deciſionibus, & benè explicat hunc punctum, dicens, quod ſola poſſeſſio licet longiſſima, nil releuet, vt Afflict etiam dec. 254. concludit, ſi verò cũ poſſeſſorio adiungatur tituli exhibitio, vel eſſemus in
7 in caſu vbi ius non aſſiſteret, neque reſiſteret; hic procedit dec. 189. Capic. & ita debet intelligi, nè ſit contrarius cũ alijs deciſ. ſuis ſupra citatis, vt diximus in præc. tract. prag. 1. n. 234.

Titulus tamen etiam ſi non ſit vndique ſollemnis ſufficit, veluti si deficiat aſſenſus Regius, nàm quia is poteſt ſuppleri in præſentando, vt reſpõ-
8 dit Anna alleg. 84. & probat idem Capyc. dec. 77. nu. 14. & ſic poſſeſſio cum titulo, ſat eſſet ad obtinendum interdictum conſeruandæ poſſeſſionis, si longiſſimum tempus intercedat, vt diximus ſupra cap. 78.

Cùmque in dicta cauſa aderat inſtrumentum communionis initæ, & ſic titulus poterat præſentari, & poſſeſſio probari à parte aduerſa, exitus cauſæ non poterat eſſe ad beneficium Ducis, & Vniuerſitatis Verri.

Altiùs ergò intuendo, in Collegio Aduocatorũ, qui in hoc articulo eramus coadunati, dicebam ego, quod ad excludendum poſſeſſoriũ, ac simùl petitorium, poterat ex parte Ducis, & illius Vniuerſitatis, opponi exceptio, quæ perimebat omnem prætenſionem partis aduerſæ, vti excluſiua intentionis iuris, & facti agentis, nec requirebat facti probationem, cùm conſiſtebat tantùm in iure. Et quando di-
9 ſceptatur articulus iuris, certum eſt, quod non eſt neceſſarius terminus in cauſa, ſed ſolum ſententia ferenda erit, Anna ſing. 470. de Ponte cõſ. 59. Maſtrill. dec. 196. num. 3. Proponebam igitur, vt fieret ſupplicatio, quod etiam ſi adeſſet communio inter ipſas Vniuerſitates Terra Verri, & eorum

vtilis

vtilis Dominus, non intendebant in communione ea ſtare, ſed quatenùs vera, & ſollemnis eſſet, (qđ negabatur) petebatur diſſolutio: Hæc equidem exceptio liquida eſt, cùm de iure ſit reſolutum, quem non cogi poſſe ad per-
10 ſeuerandum in communione, & ſocietate, l. in hoc §. ſi conueniat ff. cõmun. diuid. & etiam ſi duraſſet longiſſimo tempore, vel præſcripta tempore immemorabili, quæ habet vim tituli, & præſumit Regium Aſſenſum, & omnia ſollemnia, vt dixi in præced. Commen.
11 pragm. 1. tamen adhùc non eſt quis obligatus continuare communionem, & inuitus in ea ſtare, ſimiliter ſi eſſet facta per inſtrumentum ſollemne, & iuratum, de non diſſoluendo, quicquid perfunctoriè in contrarium videatur ſentire Affl. dec. 254. quem Vrſill. ibi impugnat.

Vel adeſſet præceptum teſtatoris,
12 omnia de iure reputantur inutilia, ſi vna ex partibus ſe pęniteat; quia communio contra voluntatem eſt radix diſcordiæ, & peccati, & nutrimentum multorum ſcandalorum, Ideò non eſſe ſeruandam concluſum eſt de iure, vt vltrà Doct. antiquos benè explicat Hector. Felic. in tract. de ſociet. c. 31. ex n. 67. Crau. conſ. 60. & Auend. de exeq. mand. cap. 4. par. 1. nu. 20. & ità Dom. Rouit in pragm. 1. tit. de paſcuis nu. 18. & in tit. de ſalar. nu. 31. & nouiſſimè Cancer. lib. 3. var. reſolut. cap. 3. num. 440. Hac Iuris ſuppoſitione poſita, ſequitur, quod cùm nil in facto ſit deducendum, petita reuocatione, nil remaneat in iudicio agendum, ſolum declaratio, vt quęlibet Vniuerſitas vtatur iure ſuo, vt deciſum in terminis refert Vrſill. dec. 254.

Et ſic dùm hæc exceptio liquida diffiniebat etiã petitorium, & totum negotium, ceſſabat materia poſſeſſorij, quia fruſtrà deducitur, quod factũ non releuat, cũ deſtructo principali corruat
13 antecedens, & conſequens, l. cũ principalis cauſa non ſubſiſtit ff. de reg. iur. & inutiles circuitus ſunt euitandi, l. dolo facis, ff. de doli mali except. Inde eſt, quod aduerſus interdicta, retinendæ, ac recuperandæ poſſeſſionis, licet ſpoliatus ſit antea reſtituẽdus, ex vulgata regula, ea limitatur, quando in
14 promptu opponitur liquida exceptio excluſiua iuris agentis, Couarru. practic. quæſtio. cap. 23. Crau. conſ. 302. Vrſill. deciſ. 216. Menoch. tract. retin. rem. 3. nu. 589. cum ſeq. nàm ſuperſedetur in reſtitutione, Quibus conſideratis, vnanimi opinione ſic fuit concluſum, & porrecta fuit ſupplicatio ad eradicandam radicem omnis prætenſionis partis aduerſæ, qua præſentata, & intimata, vltra non fuit proceſſum in cauſa.

Item iuſtitia reuocationis communionis coadiuuabatur, quod non ad ęmulationem diſſolutio ſocietatis petebatur, ſed ex iuſtis, & legitimis cauſis, & adducebam duo alia notabilia ſuppoſita. Primò, quòd omnis communio intelligitur de iure, rebus in eodem ſtatu manentibus, ſed ſi ſuper-
15 ueniat noua cauſa, ſocietas vel quælibet ſeruitus conceſſa reuocari poteſt, exemplum caſus noſtri ponitur: Vniuerſitas Vetri principio initæ communionis erat paucorum focul ariorum, ſed ab hinc nõ multis annis fauore, & auxilio Ducis fuit aucta, & facta nimis populoſa, cum infiniti illuc venerant ad habitandũ: Illo primæuo tempore paruus numerus ciuiũ, pauca habebat animalia, & poterat ad paſcua ſua accomodare conuicinos, hodie animalia ciuium innumera, abſorbent paſcua totius territorij, adeò quod foràs quęrunt, & ſe fidant pro illis paſcendis, vt ex ſcripturis patet, & propterea nõ eſt iuſtum dùm paſtus non ſufficit veris Dominis, quod præbeant alijs cõmoditatem, ad tex. l. ſiquis diutinã, C. de aquęduc. lib. 10. & quod iſta legitima ſit cauſa diſſoluendi ſocietatem dixerunt Affl. & Vrſill. dec. 290. Auendan. de exeq. mand. cap. 4. par. 1. num. 20.



Digitized by Google

& dixi in meo ſingul. 191. Cùmque ex antiqua, & noua focúlariorum numeratione, conſtet de aſſertis, ergò nō eſt ęmulatio, petitio reſolutionis communionis, ſed iuſtitia; Nec refert, quod poſſet tacitè reſponderi, quod ſi numerus Ciuium Terræ Vetri eſt auctus, tantò magis onerantur paſcua territorij alterius Vniuerſitatis Balbani, quæ patitur communionis viciſſitudinem, cum alter alterius paſcuis vtatur, vnde fraus, & iniuſtitia non poteſt fundari, l. de fideicommiſſo, C. de tranſact.

Nàm replicatur ( & ſic ſecundo notamus ) quod quando ineſt magna
16 inæqualitas inter vnum, & aliud territorium conuicinum, quia vnum eſt magnæ capacitatis ad paſcua, alterum anguſtum, vel ſterile, hoc caſu ratione læſionis, & inæqualis ſocietatis, peti iure poteſt ſolutio, Couarr. variar. reſolut. lib. 1. cap. 17. & probat tex. cap. Regni incipien. pondus, & Auend. loco citato, Vniuerſitas Balbani territorium anguſtum parui diſtrictus tenet, & alia amplum, vndè non poteſt adaptari reſponſio, quòd ſint in pari cauſa, ſed ſatis diſpari; & ideò ex vtraque ratione, vltra principale aſſumptum voluntatis ſtandi in communione, omni via iuſtitiam ſtare pro Duce concluſi, vt iure communio diſſolui poſſit.

Quibus penetratis à parte aduerſa, cauſa vltra non fuit ab ea protracta, & propterea ſuper ijs articulis non fuit facta aliqua prouiſio, ſed ex dictis veritas patet, cùmque hæc ſint quotidiana, & notatu digna, volui ad hanc materiam paſcuorum, dictas quæſtiones inſerere.

Et conſecutiuè etiam, elucidamus aliud dubium; quid ſi Vniuerſitates, quæ communionem inierunt, nolint diſſoluere eam, ſed ſtare in ſocietate, ſed conquęritur altera, quod maiorem numerum animalium conuicina Vniuerſitas tenet, quæ abſorbet commoditatem aliorum, ſi petat fieri
17 repartitionem, vt æquale ſit pondus, & ſocietas non ſit leonina, qualiter ſit prouidendum, vt indemnitati ipſarum conſulatur, an habita conſideratione focúlariorum vtriuſque, vel quantitate territoriorū vt fiat menſuratio, & tanta parte paſcuorum gaudeat vna, quantam tenet alia, vel tantum numerum ęqualem animalium, quiſque tenere poſſit in alterius territorio; magna in facto fuit controuerſia, ob diuerſas Doctorum opiniones ſuper hoc articulo, vna fuit
18 opinio, quod vſus paſcuorum diuidi de iure non poſſit, ex l. vſus pars, ff. de vſu & habitat. quia quamuis quiſq; res vti, fruique poſſit, diuiſio tamen nō ſubſiſtit, & ſic Theſſaur. deciſio. 71.

Contraria opinio præualuit, quod repartitio ob maiorem commoditatem in paſcuis fieri iure poſſit, & tex. in contrarium allegatus procedat, vt ſeruitus vſus vti indiuiſibilis, non patiatur repartitionem, ſecus in alijs realibus commoditatibus, & ſeruitutibus, vt probat tex. in l. communi diuidundo, §. de vſufructu, ff. commun. diuid. & ita comprobat multis authoritatibus Guttier. tract. de iuram. confirm. parte 1. cap. 58. Difficultas eſt, quomodo, & qualiter ſit facienda
19 hæc diuiſio, nàm Theſſa. deciſio. 72. Crau. conſil. 153. & Franc. Marc. deciſio. 223. dicunt, territoria proportionabiliter poſſe cuiquam aſſignari, & tantam quantitatem locorum vni, & tantam alteri, Eſcobar. in tracta. de ratiocin. in fine tract. computat. 7. diſſentit ab hac opinione, & tenet, vt debeat arbitrari, & computari quantitas animalium vtriuſq; Vniuerſitatis, vt vna plus altera non immittat, niſi quantitatem animaliū taxatam, Surd. conſ. 65. n. 25.
20 condeſcendens in hanc opinionem, ſubiungit, vt Domina territorij vltra taxam, & numerum deſignatum conuicinio,

Digitized by Google

uicinio, poſſit tenere maiorem quantitatem, quam illa cui ſeruitus cõmunionis debetur, argum. tex. ſingularis in l. plenum, §. æquitis & §. Labentius, ff. de vſu & habitat. ibi (Aliquando longius, quam cum vſuario agendum eſt) quem commendat Rebuff. in l. 1. C. de apoc. publ. lib. 10. & Hieron. de Monte in tract. finium regund. cap. 71.

Nouiſſimè Ioſeph. Seſe dec. 74. dixit in hac quæſtione re uera non poſſe certam regulam conſtitui, ſed totum eſſe remittendũ Iudicis arbitrio iuxta opinionem Menoch. de arbitr. iud. caſu 145. nu. 14. qui ſuum officium impartietur, habita conſideratione, & relatione ab Expertis, quanta animalia commodè ſtare poſſint in loco ad paſcendum, vt inuicem non ſe impediãt, & poſtea taxare numerum, & mandare nê vna plus altera ſub pœna animalia immittat. Nec contendit opinionem, vt Dominæ loci non debeatur facultas tenendi aliquam numeroſiorẽ partem vſq; ad tertiam, vt dixi etiam antea in ſingul. 191. Quæ opinio in practica vtitur Regia Dohana Menæ
21 pecudum Apulęę, quę in materia hac paſcuorum, antequam aſſignet ſuis fidatis paſcua, quæ eſt obligata dare omnibus prædictis, vt commodè paſcantur, facit menſurare territoria aſſignanda, & mittit Expertos ad recognoſcendum qualitatem paſcuorũ, & poſteà cuiquam fidato deſignat, iuxta numerum animalium, quantitatem taxat territorij paſcuorum, & non adeſt aliqua confuſio.

Verùm aduertatur, vt facienda ſit
22 in computu numerus animalium, cõſideratio ſpeciei ipſorum, nàm alia ratio eſt habenda de iumentis, alia de baccinis, diuerſa de porcis; quodlibet enim iſtorum animalium, importat quatuor pecudes in paſcuis, vt conſiderauit Eſcobar loco cit. & quilibet arbitrari hoc poteſt.

## ARGVMENTVM

Præſcriptio vti odioſa an patiatur extenſionem, vel ſaltim comprehenſionem.

Præſcripto iure paſcendi in alieno territorio, an veniat ius aquandi accuratè diſcutitur.

Locato territorio pro paſcuo, an veniat ius lignandi, & aquandi pro vſu.

Pręſcriptio contra præſentes, an noceat ſucceſſoribus, & clericis in ijs, quæ pertinent ſingulis vt ſingulis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Pręſcriptio eſt odioſa, & ideò non extenditur de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, nec de re ad rem.*

2 *Baro ſi præſcripſerit ſeruitia ab aliquibus vaſſallis, non poterit prætendere hoc ius cum alijs: Et ſi acquiſierit fidam in vno loco non poterit eam extendere ad alios.*

3 *Ius paſcendi quæſitum præſcriptione quoad herbas, non extenditur ad aquandum, diſtinguitur nu. 5.*

4 *Ius paſcendi, & ius aquandi ſunt ſeruitutes diuerſæ.*

6 *Extenſio differt à comprehenſione: nã vbi non datur extenſio, datur comprehenſio.*

7 *Conceſſo vno, cenſetur de iure conceſſũ omne id, ſine quo conceſſum commodè ſtare nequit, & nu. 13.*

8 *L. 1. C. de mancip. & colon. pro notabili expenditur.*

9 *Aqua eſt elementum commune.*

10 *Conceſſo quod eſt plus, venit quod eſt minus.*

11 *L. 1. §. fin. ff. ſi vſusfr. peta. pro ſingulari in propoſito articulo, deducitur.*



Digitized by Google

12 *Locato nemore pro paſtu animalium, cenſetur conceſſa facultas aquandi, & ligna faciendi pro neceſſario vſu.*

13 *Seruitus ſi ſtare non poſſit, ſine alia, conceſſa vna, tacitè alia data ſubintelligitur.*

14 *Præſcriptis aliquibus caſibus reſpicientibus iuriſdictionem, cenſentur & alij ſimiles præſcripti.*

15 *Præſcriptio facta contra præſentes Ciues, an extendatur ad ſucceſſores, diſtinguitur.*

16 *Baro ſi præſcribat contra Ciues, an afficiat etiam clericos.*

17 *Clerici dicuntur Ciues, & ſi non ſubiacent iuriſdictioni ſæculari, ſubiacent ciuilitati.*

18 *Clerici vti Ciues poſſunt agere, & excipere in actionibus popularibus.*

19 *Clerici an ſubiaceant quoad adminiſtrationem bonorum Vniuerſitatis, ad ordinationes illius, & ſtatuta.*

20 *Defenſas an facere poſſint clerici, ſine aſſenſu Regio.*

## CAPVT LXXXI.

FVNDauimus in precedẽti Comment. num. 121. qđ præſcriptionis ius odioſum in iure reputatur, & ideò ſtricta ſit interpretatio cõtra eam, vnde non patitur extenſionẽ de caſu ad caſum, vel de perſona ad perſonam, aut de re ad rem, qua-
1 propter ſi Baro præſcripſerit aliqua ſeruitia, contra ſingulares perſonas, vel exegerit iura regalia decimarum, penſionum, ex territorijs aliquorum, hæc æquidem præſcriptio nõ nocebit alijs; & ſi præſcripſerit ius fidandi in vna parte territorij, nõ porrigetur hoc ius
2 quæſitum ad omnes alias, & ſic poſſẽt poni infinita exempla, ſufficit conſtituiſſe concluſionem, quæ probatur in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto, ff. de itin. actuq; priu. DD. in cap. auditis, extra de præſcript. Corn. conſ. 142. li. 1. Anton. Teſſ. dec. 239. nu. 9. Gail. practic. obſeru. lib. 2. cap. 60. nu. 14. Indè communiter dicitur, tantum quis præſcriptione retinere poſſe, quantum ſtrictè quæſierit, Alex. conſ. 68. ex n. 18. vol. 2 Suarez alleg. 6. Crau. de antiq. temp. par. 4. nu. 30. D. Regens Valenz. conſ. 33. ex nu. 219. Ex qua concluſione infert Conſil. Rouit. in rub. prag. de
3 paſcuis à nu. 9. quod præſcripto iure paſcendi, non venit ius aquandi, quia non fit extẽſio, & ita iudicatum dicit, ex eo, quia ſunt ſeruitutes diuerſæ, vt in l. pecoris, ff. de ſeru. ruſt. præd. aliud
4 enim eſt cibus, aliud potus; & proindè vti elementa ſeparata differenter eſt de eis iudicandum, l. 1. §. mulier, ff. de ventr. in poſſ. mict. & ſic Oldr. conſ. 79. Verùm non ſic ſimpliciter intelligas, ſed prædictam ſententiam procedere, ſi ſeruitus ſeù communio paſtus ſtare poſſet, ſine alia aquandi; vt putà ſi
5 animalia poſſent in proprio territorio, ſeù in conuicinijs commodè habere aquam, ſecus ſi Baro, aut Vniuerſitas haberet ius paſcendi, aut quæſierit legitimam communionem in cõuicinio ſuper paſtu, & ea eſſet inutilis, ſi animalia nõ poſſent in eo territorio aquã bibere, ſed deberent eam quærere in longinquis, cum magno incommodo, hoc enim caſu licet victus, & potus ſint ſeparata, tamen non vi extenſio-
6 nis, ſed comprehenſiua indiuidua reputari debẽt, dùm vnus ſine alio ſtare non poſſit, & proindè venire etiam ius aquandi eſt dicendum: Cõceſſo enim
7 vno, cenſetur conceſſum omne illud, ſine quo conceſſum commodè ſuſtineri non poteſt, l. 2. ff. de iuriſdic. omn. Iud. l. ad rem mobilem, ff. de Procurat. l. binas ædes, ff. de ſeru. vrb. prædior. & tex. videtur in terminis in l. 1. C. de mancip. & colon. lib. 11. quem ſic intelligunt ibi Bart. & cœteri DD. quod
8 vſus aquę prohiberi non poteſt, ſi quis paſcua habeat, & inter modernos,

Surd.

Digitized by Google

Surd. de alim. ti. 4. q. 3. qui licet ponat quæſtionem, quod alimẽtorum appellatione veniat potus, tamen ratio concludendi, quæ ipſum, & quos allegat mouet, eſt, quia ſunt indiuiſibilia, vt Simon. de Præt. de interp. volunt. li. 4. dub. 11. nu. 39. eò maximè, quia aqua eſt elementi commune nõ æſtimationis, vt afferat damnum, quando non
9 deſeruit miniſterio, vndè ſi conceditur quod eſt plus, videtur cõceſſum quod
10 eſt minus, l. ſi cui competit, ff. de regu. iuris, quam diſtinctionem ſingularis tex. comprobat in l. 1. § fin. ff. ſi vſusfr.
11 petat. ibi (Sed an alias ſeruitutes luminum, & aquarum hæres pręſtare debeat, & puto eas ſolas præſtare, ſine quibus vti non poteſt,) dicit glo. ſine magno incommodo (ſed ſi cum aliquo incommodo vtatur, non eſſe præſtandas.) Et dùm Baroniſſa Terræ Roti locaſſet ſuum nemus pro glandibus, & ſuus Aerarius prohibuiſſet, vt animalia non potuiſſent extra nemus accedere ad flumen vicinum, quia in locatione non erat data talis facultas, eiſdem rationibus obtinui in Sacro Cõſilio, quod liceret, quia ex vi comprehenſiua conceſſa videtur facultas aquandi in territorio vbi ſumunt animalia paſtum: & proindè in eadem cauſa conſulebam, poſſe etiam colonos ſcindere ligna pro vſu eorum neceſſa-
12 rio, & pro accomodandis tugurijs, vt probat tex. in d. l. 1. C. de mancip. & colon. ibi (tantum colonis impartiatur, quantũ culturis agrorum ſufficere manifeſtũ ſit) & latius ibidem Rebuff. & dixi ſingul. meo 94. ac notat Franch. dec. 301. in fine, & poſteà vidi conſil. Staiban.... cum addit. qui ita etiam ſentit, quod quando eſt eadem ratio, & vna ſeruitus non poſſit ſtare commo-
13 dè ſine alia, ambo cõcurrunt, ex l. veluti, ff. de ſeru. ruſt. prædior. & Cancer. li. 3. var. reſol. c. 4. tit. de ſeruit. n. 123. firmat regulam, quod præſcriptio non extenditur, ſed ſi quis præſcribat aliquos actus iuriſdictionis meri imperij, vel mixti, ſi alij caſus licèt diuerſi eueniant, poſſunt exerceri, quia tendunt
14 ad vnam ſpeciem, & ius, ex Fœlyn. in cap. auditis, de præſcrip. Caſtr. in l. Imperium, ff. de iuriſd. omn. iud. & facit tex. in l. is qui vſumfructum, ff. quibus mod. vſusfr. uel. amit. vbi per vſum partis, conſeruatur ius in toto: vndè in occurrenti ſunt hęc ponderanda ſuper hoc articulo.

An verò præſcriptio facta contra præſentes noceat ſucceſſoribus, eſſet facienda longa diſtinctio, aut enim præſcribitur ius pertinens Vniuerſitati vti vniuerſo, vel ius illud pertinet ſin-
15 gulis vt ſingulis: primo caſu videtur, quod patientia, & factum Ciuium pręiudicet ſucceſſoribus, Garſia de expenſ. cap. 9. ex nu. 89. latè, vndè ſi Baro quæſierit ius collectandi, vti debitum ab Vniuerſitate, omnes ſucceſſores ligantur, & ſic ſi quæſierit ius ſuper bonis demanialibus Vniuerſitatis, pertinens vt vniuerſis, dummodò actus fuerint adeò continuati, & multi, quod affecerint vniuerſale, vt explicaui in prag. 1. Boer. dec. 125. Crauet. de antiq. temp. p. 4. §. incip. materia iſta ſingularis, num. 86 fol. 215. Fontanel. clau. 3 glo. 2. num. 17. de pact. nuptial. ſi autem ius competat ſingulis vt ſingulis, dixi ſupra cap. 73. quod factum prædeceſſorum non nocet tunc ſucceſſoribus naſcituris, vt latè ibi.

An autem præſcriptionis ius, quod quærit Baro contra ſubditos, afficiat clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, vt
16 eorum libertate vti non poſſint in paſcendo, in conſtructione furnorum, battinderiorum, & ſimilium, ſuper quibus Baro ius præſcriptionis, vel quaſi poſſeſſionem conſequutus fuiſſet: Dic quod Clerici licèt iuriſdictioni Baronis non ſubijciantur, tamen Ciues sũt, & ad acquirendum ius contra alios, non eſt opus vt quis poteſtatem in illũ habeat, igitur ſufficit eos eſſe Ciues, vt ipſis etiam in conſequentiam pręiudicetur, ſi ius contra publicum ſit præſcriptum & quod ſint Ciues, & eam repreſentationem de iure faciant, probant

Digitized by Google

bant Valaſc. conſult. 100. ex num. 6. Dom. Reg. Valenz. conſ. 81. à num. 16. & gaudent omnibus prærogatiuis vti tales. Petra ad Gram. dec. 100. Craſſ. de effect. cleric. in rub. ex n. 375. cum ſeq. & proindè poſſunt agere, & exci-
18 cipere vti alij Ciues contra Barones, & omnes alios iura Ciuitatis opprimentes.

Item fuit dubitatum, an ſi Vniuerſitas pro ſuis indigentijs, paſcua vendere voluerit, & ſic mediante parlamento concluſiſſet; clerici cum non
19 ſubiaceant ſtatutis laicorum, nec ſe immiſcere negotijs pertinentibus ad ſæculares debeant, poſſent contradicere; fuit dictum, quod licet non ſubmittatur iuriſdictioni laicali, authent. caſſa, C. de ſacroſ. Eccleſ. tamen cum reputentur Ciues, & quod maior pars concludit ſit attendendum, eorum diſſenſus non officit, argu. ipſius quod deciſum fuit in Sacro Conſil vt refert Franch. dec. 197. vbi Baro qui habebat vſum in demanialibus fuit reiectus, dũ contradiceret venditioni glandium factæ ab Vniuerſitate pro neceſſitate ipſius, & in indiuiduo facit deciſio Maſtril. 49.

Nũm verò Epiſcopi, aut aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, contra prohibitionẽ iſtius pragmaticæ poſſint in eorum proprijs teritorijs defenſam facere,
20 ſi in illis Ciues habeant ius paſcendi, & etiam ſi non haberent, an poſſint claudere territoria magni tenimenti, vide Petrã d. dec. 100. nu. 14. & latius Dom. Rouit. in pragm. 1. ex nu. 18. de ſalar. eorum qui mict. ad quos recurrere poteris, quando talis hæſitatio occurreret.

## ARGVMENTVM.

Dominium, & poſſeſſionem, an ex pluribus titulis diuerſis quis tueri poſſit, plenè declaratur. Vaſſalli ſi legitima præſcriptione aliquid quæſierint contra Baronem, an ſi confirmationem petierint, ſibi prẹiudicauerint, dũm aliam viam poſſidendi elegerint.

## SVMMARIVM.

1 *Vaſſalli habentes ius legitimè quæſitũ, contra Baronem, petendo ab illo poſteà confirmationem, an ſibi præiudicent, pro negatiua concluditur, nu. 15.*
2 *Dominium ex pluribus cauſis ſubſiſteri regulariter non poteſt.*
3 *Titulum ſecundum procurans, videtur renunciare primo.*
4 *Mutando quis cauſam poſſeſſionis, cenſetur derogare alio titulo.*
5 *Depoſitum recipiens nomine alterius præiudicat iuri ſuo.*
6 *Res mea poteſt iterum à me acquiri.*
7 *Regula, id quod meũ eſt, amplius meũ effici non poteſt, limitatur.*
8 *Exceptionibus pluribus quis tueri poteſt.*
9 *Pactum, vt res vendita ſit obligata venditori pro pretio credito valet.*
10 *L. neque pignus, ff. de reg. iur. interpretatur.*
11 *Tituli contrarij ſimul ſubſiſtere non poſſunt, alij ſic.*
12 *Poſſidere quis præſumitur ex titulo magis vtili.*
13 *Titulus ſecundus ſi erit nullus, non extinguit primum, nàm ex nihilo nil ſit.*
14 *Nouatio nulla non extinguit primã obligationem.*
15 *Confirmatio petita ſuper re in qua opus non erat, in nihilo præiudicat impetranti.*

CA:

Digitized by Google

## CAPVT LXXXII.

QVotidianus eſt iſte Articulus, & pluribus cauſis mihi deſeruijt, & cum ſit valdè dubius, eum explicandum duxi; nùm ſi vaſſalli cõſuetudine, vel immemorabili præſcriptione tuti ſint, ſuper aliquibus iuribus, cõtra Baronem acquiſitis, & conceſſionem petierint, poſteà à nouo Barone videatur ſibi ipſis præiudicaſſe, dùm aliam viam poſſidendi
1 elegerint; Ita quod declarata nulla poſteà conceſſione, ex defectu poteſtatis, vel ſollemnitatis ad inſtantiam Baronis, Subditi primordiali cauſa iuuari non poſſint, & ſic in alijs caſibus, an quis poſſit mutare cauſam ſui dominij, & poſſeſſionis, & ex pluribus titulis rẽ detinere. Videtur dicendum quod ſibi prçiudicauerint, quia ex pluribus cauſis quis dominium habere non poteſt, l. 3. §. ex pluribus, ff de acquir. poſſeſſ. l. & an eadem, §. actiones ff. de except.
2 rei iud. Et propterea volens conſequi dominium ex alia conceſſione, videtur renũciare primo titulo, quem habebat arg. ex l. ſi quis antè, ff. de acq. poſſeſſ.
3 vbi habetur, vt ſi quis titulo præcario rem acceperit, ſi eandem rem ab eodẽ Domino conducat, videtur renunciare præcario. Idem probat tex. in l. bonæ fidei, ff. eodem, & benè Roman. conſil. 350. nu. 13. qui ait, impetrantem commendam, cenſeri renunciare titulo, quem in ea habebat, & Sur. dec. 104. ponit notabilem caſum, quod ſi quis à debitore bona inſolutum habuerit, ſi
4 poſteà incipiat de dicto ſuo credito recipere pecuniam, videri receſſum à datione inſolutũ, & propterea oblato reliquo ſit obligatus bona reſtituere, quæ in dationem ipſe creditor acceperat; ſimiliter Rota Romana deciſ. 478. par. 1. dicit, facientem ſe depoſitarium nomine alterius, cenſeri iuri ſuo renunciare, & Surd. dec. 92. n. 13. firmat, qđ ſi quis propria authoritate quicquam facere poteſt, adeundo Iudicem, illam facultatem amittit.

Contrariam opinionem alij ſectantur, quod licèt quis non poſſit acquirere dominium ex pluribus cauſis; poteſt tamen plures titulos habere, vt valeat ex illis in occurrenti ſe defendere, ad tex. in l. 4. ff. ad l. falcid. vbi probatur, quod res mea, iterum poteſt
6 à me acquiri, ſi prima acquiſitio ſit dubia, vel ſecunda plenior, & ſecurior, Crauett. conſ. 16. num. 6. & ſequitur Dec. conſ. 271. qui tenet, priuilegium poſſe concurrere cum præſcriptione, quia non ſunt contraria, & quamuis regula ſit, id quod meum eſt, amplius meum fieri non poteſt, vt inſtit. de legat. §. item ſi res mea, intelligitur, ſi ſubſiſtat dominium, ſecus ſi dubiũ ſit.
7 Item per viã exceptionis ſemper quis põt ſe iuuari pluribus exceptionibus, cap. nemo poteſt, de reg. iur. in 6. Indè
8 adeſt alia iuris regula, quod pignus, & hypoteca in re ſua conſiſtere non põt, l. neq; pignus ff. de reg. iur. ſi quis tamen vendiderit rem aliquam, & dederit fidem de pretio, vel in caſu
9 aliquo reſtitutionis pretij cauerit, vt res vendita ſit obligata, talis cõuentio valet, vt res ſua de qua eſt Dominus fiat hypotecarius, Affl. dec. 8. Addi. ad Capy. dec. 43. Anna conſ. 96. Franch. dec. 506. de Ponte conſ. 17. nu. 64. & Tiraq. de retract. conſang. §. 1. glo. 7. nu. 71. ponit, quòd licet in re ſua non poſſit conſiſtere pignus, neq; vſusfru-
10 ctus, aut ſeruitus acquiri, limitatur ſi dominium poſſet eſſe auocabile.

Non obſtant in contrarium adducta, nàm procedunt, quando titulus poſterior contradicit priori, quia tunc per ſecundum extinguitur primum dominium, & per electionem vnius ex
11 contrarijs, cenſetur alteri renunciatũ, iuxta tex. in l. 1. C. de furt. cap. vt quis duas, de elect. in 6. & ad prædictam diſtinctionem ſingularis eſt tex. in l. ſi ali-

Digitized by Google

aliquam rem,ff.de acq.poſſ.& ſic Caſtrenſ.in d.§.ex pluribus,quod per nouam apprehenſionem,quam facio animo corroborandi meam poſſeſſionem, non cenſetur renunciatũ primæ cauſę: Hinc eſt, vt ſi quis ex pluribus titulis
12 rem habere poteſt, eo titulo tenere cenſetur,qui magis prodeſſe poteſt, & in facto dùm quis donaſſet cuiquam in vita certum prædium, & poſteà in teſtamento in illo eum inſtituerit,cùm deindè poſſidendo fuiſſet conuentus vti hæres, quia hæreditaria bona poſſidebat,dicebam, quod licèt non fuerit proteſtatus,illum prædium non intendiſſe iure hæreditario tenere,tamẽ præſumitur, quod titulo primæuo donationis magis ſecuro poſſidere voluerit,ad tex.in l.ſequens quęſtio,ff.de leg.2.Caual.de vſufr.mul.relic.n.106 Pereg.de fideicom.latiùs art.36.n.86. cum ſeq. Imò ſemper quod alter ex
13 titulis acquiſitis eſt nullus,non extinguitur alius,quia ex nihilo nihil infertur,ad tex.notabilem in l.iuriſgentiũ §.ſed ſi fraudandi, ff. de pact. l.ſi quis antè,§.qui conduxerit,ff.de acq. poſſ. ſic Bar.in l.pacta nouiſſima,C.de pact. qui ponit regulam,vltima derogare prioribus,ſed non procedere ſi vltima ſint caduca, & nulla, Vndè nouatio
14 nulla non extinguit præcedentem contractum, l.nouatione, ff. de nouat. l.nouatione,C.de fideiuſſ.Sur.dec.51. nu.2 . cum ſeq. Caret ſiquidem nomine,quod caret effectu, l.2. §.appellata,ff.ſi cer.pet.& benè Crau.cõſ.171. quod electio eſt poſſeſſoris; cui titulo adhærere intendat, & Tiraq.de retra. conſang.§.1.glo.7.ait, ſi conduxerit quis domum per multos annos, & intra hunc terminum eam emerit, quæ emptio fuerit ex cauſa annullata,non per hoc ceſſabit prior terminus locationis, vt ab ea diſcedere debeat, niſi eſſet extincta actio, ratione rei vendicatæ,ex cauſa dominij actoris.

Et proindè corruit,qđ pro notabili expendit Anna ſing.586.habentem priuilegium, vel conſuetudinem validam ex alio iure,non eſſe tutum petẽdo confirmationem, & ſequitur Viu. dec.106. Cõfirmatio enim,& aſſenſus petitus ſuper re,in qua opus non erat in nihilo præiudicat,ſed habetur tanquam verba ſuperflua,Andr.in cap.1. §.ſed nec eſt alia iuſtior,num.38.quæ ſit prima cauſa benef.amiſſ. de Pont. conſ.95.nu.8. & proindè non ſit præiudicium Vniuerſitati ad cautelam petenti à nouo Barone confirmationẽ, ſeù nouam conceſſionem vt doctiſſimè ſuo more probat meritiſſimus D.Reg. Valenzuela conſ.79.ex nu.14. cũ ſeq. & conferunt notata per Menoch. cõſ. 381.Monter.dec.47.nu.8.Surd.conſ. 202. quæ omnia ſigna,cũ non paſſim ſic reſoluta inuenies:

## ARGVMENTVM.

Vniuerſitatis regimen quotuplex ſit,& qui dicantur habere adminiſtrationem cum libera.

Pragmatica duodecima de Admin. Vniuerſit. declaratur, quando Ciues pro Vniuerſitate obligati ſine aſſenſu,iure ad ſolutionem cogi poſſint.

## *SVMMARIVM.*

1 *Sindicus & Electi ardua, & grauia negotia ſine parlamento generali explicare non poſſunt, & nu. 5.*

2 *Procurator cum libera ſiuè à lege,ſiuè ab homine conſtitutus, omnia poteſt quæ principalis agere valeret.*

3 *Vniuerſitatis regimen triplex eſt, nempè concilium magnum, generale, ordinarium,& ſtrictum.*

4 *Ciues viginti,vel triginta in numeroſis Ciuitatibus deſtinati ad regimen Vniuerſitatis,habent adminiſtrationem cum libera,prout concilium magnum.*

5 *Sindicus & Electi, qui comprehenditur*

Digitized by Google

tur ſub concilio ſtricto, non habent adminiſtrationem cum libera.

6 Sindicus & Electi non poſſunt cenſui ſubmittere bona Vniuerſitatis, nec ea concedere, vel quouis modo alienare abſq; generali concilio.

7 Actio contra Vniuerſitatem nõ oritur ex mutuo recepto à Sindico, & Electis, niſi probetur, pecuniam in illius vtilitatẽ fuiſſe verſam, limita ſi pecunia fuerit recepta mediante concilio magno, vel generali, num. 9.

8 Sindicus, & Electi aſſimilantur negotiorũ geſtoribus, qui in tantum obligant principales, in quantum verſum eſt in illorum vtilitatem.

10 Concilium magnum, & generale licet poſſit omnia explere, intelligitur præter ea quæ à iure diuino, & humano prohibita non ſunt, & numerantur aliqui caſus prohibiti.

11 Fideiuſſores adhibiti contractui reprobato, non obligantur.

12 L. & ſi is, C. de præd. min. declaratur.

13 Contrahens contra præcepta legum neq; naturaliter obligatur.

14 Pretium de æquitate nunquam amittitur, licèt contra iuris edicta contrahatur.

15 Vniuerſitatis Adminiſtratores ſi non docuerint, pecuniam verſam eſſe in vtilitatẽ publicam, ipſi ſoli remanent obligati.

16 Vniuerſitas quãdo dicatur locupletior facta, vt contra eam agi poſſit.

17 Regula quod negotiũ ſufficiat vtiliter à principio fuiſſe geſtũ, vt Dominus pro eo teneatur, non habet locum in minore.

18 Ciues pro Vniuerſitate ſe obligantes abſq; aſſenſu, quando conueniri iure poſſint.

19 Prag. 12. de adminiſt. Vniuerſ. declaratur.

20 Cõtractus colorati nõ pariũt actionẽ.

21 Simulatio, vt contrahentibus noceat requiritur quod ambo de ea participent in contractu oneroſo.

22 Mutuare Vniuerſitati, nullo iure eſt prohibitum, & Ciues obligati in eam cauſam iure cogi poſſunt?

23 Intereſſe ex die moræ etiam in mutuo debetur, & de eo paciſci poteſt.

24 Nemo ex ſua liberalitate damnum pati debet.

## CAPVT LXXXIII.

VLtimò notandum ducam ſuper hac pragmat. quod incidenter poſui in præcit. tract. nu. 5. conceſſionem factã à Decurionibus, nomine Vniuerſitatis, ad cuiuſuis beneficium nullius eſſe roboris, & Barones ſe tueri non poſſe, vt dicatur factum à Populo, quod Decuriones eis concederent pro facienda foreſta, vel defenſa in territorio communitatis. Vndè aduerte, Sindicum, & Electos regiminis Vniuerſitatis, ardua, & grauia negotia explicare non valere, Salic. in l. vectigalia, C. de vect. & commiſſ. Firmia. de gabell. q. 5. n. 1.
1 Et licèt dici poſſet, prædictos eſſe Procuratores, & habere adminiſtrationem
cum libera, vt Caſtr. & Alexan. in l. reſcriptum, §. plerumque, ff. de pact. & virtute huius poteſtatis cum libera, ſiuè ſit à lege, ſiuè ab homine conceſſa, ſubintelligãtur omnia, quæ ipſemet
principalis agere valeret, & ſic quaſi
2 omnis poteſtas populi, in Adminiſtratores
cenſeatur tranſlata, Bart. & cœteri in l. creditor, §. Titius, ff. mand. & in l. procurator cum libera, ff. de procur. Gregor. Lopez in l. 7. in glo. que el Señor, Guttier. de iur. confirm. p. 1. cap. 50. ex nu. 11.

Pro reſolutione eſt ſciendum, triplex de iure eſſe regimen Vniuerſitatis, nempè Concilium magnum, quod
3 eſt Congregatio totius populi in genere, ſeu per capita domorum, quo
conuocato quicquid fuerit ab ipſo decretum, vt ab omnibus Ciuibus geſtum ſummæ eſt authoritatis, & ſi ius non refragetur, exequutioni deman-

man-

mandari poteſt. Aliud ſimile regimen
adeſſe ſolet in numeroſis Ciuitatibus,
in quibus cùm difficilis eſſet congre-
gatio totius populi, transfuſa eſt eius
poteſtas in viginti, vel triginta perſo-
nas, iuxta loci conſuetudinem, qui in
occurrentibus negotijs vicem populi
repreſentando, omnia explere poſſunt,
prout facultatem habet Concilium
magnum, & hoc vocatur Concilium
generale ordinarium; prout obſerua-
tur in noſtra Ciuitate Beneuenti, vbi
quolibet biennio eliguntur quadra-
ginta octo perſonæ, duodecim ex no-
bilibus, & reliqui ex nobiliter viuenti-
bus, & popularibus, & quicquid ab ip-
ſis eſt geſtum, tanquam pro facto ab
4 omnibus Ciuibus habetur. Iſti enim
ſunt, qui cũ libera poteſtatem habere
dicuntur, quia gerunt vices totius po-
puli, Bartol. in l. præſes, C. de tranſact.
Azeued. de Curia Piſana lib. 2. c. 18.
nu. 22. Loſæus de iure Vniuer. p. 1. c. 3.
à nu. 48. & par. 3. cap. 11.

Tertium eſt Concilium ſtrictum, qđ
eſt aliquorum particularium, qui quot
annis per Concilium magnum ad of-
5 ficium Sindici, & Electorum eligũtur,
& iſti reſtrictam habent facultatem,
& ſolùm ordinaria, & ſolita negotia
agere, & explicare poſſunt, & non di-
cuntur habere mandatum, ſeù admi-
niſtrationem cum libera, vndè autho-
ritate carẽt in Vniuerſitatem obligã-
do, Iaſ. in l. præſes, nu. 8. C. de tranſact.
Grat. dec. 93. num. 14. Vant. de nullit.
ex defect. mand. n. 127. Alex. conſ. 135
vol. 7.

Et ideò, vt dixi conceſſio territorij,
venditio bonorum Vniuerſitatis, vel
6 ſubmiſſio eorum ad cenſum, abſque
generali concilio, nullius eſt validita-
tis, l. fin. C. de vend. rer. Ciuit. lib. 11.
Bart. in l. fin. C. de præd. decur. lib. 10.
Capic. dec. 93. Menoch. conſ. 80. lib. 1.
Crauet. conſ. 142.

Nec contrahitur ex facto eorum
actio cõtra Vniuerſitatem pro mutuo
7 recepto, niſi quatenus creditor proba-
ret pecuniam verſam eſſe in illius vti-
litatem, iuxta tex. in l. Ciuitas, ff. ſi cer.
pet. vbi omnes Scribentes, & in l.
vnica, C. de ſolut. & lib. debit. lib. 11.
l. ſi is qui, cum glo. ff. de pignor. Nàm
cùm non dicantur Procuratores cum
libera aſſimilantur negotiorum geſto-
8 ribus, qui in tantum obligant eos, pro
quibus negotium geſſerunt, quatenus
verſum eſt in vtilitatem, l. Pomponius
la prima, ff. de negot. geſt.

Quando verò contrahunt ij, qui
ſunt de concilio generali, qui vt dixi-
mus liberum mandatum ad omnia
habere dicuntur, tunc mutuum acce-
9 ptum, abſque alia probatione, in vtili-
tatem vniuerſalem verſum dicitur,
Ripa in d. l. is qui bona, num. 10. Iaſ. in
l. Ciuitas, num. 12. ſi cert. pet. Mantica
optimè in tracta. de ambig. conuent.
lib. 8. tit. 13. Maſcard. cõcl. 582. Moli.
de contr. diſp. 300. Neguſ. de pignor.
in 1. memb. par. 3. num. 44. & latiùs
Montan. in pragm. de Admin. Vniuerſ.
ex nu. 104. nàm cùm iſti fuerint electi
ad repræſentandam immediatè totam
Ciuitatem, præſumuntur probatiſſimæ
vitæ, & in eis ceſſare omnem fraudis
ſuſpitionem, ob quam d. l. Ciuitas di-
ſpoſitio fuit inducta.

Aduerte tamen, quod licèt conciliũ
magnum, ſeù generale poſſit omnia
explere, eſt intelligendum præter ea,
quæ à iure prohibita ſunt; vti ac-
10 cipere pecuniam ad cambia, vel ad
vocem victualia, ſerica, & ſimilia;
nàm cùm parere poſſint magnum dã-
nũ Vniuerſitatibus, eſt eis interdictũ,
prout etiam conſtituere annuum cen-
ſum abſque aſſenſu, vt in pragm. 11. &
12. de Admin. Vniuerſit. Et ſi contra
legis diſpoſitiones creditores contra-
xerint, obligationes nullius erint mo-
menti; Imò Decuriones, ac alij Ciues
qui pro obſeruantia prædictorum cõ-
11 tractuum fideiuſſerint, cogi non pote-
rint, nàm cùm contractus ſint impro-
bati, & ipſo iure nulli, obligatio cor-
ruit, ex tex. in l. cum lex, ff. de fideiuſſ.
Principalis enim cauſa cui non ſubſi-
ſtat, nec ea quæ ſequuntur locũ habẽt

verba

Digitized by Google

verba ſunt tex.in l. cùm principalis de reg.iur. nã infecta primitiua ; inficitur omnis deriuatiua,l.eius qui in prouincia ff. ſi cer.pet.nec officit text.in l. & ſi is C.de præd.min.vbi tutor,qui proprio nomine ſe obligauit, tenetur etiã
12 quod minor iure aſtringi non poſſit:nã hoc caſu , non ſolùm pragm. prohibet tales contractus, ſed eis reſiſtit,procedendo vlteriùs annullando, ac pro infectis declarando,quo caſu,nec fideiuſſor obligatur, vt diſtinguit Borgn.Caualc.dec.31.à n.23.p.1. cùm ex contractibus reprobatis, neque naſcatur naturalis obligatio,vt Bart.in d l.cùm lex.quia obligatio cùm ſit de iure gẽtium,ex quo tenemur obedire maiori-
13 bus,l.veluti ff.de iuſt.& iur.ille qui cõtrahit contra pręcepta legũ,facit contra ius gentium, meritò nõ oritur obligatio naturalis: Vlteriùs d.l.& ſi is loquitur in caſu diuerſo, ibi.n.non contraxit minor prohibitus alienare , ſed Tutor tantũ nomine proprio ſe obligauit,ac ſi de re ſua ageretur,vndè nimirum,ſi tenetur,hic aũt fideiuſſores in conſequentiã Vniuerſitatis ſe obligãt, vt aduertit gl.in d.l.& ſi is ver.ſanè in fi.Pinel.de reſc.vẽd.p.3.c.1.n.7. Ozaſ. dec.67.nu.4.in fi. Ann.alleg.17.nu.9.

Verùm ſi ex partitis verificatis realiter in vtilitatem Vniuerſitatis verſa eſſet pecunia data , quia natura comparatum eſt , neminem locuple-
14 tari cum aliena iactura , l. nàm hoc natura ff. de cond.indeb.& pecunia mea adte peruenta,eam mibi te reddi,bonum,& ęquum eſt,iuxta verba tex.in l.ſi & me ff.ſi cert. pet. tùnc licèt aliter dictet pragmatica, actione tamen de in rẽ verſo,pecunia illa condici ab Vniuerſitate poteſt, vna cũ intereſſe, proùt fuit decretum in S.C.in cauſa vertente inter Vniuerſitatem, & homines Terræ Mirtani cum Hieronymo Spinola, Actuar.Romano. Si verò agatur contra Adminiſtratores obliga-
15 tos,& illi promptè non doceant pecuniam eſſe verſam in vtilitatem publicã, vndè ſtat iuris pręſumptio,quod in eorum burſam ſit pecunia verſa,tùnc legitimè conueniri poterint,& exceptio illa eis non opitularetur,nè lucrum ex dolo ſuo conſequantur,c.intelleximus de iudic.

Et nota ad prædicta,quod tùnc dicitur pecunia verſa in vtilitatẽ Vniuerſitatis, quãdo de ea facta eſt ipſa locupletior, vt comuniter DD. per illum text. in l. 1. C. ſi aduerſ. cred. l.prędia C. de pręd. min.& in d.l. Ciuitas, non tamen diffiniunt, quando dicatur facta locupletior,Prcindè ſcias, quod tùnc dicitur Vniuerſitas locupletata,
16 quando pecunia conuerſa eſt in eo , quod Ciuitas tãtundem de ſuis bonis erat neceſſariò ſumptura , vt probat notabilis tex in l.in pupillo ff.de ſolut. & gl. in l.ſi pupilli verb.locupletior ff. de neg.geſt. Molin.de contr.diſp.300 n.3.cum ſeq. non aũt ſufficeret dicere, quod vtile erat Vniuerſitati,eam pecuniam ſic erogare, & rationabiliter, ac prudenter fuerit inſumpta , nàm ſi ex inopinatu euentu poſteà in Vniuerſitatis cõmodum non ceſſerit, Vniuerſitas non teneretur,cum tex. l. ſed an vltro §. 1. ff. de negot. geſt. ( quæ ſtatuit, ſufficere à principio negotium vtiliter fuiſſe geſtum ) fallat in minore, Bart. in l.2.C.eodem,Grat.diſcep.for.c.32.
17 nu. 24. quicquid aliter in hoc dixerit Molin. loc. cit.

Et redeũdo ad digreſſa, dico,quod difficultas eſt , quid ſi aliquis pecuniã ſub annuo cenſu aliquibus ciuibus dederit,qui proprio,& particulari nomine ſe obligauerunt, abſq;vlla mẽtione in inſtrumento , quod pecunia deſeruire debeat Vniuerſitati , an ſi poſteà creditor egerit pro conſequutione cenſus, contra obligatos,poſſint illi opponere, debitum eſſe vniuerſale in Vniuerſitatis comodum verſum,ipſos nudũ nomen habuiſſe,& propterea
18 creditorem dirigere ſe debere contra cõmunitatem, ad quã pecunia peruenit,munientes ſe ex diſpoſitione dictæ

Aa prag.

Digitized by Google

prag. 12. quæ dictat, particulares obligatos pro Vniuerſitate non poſſe directè, nec indirectè à creditore cogi, & ex quauis cauſa moleſtari, ꝑ ſolutione dependẽte ex his reꝓbatis cõtractib⁹

Et pro reſolutione eſt iterum diſtin-
19 guendũ, quod aut tractatur de ſubmittendo pecuniã ad cenſus, vel accipiẽdo eã ſub cambijs, ùt fuit realiter cum Vniuerſitate, & pro fraudanda diſpoſitione dictæ pragmaticæ voluerit creditor ſibi cauere, vt Decuriones, vel alij ciues ſe obligarent particulari, & priuato nomine, tacita Vniuerſitate, & tùnc detecta fraude, non poſſent ciues obligati moleſtari, arg. ex tex. in l. cum ad eos C. ad S.C. Vellei. vbi creditor, qui callidè ſciens, mulierem non poſſe pro alijs obligari fecerit eam declarare principalem debitricem, probato deindè, quod alius pecuniam recepit, iuuatur beneficio Velleiani, nàm contractus colorati ſuſtineri non poſſunt, ad tex. in l. ei qui ſub imagine C. de diſtr. pig. vbi cui eſt prohibitũ aliquid, ei etiam denegatur facere per intermediam perſonam, cùm plus valeat, quod
20 agitur, quàm quod ſimulatè concipitur, tot. tit. C. plus valere, quod agitur, malitijs inquam hominum eſt ſuccurrendum, l. in fundo ff. de reiuend. & maxima eſt præſumptio talis fraudis, ſi in contractu eſſent obligati Sindicus, & Electi, vel maioris partis eorum.

Si verò abſq; fraude, & colore, ſed ſincera fide pecuniam creditor dederit aliquibus ciuibus, & tùnc eſt dicẽdum, illos remanere obligatos, & executiuè contra eos agi poteſt, non obſtante, quod in promptu probarent pecuniam breui manu illos exburſaſſe in Vniuerſitatis neceſſitatem, ad tex. in l. ſi mulier ff. ad S. C. Velle. cuius formalia verba vti notabilia ponam, & ſunt: Si mulier tanquàm in vſus ſuos pecuniam acceperit alij creditorum, nõ eſt locus Senatusconſul. alioquin nemo cũ fœminis contraheret, quia ignorari poteſt quod acturæ ſint, & facit tex. in l. ſi fœnebris C. eod. tit. ibi iuxta fidẽ veri, non. n. eſt inſpiciendum qualiter vtatur, ſed qualiter contrahat, cùm in priuatis conuentionibus non debeat quis eſſe curioſus quid ab ipſis contrahentibus agatur, l. doli in fine ff. de nouat. coadiuuat tex. in l. poſt mortem §. 1. ff. quãdo ex facto tutor. vbi tutor qui ſuo nomine accepit pecuniam, ſemper remanet obligatus, licèt illam in vtilitatẽ minoris conuerterit. Nec officit, quod
21 contractus ſit ſimulatus ex parte obligatorum, dùm re vera pecunia cõuerterant in vſum communitatis, & non proprios; nã vt fraus, & ſimulatio poſſit cõtractum oneroſum annullare, requiritur, quod ambo contrahentes de ea participauerint, ad tex. in l. ſi ceſſante C. de diſtr. pign. l. ait Prætor §. ſi quis particeps ff. quæ in fraud. credit. de Pont. conſ. 2. nu. 84. & 112. Carol. de Graff. de excep. c. 12. nu. 25.

Quid ſi pecunia non ſit data ad cãbia, nec cenſui ſubmiſſa, ſed expreſsè mutuata Sindico, & Electis pro aliqua
22 Vniuerſitatis neceſſitate, an iſte etiã cõtractus intelligatur prohibitus, adeo quod neq; etiam ſubſiſtat propria obligatio ciuium; Dic quod non ſolùm nõ eſt ꝓhibitus, vt apparet ex d. prag. quę de eo non meminit, vndè ommiſsũ habetur pro ommiſſo, l. vnica §. ſin autẽ ad deficientes C. de cad. toll. imò tàm ex diſpoſitione iuris, quã prag. eſt permiſſus, cùm ciues teneantur in neceſſitatibus Vniuerſitati mutuare, vt dixi ſingul. meo 119. ex l. 1. C. quib. mune. lic. ſe excuſ. lib. 11. vndè ſiuè ſit mẽtionata Vniuerſitas, ſiuè inſolidum cũ ea Adminiſtratores ſe obligauerint, ſiuè mutuata ſit pecunia particularibus ciuibus, omnes remanẽt aſtricti, & cõtra eos inſolidũ, & executiuo modo agi poteſt, & ſi in termino nõ ſoluerint ad iuſtum intereſſe cogi poſſunt, nàm ẽt in
23 mutuo intereſſe, ex die moræ venit, imò põt de eo in principio contractus paciſci, Sot. de iuſt. & iur. q. 1. ar. 3. Molin. de cõtract. diſp. 315. Felic. de cenſ. c. 3. nu. 12. Ricc. collect. 2045. Peguer. dec. 33. nàm ſi contrarium diceretur, q

pro

Digitized by Google

pro mutuo Vniuerſitates, & ciues obligari non poſſent, eſſet non concedere eis beneficium, ſed tollere vtilitatem, nàm pro neceſſitatibus fuit introductus mutui contractus, & ſic quod induceretur in eorũ fauorem, retorqueretur in odium, contra diſpoſitionem text. in l. quod fauore ff. de pact. & quod factum eſſet in augmentum, operaretur diminutionem, l. legata inutiliter ff. de adim. leg. Poſſet inquam euenire neceſſitas inopinata, vt milliès prà cticatur, alicuius hoſpitij, vel ſimilium, & Vniuerſitas non habeat promptam pecuniam in contanti, quis non iudicabit pium opus agere, qui ad tempus Vniuerſitati indigẽti ſuccurrit, quisuè iudicabit contra talem iuſtum contractum, vt obligatio exequi non poſſit? ſatis inhumanum mihi ſuadeo, qui cõtrariam opinionem amplecteretur. Pragmatica loquitur de contractibus cenſualibus, qui habent onus ſucceſſiuum, alienantur bona Vniuerſitatis, quæ ſine Aſſenſu Principis diſtrahi nõ poſſunt, ex d. l. fin. C. de vend. re. ciu. lib. 10. & de pecunia recepta ad cãbia, quæ maximum pariunt intereſſe, ſed in hoc contractu mutui ipſimet de Regimine, qui de introitibus Vniuerſitatis in occurrentibus ſuccurrere debebant, de ijſmet reſtituere poterunt, quod mutuo acceperunt, & ſi eorum culpa, vel negligentia non ſatisfecerint, æquitati conuenit, & rigori, vt cõ-
24 pelli debeant ſeruata forma obligationis, nè quis ex liberalitate ſua, damnum patiatur, ad tex. in l. ad res donatas ff. de ędil. edicto.

## ARGVMENTVM.

Baro de iure reputatur Pater, & Protector ſubditorum, & vti talis ad multa tenetur, quæ ſigillatim enunciantur.

Item dicitur primus ciuis, & ratione iſtius ciuilitatis, quibus prærogatiuis gaudeat, elucidatur.

## Baro an vti ciuis ad collectas, et bonatenẽtia ꝑ burgẽſaticis teneatur

### SVMMARIVM

1 *Ciuis quis aut eſt originarius, aut receptus à Populo.*

2 *Ciuis honorarius dicitur, qui in Ciuitate dignitatem habet.*

3 *Baro vtitur omnibus prærogatiuis, & commoditatibus ad ciues ſpectantes.*

4 *Officiales, Epiſcopi, & Abbates dicuntur honorarij ciues.*

5 *Barones gaudent vti ciues, quamuis non habitent in Terris, ſecùs in alijs Officialibus temporaneam iuriſdictionem habentibus.*

6 *Baro vti habẽs iuriſdictionẽ dicitur ſuperior, et uti ciuis, primus nominatur.*

7 *Barones quando vocantur in Parlamentis dant vocem vti feudatarij, ac nomine ſuarum Vniuerſitatum vti primi ciues.*

8 *Baro pater ciuiũ reputatur, & uti talis ſe gerere debet, aliàs erit in culpa.*

9 *Baro Paſtori à Deo æquiparatur, qui ita paſcere, & cuſtodire oues debet.*

10 *Barones poſſunt, & debent reſiſtere etiam Delegatis à Principe, quando ſuos ſubditos indebitè moleſtant.*

11 *Barones dicuntur habere legitimam perſonam comparendi, & defendendi ſuos vaſſallos oppreſſos.*

12 *Baro non vt ſuperior, ſed vti primus ciuis poteſt ſe intromictere in pertinentibus ad ſtatum Vniuerſitatis.*

13 *Baro uti primus ciuis poteſt oppugnare electionẽ Regiminis iniuſtã, et nullã.*

14 *Baro tanquam primus ciuis vti poteſt paſcuis communibus.*

15 *Baro qualiter paſcuis communibus uti debeat.*

16 *Vſum quem de iure Barones habẽt in bonis vniuerſalibus, vendi, uel cedi non poteſt.*

17 *Vaſſalli vſum quem habent in demanialibus feudi alienare nequeunt.*

18 *Baro non ſuſtinet onus focularis, in terra, ideò nõ ſoluit fũctiones fiſcales.*

19 *Baro tenetur de burgenſaticis ſol-*

*uere bonatenentiam.*
20 *Baro pro bonis priuatis, quæ poſſidet, an teneatur ad collectas, diſtinguitur*
21 *Collectarũ onus, quando ſequatur rẽ.*
22 *Barones tenentur Vniuerſitati contribuere pro rata de ijs, quæ participãt, & communitas ſalarium præſtat.*

## CAPVT LXXXIV.

MAndat hæc duodecima pragm. vt terris, nemoribus, & paſcuis communibus de demanio Vniuerſitatis Barones moderatè vtantur, & quamuis vti primi ciues, ciuium bonis, & priuilegijs vti poſſint, debent tamẽ taliter procedere, nè vaſſalli grauentur, ſuper quo tex. multa ad illius explicationẽ in præc. cõment. dixi. Et primo aduerti, quod tex. nominat Barones. primos ciues eorum terrarum, & nùnc pleniùs hoc notabile declarando, dico, dubitaſſe Doct. vnde hęc ciuilitas oriatur, dùm regulariter ea de iure contrahatur ratione ori-
1 ginis, aut expreſsè allectionis factæ à populo, recipiendo quem in ciuem, vt habetur in l. ciues C. de incol. lib. 10.

Sciendũ inquam eſt, quod ij qui in
2 Ciuitate, vel terra pręfulgent dignitate, & iuriſdictione, lex fingit, & ſtatuit eſſe ciues, qui honorarij ciues dicũtur, & vti tales priuilegijs ciuiũ gaudẽt, &
3 omnibus cõmoditatibus ad eos ſpectãtibus vti poſſunt, Bal. in l. quidam cum filiũ ff. de verb. oblig. Pariſ. cõſ. 71. lib. 1. Surd. conſ. 313. nu. 15. Grat. diſcep. forenſ. c. 559. nu. 24. imò nõ ſolũ Barones, ſed ſui Officiales ratione pręheminentiæ iuriſdictionis vti ciues tractari
4 debẽt, & ſic Epiſcopi, Abbates, & ſimiles, Paris de Sindi. verb. ciuilitas, Surd. dec. 129. & dixi ſuprà c. 61. ex nu. 9.

Et Barones quia perpetui ſunt, licèt actu nõ habitent in terra, fruuntur tñ
5 ciuilitate, Hond. conſ. 84. lib. 2. nu. 60. Cance. lib. 3. var. reſ. c. 4. nu. 65. & c. 13 n. 363. confutata opinione eorum, qui tenẽt, in tantũ Barones poſſe vti bonis cõmunibus, vti alij ciues, quatenùs in loco habitent, vt dixit Couar. pract. quęſt. c. 37. n. 1. & ſequutus fuit Auẽd. de exeq. mãd. c. 4. n. 25. p. 1. nàm pcedit eorũ opinio, in perſonis, quæ habẽt iuriſdictionẽ temporaneã, qua durãte, durat ciuilitas, & non in habentibus perpetuum dominium, & authoritatẽ.

Conſidera etiã, quod tex. noſter non ſolùm ciues reputat Barones, ſed dat prærogatiuam, vt primi ciues ſint: non n. putes fruſtatoriam eſſe hanc prioritatẽ, quia multa continet, vt dicemus.
6 Primò, Baro non ſolum vti Dominus iuriſdictionis nominatur primus, & ſuperior, ſed reſpectu huius ciuilitatis dicitur caput omnium ciuium. Indè magnus honor, & magnũ onus ipſis ineſt, non tantùm circa pertinentia ad iuſtitiæ adminiſtrationem, ſed circa ſpectãtia ad bonum communem ciuium, & rectam adminiſtrationem introituum communitatis tenentur proſpicere, inueſtigare, contrarijs ſe opponere, defẽdere, & euitare; quapropter ortum habuit, vt in Parlamẽtis Regni, quæ fiũt, Barones vocantur ad dandum eorum votum, & vocem, nõ ſolùm vti Feuda-
7 tarij, ſed vti primi ciues ſuarum terrarum, & nomine omnium perſonã deſignant, & ideò quod concluditur circa donatiua præſtãda, & alias impoſitiones, cẽſentur de voluntate Vniuerſitatum, ſic fuiſſe cõcluſum, ſi ſui Barones concurrerent, de Pont. de poteſt. Pror. tit. de regal. impoſ. ſub n. 35. Aduertãt ergò dùm vocantur ad præfata Parlamẽta, in vigilando, quando votũ dare debent, ſi expediat, ſi iure Regnum poſſit onerari, ſi vires ſufficiant, nàm dicit Dominus, vè vobis qui potuiſtis, & tacuiſtis; qui verò tacent, vel contra conſcientiam vota dant, quid erit? Regula eſt, quod qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur, c. dãnum de reg. iur. in 6. nàm qui põt prohibere, & nõ prohibet, in dolo eſt, & nõ in culpa.

Ex eodem fonte oritur, ꝙ non ſolùm caput ciuium Barones reputantur, ſed quiſq; eorũ Pater ſuorum vaſſallorum
8 de iure dicitur, ad tex. in l. 3. C. de ijs

qui

Digitized by Google

qui ſpont. mun. lib. 10. vbi Io. de Plat. & Rebuff. hoc notarunt, Guid. Pap. dec. 631. & propterea curam omnium in vniuerſali, & particulari habere debet, l. nàm ſalutem ff. de offic. Præfect. vigil. & vti bonus Paſtor cuſtodire tenetur gregem ſibi traditum. Recordemur verborum Domini noſtri, qui hoc enixè Petro Apoſtolo commendauit, interrogauit enim illum, dicens, Petre amas me, qui reſpondit, Domine tu ſcis, quia amo te, & poſt hanc reſponſionem iterum, atquè iterum, eadem
9 contextura verborum, cum geminatione ſic interrogauit, ac poſt trinam Petri affirmatiuam, Dominus concluſit, Paſce oues meas: Quæ quidem verba, ait Diuus Bonauentura in ſuis opuſc. non credas eſſe dicta Apoſtolo, vti Paſtori in ſpiritualibus; ſed ex vi comprehenſiua dicta fuere omnibus, in ſpiritualibus, & temporalibus multitudinem gentium gubernantibus. Paſcere enim oues, eſt commoda Ciuium inueſtigare, & quod Vniuerſitas benè regatur, & non ex mala adminiſtratione depauperetur, vt dicit tex. in l. 2. C. de debit. Ciu. lib. 11. Quod ciues nō angarientur, & vigilare contra lupos, qui poſſunt deuorare ſanguinem miſerorum ſubditorum, qui ſunt potentes, & primates, arcendo, fugando, & puniendo illos; nàm tenentur pro viribus reſiſtere, nè impotentes opprimātur,
10 tex. eſt notabilis in l. 2. C. de lucr. Aduoc. lib. 12. Imò Barones, & ordinarij Iudices impunè reſiſtere poſſunt, etiam Superioribus, & Delegatis à Principe, quando extrà materiam officij terminos iuris, & ſuæ commiſſionis excedunt, tex. eſt in Auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffrag. §. volumus, Gloſ. ſingularis in cap. fin. de reſcrip. Cæual. com. opin. q. 897. nu. 763. Farin. in fragm. nu. 974. Et contrarium facientes ſunt in foro poli obligati, probat Bal. conſ. 439. Crauet. conſ. 238. quapropter increpabam quemdam Titulatum, qui videbat ſuos vaſſallos longo hoſpitio Militum oppreſſos, & depauperatos, & contra tenorem patentis milites extorquentes à cunctis omnibus ciuibus, qui confugiebant ad illum vti Patrem, ille verò dormiebat: Dixi ei, dùm caſu ibi per tranſitum reperiebar, quod non erat ſecurus in conſcientia, quia toto poſſe tenebatur vaſſallos adiuuare, & illorum neceſſitates, & impotentiā Principi ſignificare, & poſt nō multos menſes audiui, ſuam vitā peſſimè cum morte commutaſſe. Vtinam intuerentur Barones, & conſiderarent munus, quod tenent, nàm honor eſt cum onere.

Indè etiam emanatur alia concluſio, quod Barones vti patres, & protectores, dicuntur à iure habere tacitum mandatum comparendi apud Superiores, pro ciuibus ſuis oppreſſis, & of-
11 fenſis, vt Bart. in l. 1. §. idem ait ff. de iniur. Frecc. de ſubfeud. auth. 27. Vti enim vaſſalli tot comoda, vtilitates, & ſubuentiones ſuo Baroni præſtant, & tot incomoda, onera, & obſequia ſuſtinere debent, ita pares vices ille reddere debet, in adiuuando, & protegendo pro ſui poſſe, Capyc. in inueſt. feud. verbo parilitas, & multa notant Affl. dec. 265. & Vaſq. in præf. contr. illuſ. ad demonſtrandam parilitatem, quam debent Barones vaſſallis;

Nec dicas, de iure Regimina eſſe diſtincta, quorum vnum pertinet ad iuriſdictionem, alterum ad Vniuerſitatem, & alter in alterius miniſterio ſe intromictere non debet, vt in prag. 1. de iuriſd. non turb. Bart. de Regim. Vniuerſ. nu. 30. Nàm habita conſideratione perſonæ Baronis, vti Domini iuriſdictionis non debet ſe intromictere ad ea, quæ pertinent ad Decurio-
12 nes Vniuerſitatis, ſed reſpectu alterius figuræ, quam de iure repreſentat, vti primus ciuis habet legitimam perſonam, & actiones populares intendere valet, vti ſinguli ciues poſſunt, toto tit. ff. de popul. act. Indè licèt ſe intromictere non debeat in electione Officialium Regiminis Vniuerſitatis, vt dictat pragm. 10. de Baron. tamen

contra iniuſtam, ſeù nullam electionē, vti ciuis habet ius comparendi, & oppugnandi, Guid. Pap. dec. 631. Ann. alleg. 15. Auend. de exeq. mand. c. 9.
13 nu. 1. Sic quamuis electio Rationaliũ rationum adminiſtrationis Vniuerſitatis ex Regia Pragmatica ad Vniuerſitates ſpectet, & in illis Baro ſe intromictere prohibetur, actamē vti primus ciuis inſiſtere poteſt, vt videantur, & reuideātur, opponere, & omnia gerere, vti alij ciues, DD. in l. fin. C. de admin. rerum publ. lib. 11. Guid. Pap. deciſ. 621. num. 9. Crau. conſ. 238. & latiùs Maſtril. de Magiſtr. lib. 4. c. 16. nu. 134.

Vlteriùs dicta ciuilitas, non ſolùm eſt honor cum onere, ſed eſt illis profigua, quia vti ciues habent facultatem vtendi cōmunibus paſcuis, iure lignādi, & omnibus alijs vtilitatibus, & priuilegijs ciuibus loci competentibus, non ratione dominij, & iuriſdictionis,
14 ſed reſpectu huius ciuilitatis. Imò plus ipſi tribuitur, nàm vti primo ciui datur largior vſus, vtendi paſcuis, & alijs iuribus. Indè DD. dicunt, hac ratione Baronem poſſe tenere duplicatam quantitatem animalium, quam ditior ex ciuibus, vt explicaui hoc loco in præc. tract. licèt vt ibi dixi talis regula ſit intelligenda cum temperamēto, quia duo alij ciues cum Barone poſſent aſſorbere totum tenimentum paſcuorum, vndè alij ciues participare non valerent, facienda enim eſt repartitio, vt Baro ſit melioris conditionis, ſed non quod ciues veri excludantur, vt dicit tex. noſtræ pragm. & Auend. de exeq. mand. cap. 4. nu. 25. p. 1. arg. text. in l. Imperatores ff. de ſeruit. vbi
15 vſurarius non debet eſſe melioris conditionis, quam Dominus fundi.

Iſte verò vſus Baroni debitus, quia competit ratione ciuilitatis, & non poteſtatis dominicæ, cedi, vel vendi non poteſt, Indè locata terra per Baronem, cum omnibus iuribus, & actionibus, non venit iſtud ius, vti perſonale,
16 quod non trāſgredi poteſt perſonam, l. quia perſonale ff. ſol. matr. & ità diffuſè defendit Regens de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de elect. offic. §. 2. num. 9. Indè vaſſallis etiam, quibus ratione parilitatis competit vſus ſuper demanialibus feudi conſtitutum eſt, eos non poſſe ad ſocidam ab exteris animalia
17 capere, & ea introducere ad paſcendũ in demanialibus Baronis, quia perſonale priuilegium eſt, dixi in præc. tract. ſuper hac pragm. nu. 102. Vndè nemo prætendere debet id, quod ipſe non eſſet conceſſurus, l. fin. C. de ſolut.

Poſtremò eſt inquirendum, an vti ciuis teneatur Baro ad onera vniuerſalia, nàm cuius eſt participare de emolumentis, ſpectat etiam onera ſentire, l. 1. §. deniquè ait ff. de aqua plu. arc. Dic cum diſtinctione, ſi tra-
18 ctatur de functionibus fiſcalibus, ipſi non numerantur in focularibus, l. 2. C. de priuil. eorum qui militant lib. 11. & ſic cùm ſint exempti, ad ea non contribuunt: Pro feudalibus non poſſunt collectari, vt dicam in ſeq. cap. Similiter ſi ciues debita contrahunt pro eorum comoditatibus, & neceſſitatibus, cũ de illis Baro non participet, neq; ad onus debitorum tenetur: Si verò poſſideant
19 bona priuata burgenſatica, tenentur tùnc ad bonatenentia, ſecundùm communem opinionem, quam arbitrio Regiæ Cameræ vidi taxatũ, ſic Antib. de muner. & honor. p. 3. §. quæro num. 95. Franch. dec. 197. nu. 19 & Capyc. in inueſt. verbo collectę, verſ. Princeps, qui ait, etiam Regem ad eam teneri, DD. in l. medicos C. de profeſſ. lib. 10. Imò dicunt pro iſtis burgenſaticis teneri ad collectas, Rebuff. in l. ſi quis diutinam C. de exact. trib. lib. 10. & latè Iacob. tract. de homag. num. 6. Brun. conſ. 103. Nact. conſ. 655. vol. 3. & alios adduxi in præc. tract. in princ. huius
20 pragm. Sed aduertendum eſt, quod aut onus collectarum impoſitum ſuper bonis ſtabilibus eſt inuariabile, & tūc dicitur afficere perpetuò rē collectatam à principio, vndè ad quemcumq; tranſit, & cũ onere ſuo vadit, aut collecta imponitur variatè, & tùnc potiùs dici-

dicitur res affecta ratione perſonæ,quę pro bonis obligatur, quàm quod onus ſit affixum rei, vndè mutata perſona, ceſſat collecta,quæ imponitur pro de-
21 bito perſonæ, & ſic intelligitur cap. Regni 69. & dictum à Carau. in ritu 229.quod pro emptis,& donatis nemo eſt immunis à collectis priùs ſuper rebus impoſitis. Sic Theſ. deciſ. 234. Craſſ.de effect.cler.cap.3.Ricc.collec. 504. Non nego, quod ſi perſona ſit obligata debitis vniuerſalibus, & eius rata, ex alijs bonis conſequi nō poſſit, illa bona affecta tenentur, licèt à perſona immuni poſſideâtur, Theſ. deciſ. 149.& 257.Angel.conſ.24.& in terminis proprijs Cancer. lib.3.var.reſol. cap.3. nu.142.

Verumtamen pro comoditatibus, quas intendunt participare Barones,&
22 onus ſolutionum Vniuerſitates ſuſtinent, vti pro ſalario Medicorum,eleemoſyna Concionatorum, vel ſi conducant paſcua conuicinia, mediante ſalario,& ſimilibus,pro rata contribuere ſunt obligati, l. 1.C.de collat.fund. lib. 12.ibi. (Nulla ratione debent ab hoc,quod in commune omnibus profuturum eſt ſeiungi)& dixi ſing.meo 78. & nùnc addo Auend. de exeq.mand. cap. 14 par.2.& conferunt notata per Graſſ. vbi ſuprà ex nu. 250. Guttier. alleg.10.Caual.dec.44.lib.1.nu.100. Sed hæc de iure, cùm de facto Barones nil de tali obligatione curent,neq; miſeri vaſſalli has contributiones à Barone procurant, ſed in foro poli nō ſunt exempti.

## ARGVMENTVM

Barones dùm ciuilitatem in ſuis Terris de iure conſequantur, quale forum ſortiantur,Præſidis Prouinciæ,vel Magnæ Curiæ.

Emptores fructuum feudi, & coloni,an ſint etiam immunes à gabellis, pedagijs, & cœteris oneribus.

### SVMMARIVM.

1 *Baro delinquens,vel contrahens in ſuis Terris,licèt ciuis ſit,non ſortitur ibi forum.*
2 *Barones ſortiuntur forum Præſidis Prouinciæ.*
3 *Barones vti Curiales Principis an ſortiantur forum Magnæ Curiæ, diſtinguitur num.8.*
4 *Curiales,ac Cauſidici ſortiuntur forum Magnæ Curiæ.*
5 *Barones dicuntur Officiales perpetui.*
6 *Barones vti feudatarij non dicuntur ciues Neapolitani.*
7 *Precibus fruſtrà impetratur, quod de iure conceditur.*
9 *Barones ſunt immunes ex omnibus oneribus, & collectis pro feudalibus.*
10 *Immunitas quando eſt realis, extenditur etiam ad colonos.*
11 *Res libera plus venditur, quam onerata.*
12 *Emptores fructuum feudalium tenentur ad gabellam, & alia onera.*
13 *Priuilegium extinguitur, mutatione perſonæ.*
14 *Conducens bona feudalia,tenetur ad collectas,limita nu.18.*
15 *Coloni rerum feudalium an ſint immunes pro parte colonica.*
16 *Pactum in fraudem gabellę an ſit validum.*
17 *Fraudibus eſt obuiandum.*
18 *Immunitatem concedere poteſt Princeps conductoribus ſuorum feudalium.*



Digitized by Google

## CAPVT LXXXV.

DIximus in cap. præc. qualiter Barones in ſuis Terris de iure nuncupentur primi ciues, & ratione iſtius ciuilitatis gaudeant omnibus prærogatiuis, & comoditatibus ciuium. Quæritur modo, quale forum ſortiantur, ſi contrahant, vel ibi delinquant. In loco enim vbi ipſi habent dominiũ, & iuriſdictionem, non poſſunt actiuè,
1 nec paſſiuè ius ſibi dicere, l. qui iuriſdictioni ff. de iuriſd. omn. Iud. & C. ne quis in ſua cau. iudic. Nequè eorum officiales ſunt competentes, cùm in cauſis ſui Baronis notoriè ſuſpecti dicantur, cap. inſinuante de offic. deleg. Fabr. diff. 9. C. de iudic. Concludendum ergò eſt, Barones ſortiari forum
2 Regiæ Audientiæ illius Prouinciæ, cui ſubijciuntur Baroniæ, vt dixi in præc. tract. pragm. 8. par. 2. nu. 260. cum ſeq. Ratione enim inueſtiturarum, quæ à Rege eis conceduntur cum iuriſdictione, exhibitis priuilegijs datur illis remiſſio cauſarũ vaſſallorũ. Et proindè licèt Barones eſſent Neapolitani, ſi in loco ſuorum feudorum delinquant, vel conueniantur, per Regiam Audientiã poſſunt cognoſci, ſic Capyc. deciſ. 59. Ann. ſing. 57. Frecc. de ſubfeud. tit. de offic. Mag. Cancell. n. 31. dùm inquam ciues illius loci ſunt, & ibi habitant, meritò forum Præſidis Prouinciæ ſortiuntur (qui iuriſdictionem ordinariã tenet in tota Prouincia) licèt de alijs locis originarij ſint, vt explicauimus ſuprà cap. 61.

Suppoſita dicta concluſionè eſt elucidandum dubium, quod pluriès controuerſum vidi. Dicunt enim Barones, quod quamuis vti præſumpti ciues, in ſuis terris ſortiãtur forum prouinciale, tamẽ ratione repreſentationis perſonę
3 Baronalis poſſunt declinare forum Præſidis, vti Feudatarij, & petere, vt remictatur cognitio ciuilis, & criminalis ad Magnam Curiam, ſupponẽdo vti Barones poſſe dici Neapolitanos, qui trahunt, & non trahuntur, vt in ritu 301. &ità implicitè me innuiſſe videtur ſuper hac prag. in præc. tract. & in d. nu. 260.

Adducuntur rationes, quibus fulcitur hæc opinio, vt Barones ſortiantur forum Mag. Curiæ, quæ Vicarium, & Regem immediatè repreſentat, quapropter Vicaria nominatur, vt de Pont. de poteſt. Proreg. §. 7. nu. 4. tit. de aſſenſib. Barones inquam de iure dicuntur membra Principis, vndè ab ipſo capite ſunt recognoſcendi, l. fin. C. vbi Sen. vel clariſſ. Nominantur etiam Milites Curiæ Regis, cap. ſi quis miles de Conſtit. Lotar. & à ſuo Capitaneo ſunt eorum cauſæ videndæ, l. Magiſteriæ C. de iuriſd. omn. Iud. Sunt adhuc curiales Regis, vt in cap. 1. de Capit. qui Curiam vend. Indè Capitanei Barones etiam appellantur, vt DD. ibi, vndè ſi Curiales Magnæ Curiæ gaudent prærogatiua, vt cognoſci non poſſint ab alijs Officialibus, niſi à Mag. Curia, vt in ritu 46. cùr talis prærogatiua non eſt extendenda ad curiales
4 Milites Principis, l. curiales C. de dignit. lib. 10. Vlteriùs ſi de delictis Officialium ſola Mag. Cur. actiuè, & paſſiuè cognoſcit, priuatiuè ad alios ex vulgato ritu 49. cùr Barones, qui etiã Officiales perpetui dicuntur, vt in rub. præc. tract. num. 56. dixi, & habent iu-
5 riſdictionem in dominium, quæ eſt maior illa, quam habent Officiales in adminiſtrationẽ, Franch. dec. . . ex vi cõprehenſiua, & extenſiua, non debeant eodem beneficio gaudere, arg. l. illud ff. ad l. Aquil. vbi enim eſt eadem ratio, & maior, eadem iuris diſpoſitio eſſe debet, l. à Titio ff. de furt. ex ijs ergò fori priuilegio vti Neapolitani gaudere debere contendunt.

In contrarium replicatur, Barones dici non poſſe Neapolitanos, vt eorum priuilegijs gaudere debeant, dùm non ſunt allecti, vel originarij, vt in prag. 1. de

de immun.Neap. & probat pragm.fin. nupèr ſituata in hoc tit.de Baron.in
6 qua legitur fuiſſe ſupplicatam S.M.vt priuilegiũ conceſſum antiquitùs Neapolitanis,nè poſſint torqueri ex proceſſu informatiuo,dignaretur communicare Baronibus Regni, & ita fuit prouiſum. Arguitur ergò,quod ſi Barones fuiſſent reputati Neapolitani, fruſtrà precibus impetraretur, quod nobis de
7 iure debetur, vt extat iuris axioma in l.1. vbi glo.verbo precibus ff. ad municip.& propterea Barones gaudere poſſe fori priuilegio,vti Neapolitanos iure non poſſe affirmari dicendum videtur.

Hęc vltima opinio vera eſt,vt Barones,ſi non ſint orti,vel oriundi, aut habitantes Neapolim,priuilegijs Neapolitanorum gaudere non poſſint, ſed circa fori priuilegium ſortiendum in M.C.V. diſtinguendum puto,quia aut Barones conueniuntur ciuiliter,vel crimi
8 naliter de geſtis in ſuis terris, & apud Præſidem Prouinciæ, iure poſſe ibi forũ ſortiri, & trahi eſt dicẽdum,vt ſupra probauimus,ex deciſ.Capy.& aliorum, aut conueniuntur ex contractu, vel maleficio de geſtis extrà locos ſuarum Terrarum, & eorum iuriſdictionis,& tùnc affirmatiua opinio ſuſtinetur, vt petere poſſint,eos remicti ad Magnam Curiam,quia vti Barones,qui tàm illuſtrem dignitatem meri,& mixti imperij tenent, iuſtum eſt, vt Vicaria, quæ Vicaria Principis dicitur,de ſuis membris cognoſcat, & non alij inferiores, l.ſi grauius C.de dignit.lib.10.cõprobat Frecc. tit.quis dic. Marchio nu.9. ratio diuerſitatis eſt; nàm primo caſu, cùm ciues dicantur in ſuis terris, ideò ſubijciuntur ordinario Iudici Prouinciali, ſecundo caſu, quia tùnc exteri reputantur extra locos ſuarum Terrarum, licèt forum aduentitium ſortiantur,ratione delicti,vel contractus,tamẽ poſſunt ratione priuilegij Baroniæ petere remiſſionem ad Mag. Cur. & ità diſſidentes opiniones conciliari, & Capyc. deciſio intelligenda eſſe mihi ſuadeo.

Finaliter articulum alium, quem perſũctoriè ſup hac prag.in pręc.trac. reliquimus,modo congruum eſt,vt eũ diffiniamus:Dicebam,Baronem pro bonis feudalibus eſſe immunem ab omni onere, tàm collectarum, quàm gabellarum, & ſimilium, Capyc. in ſua inueſt. verb. feudatariorum immunitas,& extat cap.Regni incip.Porrecta;
9 inſurrexit(ſuppoſita dicta cõcluſione) dubium, quid ſi Baro vendat fructus perceptos ex feudo exteris, & Vniuerſitas illius loci,vel Fiſcus,ſeù alius habeat priuilegium exigendi gabellam ab ementibus in eo territorio, an Baro poſſit facere immunes ementes ab eo victualia,ſeù animalia, cœterauè quæ ex feudo percipit, ita quod emptores ſint immunes ab onere ſoluendi exituram, vel pedagium, quod ſolet ab alijs exigi. Adduxi ibi aliquas auctoritates, ſed in facti contingentia multa hinc indè in Sac.Conſ.fuerunt allegata; Pro Barone adducebatur conſ.Pauli Staib.28.qui fuit inter primarios Aduocatos, & pro eis conſuluit, ex eo quod dicta immunitas eſt ex dicto cap.porrecta,conceſſa rebus feudalibus, & non perſonæ,& quando
10 immunitas eſt tributa rei,vel loco, eſt realis,& ideò extenditur etiam ad Affictatores,& colonos, vt latè per Roland.à Valle conſ.61.ex n.11.Menoc. de arb.Iud.caſu 562.n.20.addi poteſt etiam alia ratio, quod ſi contrarium ſupponatur,per indirectum immunitas feudalis fraudaretur, quia ob hoc onus, Baro minori pretio emptoribus fructus feudi vẽderet,ex regula,quod plus vẽditur res libera, quàm onerata
11 aliquo tributo, l.ſi venditor in fine ff.de ſeru.exportand. Bald. conſil. 31. vol.1.Socc.Sen.conſ.297.lib.2.Tiraq. de retr.conuen.in præfat.nu.22.

Negatiua tamen opinio eſt magis recepta,& cõmunis,quod facta venditione à perſona exempta à pedagijs, vectigalibus,alijsuè oneribus, ſiuè immunitas ſit conceſſa fauore perſonæ,
12 ſiuè bonorum,emptores teneantur ad ſolu-

ſolutionem pedagij, vel gabellæ, Iaſ. conſ.20.nu.7.lib.1.Burſat.conſ.42.nu. 14. Archid.in cap.fin.de cenſib.Theſ. dec.116. num.6. Craſſ. de effect.cler. effect.3.à nu.87. Bertachin.de gabell. p.7.q.7. nàm translato dominio in alium,ea bona efficiuntur noui Domini, l.1.§.cum veteres ff.de acq.poſſ. & mutatione perſonæ extinguitur priuilegium,ad tex.in l.Paulus per Procura
13 torem ff.de acq. hæred.indè cōductor bonorum fiſcalium non eſt pro fructibus immunis à collectis, licèt fiſcus,& eius bona ſint exēpta ab omni onere, l.licitatio § fiſcus ff.de publ.& vectig.
14 Boer.dec.213. Maſtril.dec.304. Surd. conſ.444.lib.3.Nec obſtat conſ.Staib. (nàm vltrà quod contrarium deciſum refert Theſ. deciſ.116. & Ann.ſing.99. Menoch.caſu 180.nu.8.Luc.de Pen.in l.fin. C.de quib. muner. vel præſt. lib. 10.)loquitur enim ille in colono parti
15 tario,qui partem fructuum habet loco operæ,laboris, & ſumptuum factorum in cultura agrorum,qui propriè non dicuntur fructus,cùm fructus dicantur deductis ſumptibus, l.1. C.de fruct. & lit.exp.vndè nimirùm ſi ipſe etiam immunitate gaudeat, ſed emptor, qui collectis fructibus, ſeparatis à ſolo à Barone emit,collectas ſoluere debet, quia non procedit eadem ratio in vno, quàm in alio, imò etiam ſi fructus eſſent empti in herba ab illo qui immunis eſt, tenetur emptor collectam ſoluere de tritico, vel ordeo exindè collecto, Guttier.de gabell.q.44.num.8. cum ſeq.

Indè cautelam excogitauerunt, quod Barones, alijuè, qui de iure, vel ex priuilegio immunitatem habent, extrahant bona extrà diſtrictum, vbi circumſcripta eſt exactio, & poſteà
16 vendant, & ea tradant emptoribus Craſſ. dict. effect. 3. numer. 91. Ripa de peſte tit. de remed. ad conſer. vbert.nu.125.& Io.de Amic.conſ.18. dicit, valere pactum inter emptorem, & venditorem,vt res tradatur libera extra locum,& ſequuntur Burſat.conſ. 42. Menoch.de arb.iud.caſu 562.nu. 56.& latiùs Borgn.dec.44. lib.1. non tamen puto,eſſe ſine ſcrupulo conſciētiæ,cùm plus valeat,quod agitur,quā quod ſimulatè concipitur,C.plus val. quod agit.maximè cùm ſit in dānum tertij,& fraudibus ſit obuiandum,l.in fundo ff. de reiuend.D. Valenz.conſ. 33. ex numer.31. & ità innuere videtur Guttier.d.quæſt.44.nu.12. & non negat idem Craſſ.ibidem nu.60.

Limitatur concluſio prædicta in Fiſco,qui ſi expreſsè concedat immunitatem ſuper bonis,introitibus,& fructibus percipiendis ex arrendamentis, ea eſt ſeruanda, vt videmus practicari
18 cum fidatis Regię Dohanæ, qui pro animalibus,quæ fidant in paſcuis, teneat priuilegium, vt ſint immunia ab omni pedagio,vectigali,& onere, tàm pro animalibus in libro Dohanæ deſcriptis, quàm pro fœdibus,& fructibus, & hoc non patitur difficultatem, quia ſi ad Principem ſpectat tribuere immunitates alteri, tantò magis ſuper ſuis, l.1.C.de immun.lib.11.ſed ſi expreſsè non eſſet data hæc facultas, priuilegium immunitatis fiſci non trāſiret in cōductores, & ceſſionarios, vt Maſtrill.d.dec.304.cū coaceruatis.

## ARGVMENTVM.

Princeps an Baroni concedere poſſit ius prohibendi in vaſſallos,nè victualia moliant,niſi in ſuis molendinis, coquant in ſuis furnis, & ſic in ſimilibus.

Ius prohibendi an præſcriptione quæri poſſit per Barones, & ſi fuerit quæſitum, an longa negligentia amictatur.

Furnos, molendina, & ſimilia, vbi nō eſt ius prohibendi, an vaſſalli publicè tenere poſſint,exigendo molitură, & an ſit actus iuriſdictionis.

SVM-

## SVMMARIVM.

1 *Libertas faciendi furnos, tapetos, & molendina, non poteſt à Barone reſtringi.*

2 *Clauſula in inueſtitura poſita, cum furnis, molendinis, & cæteris, non importat ſpecificam conceſſionem, vnde nil tribuit.*

3 *Princeps in præiudicium libertatis quicquam concedere debet.*

4 *Princeps diſpenſare non poteſt ſuper iure quæſito, ſecus ſuper iure quærendo.*

5 *Ius prohibendi, conſuetudine, & præſcriptione Barones quærere poſſunt.*

6 *Vaſſalli præſcribere poſſunt contra priuilegium, vel ius prohibendi quæſitum per Baronem, per contrarios actus.*

7 *Libertas faciliùs quæritur de nouo, & ius quæſitum contra eam minori tẽpore præſcribitur, quàm ſeruitus.*

8 *Libertas per non vſum quæritur.*

9 *Facultatis, quæ ſunt per contrarium actum præſcribuntur.*

10 *Patientia ſola ſine contradictione ſufficit in ſeruitutibus diſſoluendis.*

11 *Molendina, & bactinderia in aquis publicis Vaſſalli conſtruere non poſſunt, & ſi ius prohibendi Baro non habeat.*

12 *Aquæ publicæ in Regno ſunt de demanio Baronum.*

13 *Aqua publica an vti poſſint Vaſſalli pro irrigandis hortis. remiſſiuè.*

14 *Molendina, & bactinderia cum miniſterio ventorum, vel aquarum priuatarum, & centimula abſque Baronis licentia conſtrui poſſunt.*

15 *Vaſſalli poſſunt tenere furnos, & tapetos, non ſolum pro vſu ſuo, ſed pro vſu communi.*

16 *Molituram, ſeù fornaticum exigere non eſt iuriſdictionis.*

17 *Baro an in ſuis furnis, ſeu molendinis ſolitam penſionem augere poſſit. diſtinguitur.*

## CAPVT LXXXVI.

DIſponit hæc pragmatica, vt Barones liberé Vaſſallos permiƈtant, in ſuis furnis panem coquere, in molendinis victualia molere, in tapetis eorum oliuas terere, & hoſtarias tenere, & non audeant prohibere, vt ſubditi nõ accedant, niſi in furnis, & molendinis Baronum, quia cuiquam non eſt arctanda libertas, niſi ipſi Domini priuilegio particulari, aut legitima præ-
1 ſcriptione ius prohibẽdi obtinuerint, quem textum plena manu, diuerſis quæſtionibus in præced. commentarijs exornaui, nunc aliqua omiſſa breuiter addam, quæ vtilia eſſe putaui.

Primò aduerte, quod ius reſiſtit Baronibus prætẽdẽtibus habere ius prohibendi, nec obſtat tex. prag. quæ reſtringit regulam (niſi illi habeant priuilegium in contrarium) nàm etiam ſi inueſtitura facta eſſet, cum ſolita
2 clauſula apponi, cum furnis, molendinis, & cæteris, hæc non dicitur ſpecialis conceſſio, Bald. conſil. 410. volum. 5 Gramat. conſil. 13. Vrſil. dec. 388. & declarat ſequens prag. 15. Imò etiã ſi in ſpecie in corpore conceſſionis eſſet tributum hoc priuilegium, conſiderãdum eſt, quod aut ſubditi habuerunt furnos, molendina, bactinderia, & ſimilia ante conceſſionem, & iuri quæſito non cenſetur Principem voluiſſe præ-
3 iudicare, cùm de poteſtate ordinaria neq; poſſit, l. 2. §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publ. DD. in l. item verberatum ff. de rei vend. Petra de poteſt. Princ. cap. 7. aut Vaſſalli non habent conſtructa molendina, furnos,
4 & cętera, & tunc ſuper iure quęrendis & non dùm, rebus in eſſe product Princeps diſponere poterit, Gabr. Roman. concl. 1. titul. de iure quæſ. non toll. cum ab eo coaceruatis, & ſic intel-

Digitized by Google

telligas procedere hunc textum, in eo quod dicit, priuilegio ius prohibendi contra Vaſſallos concedi poſſe.

Conſuetudine verò, & immemorabili præſcriptione Barones tale ius q̃rere poterint, quia Vaſſallorum patientia, & conſenſus præiudicat, itaquod quis ſeruituti ſubijci poterit,
5 vti de angarijs, & perangarijs dixi in præc.tract.prag. 16. Capyc. dec. 118. Auēd.c. 4.ex n.23.p.2.de exeq.mād. Quando autem Baro in iſtis iuribus negatiuis poſſeſſionem, vel quaſi dicatur eam cōſequi, & incipiat poſſeſſio; intricata eſt quæſtio, ſed accuratè eā explicaui ſupra cap. 5. & cap. ſequenti declaraui, quando dicuntur actus geſti iure facultatis, vel iure proprio, vt cenſeatur inductum, & quæſitum Baroni ius prohibendi, ſi Vaſſalli ſemper ad molendina, & furnos illius ſoliti fuerint accedere.

Suppoſitis enim terminis habilibus quod Baro, priuilegio, vel legitima præſcriptione quęſierit ius prohibendi, fuit valdè hęſitatum, an ſi tacuerit, & permiſerit, vaſſallos facere molendina, furnos, hoſtarias, & ſimilia, & Vaſ
6 ſalli longiſſimo tempore, patiente, ac ſciēte Barone, eorum libertatem à iure ſibi conceſſam exercuerint, poſſint poſtea à Barone prohiberi, vel ipſi tueri ſe valeant exceptione præſcriptionis, quod à nexu obligationis ſoluti fuerint: Et magis recepta eſt opinio, fauore libertatis patientiam, & ſcientiam, cum vſu contrario efficacem eſſe, vt Baro ampliùs ſuo iure vti nō poſſit: nam licèt in acquirenda ſeruitute ſtrictè de iure procedi debeat, & ſic facienda interpetratio, tamen in ea diſſoluenda largiſſima extenſio eſt fa-
7 cienda, Facchin.lib.8.contr. cap. 22. Gomeſ.var.reſolut.tit. de ſeruit. cap. 15.& ibi Add.Maſcar.de probat.concluſ.1215.& in indiuiduo ita iudicatū refert Cancer. lib.3.var. reſol. capit.4.num.157.

Ex qua reſolutione etiam infertur, quod ſi Baro conſequutus fuerit ius collectādi, vel exigendi à Vaſſallis, vel territorijs eorum, ſi tempore ſuo, actione ſibi ſpectante non fuerit vſus, & lō-
8 giſſimum tempus fuerit decurſum, quod vaſſalli detinendo id, quod Baroni præſtare debuiſſent, in poſſeſſione libertatis ſe poſuerunt, Caſtr.in l. hæc autem iura ff.de ſeru.vrb pręd. Natta conſ.86. Nec reſpondeas, in facultate Baronis fuiſſe prohibere, & ſuam clementiam ſibi obeſſe non debere, cùm ea quæ facultatis ſint, nullo tempore pręſcribantur. l. viam publicam ff.de via publ. Nàm prædicta regula vera eſt, quando ſtat in ſimplicibus, ſed dato contrario vſu Vaſſallorū, faciend molendina, hoſtarias, & cętera ſupra-
9 mentionata, iſti actus ſunt poſſeſſiui, & fauore libertatis dant poſſeſſionem, & exindè pręſcriptionem, Peregr. de iure fiſci tit. de pręſcript. in fine, & latius dixi in ſimili ſupra cap. 6. à num. 11. Nec iſto caſu eſt neceſſe, vt Baro vſum interdicat, ita quod ex eo tempore ſi Vaſſalli non ceſſauerint, tunc in poſſeſſione poſiti intelligantur, & DD.in l.1.& 2.C.de ſeruit. Alex.conſil.136.vol.2. nàm procedit hoc in ſeruitutibus acquirendis, non in diſſoluēdis, cùm pro libertate ſola patientia pręiudicet, Fontan. de pact. nuptial. clauſ.4.glo.17.p.1.ex nu.75.

Vlterius quęritur, ſi Vaſſalli ſint in
10 libertate, & Baro non habeat ius prohibēdi, vt illi non poſſint cōſtruere furnos, bactinderia, & molendina, an rōe vſus aquę poſſit illis interdici tale miniſteriū, Peguer.dec. 223.ex profeſſo
11 diſcurrit hunc articulum, & firmat licitum eſſe ſubditis conſtruere in aquis omne miniſterium, quia vſus aquę eſt communis, & publicus; Hęc ęquidem deciſio tanti viri poſſet multos decipere, ideò aduertendum duxi, eam procedere attento iure communi, ſed in Regno, quia aquę publicę ſunt de de-
12 manio Baronum, ex inueterata, & cōmuni conſuetudine, Luc. de Pen. in l. vſus aquæ C. de aquęductu lib. 12.& dixi in pręc.tract. prag. 8. par. 2. ex

num.

nu.26.& ſupra c. 46.ideò Vaſſalli nul-
lo modo facere poterint molendina,
13 nec bactinderia, aliaq; miniſteria in
aquis publicis eſt dicendum. Indè in
Sac.Conc. fuit dubitatum, ſi vaſſalli,
abſq; licentia Baronis aqua publica
vti poſſint pro irrigandis hortis, vine
Annã alleg.68.Franch.dec.183.molẽ-
dina verò cum miniſterio ventorũ,aut
vſu aquarum priuatarum,cum ingenio
14 eã hauriendo,& ſic centimula poſſunt
ſine Baronum licentia ea conſtrui, Ca-
py.in inueſt.feud.verſ.& cũ molẽdinis.

Inſuper cadit dubitandum, an licitũ
ſit Vaſſallis,qui libertatem habent cõ-
ſtruendi molendina, furnos, tapetos,
poſſe ea tenere, non ſolum pro eorum
15 vſu,ſed pro omnibus, exigendo moli-
turam,ſeù fornaticum,Caſſan.in con-
ſuetud.Burg.rubr.13.§.9. num.2. ait,
hoc eſſe quodam ius publicum ſapiens
quandam iuriſdictionem,quæ ſubditis
competere non poteſt,ſed ſolum Baro-
nibus,qui quando habent ius prohibẽ
di,poſſunt hanc publicam exactionem
16 facere. Quæ quidem opinio dura mi-
hi viſa fuit,cùm ius molendi ſit facul-
tatis,& ſic ſolutio molituræ,quæ acce-
dit iuri voluntario molendi,vnde cum
non detur coactio ex parte ſubiecti,
nec obiecti, dici non poteſt, eſſe ius
quæſitum tenenti molendina, ſeù fur-
nos faciendi talem exactionem à vo-
lentibus, & hanc poſteriorem opinio-
nem de iure,& vſu approbatam video,
& ſic in indiuiduo Caſſan. ſententiam
improbat Aym. Publicus in conſuet.
Aluer.tit.17.ar.9.circa fin.tãtò magis
quod ratione expenſarũ,& laboris ta-
lis exactio videtur fieri in recõpenſam

Conferunt adducta per D. Rouit.
ſuper hac prag.ex num.3.vbi an Baro
poſſit alterare ius molituræ,vel forna-
tici vltra ſolitum, & dicit in facti con-
tingentia, Præſ. de Franch. noluiſſe
prouidere ad inſtantiam Vaſſallorum,
17 qui grauabantur de hac innouatione,
vt obſeruaretur ſolitum, quia Baro il-
le non habebat ius prohibendi, vndè
erat in facultate ius molendi, & acce-
dendi ad furnos,ſeù molendina ipſius
Baronis,ſed ſi haberet ius prohibendi,
tunc coacta eſſet exactio,cùm aliò vaſ
ſalli ire nõ valeant,& proindè in illorũ
præiudicium,tunc moliturã augere nõ
poſſet,vt doctè ſuo more ibi cõſiderat.

## ARGVMENTVM.

Venatio,vel piſcatio an & quando per Principem,vel Barones prohiberi poſſit.

Colũbas ſylueſtres, aliaſq. feras recluſas, an medijs herbarum, vel alio artificio, quis de alterius loco ad alium trahere valeat.

Baro an exteros prohibere poſſit, ne valeant venari,aucupari,& piſcari in ipſius diſtrictu.

## SVMMARIVM.

1 *Piſcatio,venatio, & aucupatio, sũt de iure gentiũ,vnde prohiberi nõ poſsũt.*

2 *Princeps quãdo poſſit diſpenſare ſuper iure gentiũ. notabiliter diſtinguitur.*

3 *Ius prohibendi venationem in aliquo loco,præſcriptione quæri poteſt.*

4 *Barones poſsũt prohibere modum indiſcretum uenandi tẽpore magna niuis.*

5 *Bannum prohibitorium piſcationis, & venationis,quãdo animalia ſunt prægnantia ſubſtinetur.*

6 *Venationes cũ ſcolpis quando prohiberi poſſit, & ſic cũ ſagittis, & laqueis*

7 *Venatio leporum cum retijs prohiberi poteſt,vt nobiles eam exercere poſſint cum canibus.*

8 *Publica vtilitas,illicitum facit licitum*

9 *Venationẽ in ſuis defenſis, quis prohibere poteſt.*

10 *Animalia allectare,vt exeant extra defenſã,vt uenentur,nõ eſt permiſſũ.*

11 *Quod vna via prohibetur, ex alia nõ debet admitti.*

12 *Columbas trahere à columbarijs, mediantibus herbis odoriferis non licet.*

13 *Venãs in locis recluſis,furti pena tenetur.*

14 *Columbæ ſilueſtres, inter animalia manſueta reputantur.*

15 *Falconem capiens cum funiculis, & non denuntians punitur.*

16 *Baro in ſuo diſtrictu poteſt prohibere exteros venari, & nu. 20.*

17 *Animalia capta in alieno territorio efficiuntur capientium.*

18 *Ingreſſus in alienum territoriũ prohiberi poteſt, & contrauenient iniuriarum actione tenetur.*

19 *Prohibito antecedenti, poteſt prohiberi conſequens.*

20 *Territoria ſunt diſtincta, & ideò quilibet Baro poteſt exteris prohibere, ne comoditatibus ſui territorij vtantur.*

## CAPVT LXXXVI.

Ex eadem ratione, qua fundauimus in præc. cap. non licere Baronibus prohibere Vaſſallis, ne fiant molendina, furnos, baſtinderia, & cætera, quia naturalis libertas non eſt reſtringenda, infertur idem ius eſſe obſeruandum in venatione, aucupatione, & piſcatione, nam iure gentium introducta hæc fuerunt, l. 1. cum ſeq ff. de acq rer. dom. & ideò
1 nullo iure prohiberi poſſunt, Gramat. dec. 67. & latiùs Moſin. de iuſt. & iure q. 47. & nos hoc loco in præc. tractat. multa ad exornationem huius concluſionis diximus.

Hanc enim receptam ſententiam multis modis notabiliter limitabimus Primo fallit in Principe, qui in aliquibus locis venationem prohibere poterit, & quãuis de iure videatur obſtare, ipſum non poſſe diſpenſare ſuper ijs,
2 quæ iuris naturalis, vel gentium ſunt, vt Felyn. in cap. Quæ in Eccleſiarum, de conſtit. & Gram. loco citato nu. 11 Attamen, quia ius gentium non præcipit venari, ſed facit eam eſſe licitam, & permittit, vnde permiſſum à iure naturali, aut gentium poteſt à Principe, ex aliqua cauſa reſtringi cap. cui venatoribus 85. diſt Caiet. in opuſc. 27 c. 12. Siluoſtr. in ſumma verbo venatio Guttier. lib. 2. cap. 28. pract. quæſt. Indè eſt, quod etiã conſuetudine quæſitã
3 poteſt reſtrictio prohibendi venationem, aucupationem, & piſcationem, in aliquibus partibus, l. quiſquam, ff. de diuerſ. & tempor. præſcr. Fabr. §. flumina inſt. de rer. diuiſ.

Secundo limito, quod etiã inferiores à Principe modũ venationis, & piſcationis prohibere poſſunt, ad hoc vt Populi ijs bene vtantur, & non abutan-
4 tur. Tempore enim magnæ niuis facillimè venationes leporum, aucupationes perdicum, & aliorũ volatilium deuaſtari, & deſtrui ſolent, quia non poſſunt dicta animalia fugere, & ſe defendere, & tunc pro bono publico, ne fiat magna clades, licita eſt prohibitio, Rebuff. in l. vnica C. de venat. ferar. lib. 11. Molin. de iuſt. & iure q 43. to. 1. Simimiliter prohiberi poteſt piſcatio certis temporibus, quando piſces ſunt præ-
5 gnantes, vel ne fiant piſcationes cum herbis, & taxis, ex quibus omnes piſces illius fluminis moriãtur, Cępoll. de ſeruit. tit. de venat. n. 22. Itẽ prohiberi poteſt venatio, ne fiat cum inſtrumentis, quæ poſſent nocere Hominibus, ſi fiat cum ſcolpis, vel ſagittis in locis vbi ſolent gentes practicare, Franch. dec. 158. inhiberi etiam poteſt ne in mon-
6 tibus vtantur cũ inuentione, faciendo foſſeta, ſeù foueas coopertas frõdibus, cũ laqueis, in quas incidere ſolent non ſolũ feræ Silueſtres, ſed manſuetæ, vt in facto obſeruauimus in Prouincia Calabriæ, ſic Luc. de Pen. in l. 1. C. de paſc. publ. lib. 10. Guid. Pap. dec. 218. Item prohiberi poteſt, quod non capiantur lepores, perdices, & ſimiles ad retia, vt Nobiles habeant exercitium venan-
7 di cũ auibus, & Canibus. Andr. in §. nemo retia, n. 31. de pac. ten. & eius viol.

Et in ſumma ex omni cauſa, quæ publicam vtilitatem reſpicit, & non priuatum comodũ, banna prohibitoria, & reſtri-

Digitized by Google

reſtrictoria libertatis venationis, & piſcationis, iuſta, & legitima sũt, & pœna cominata contra nõ obſeruantes exigi
8 poterit, nàm publica vtilitas illicitum facit licitum, Bal. in rubr. C. qui bon. ced. poſſ. Viu. dec. 323. Vaſq. cõt. ill. c. 6

Tertiò, Barones, & priuatæ perſonæ prohibere poterint, nè quis venetur in eius defenſis appatronatis, & foreſtis reſeruatis, l. 3. §. 1. ff. de acq. rer. domin.
9 l. Diuus ff. de ſeru. ruſt. præd. Campan. in cap. Regni incip. Magiſtri foreſtarũ. Fortiùs ſuſtinetur de iure prohibitio, nè extra foreſtam perſonę poſſint allectare feras, vt exeant, ſimulando voces
10 capriorum, leporum, & aliorum, & ego vidi cum certis inſtrumentis, tempore quo ſolent dicta animalia grauidari, voces ſimulari, & ſtatim fœminæ currunt ad locum, vbi tales voces emictũtur, & cum ſclopis, & ſagittis infinita animalia occiduntur. Hæc itaq; fraus poteſt inhiberi, nàm quod vna via non permictitur, ex alia non debet licere,
11 c. cum quid. de reg. iur. in 6. & ita probat tex. in l. 2. §. idem ait ſi odore ff. nè quid in loco publ. & in l. ſicut §. auſtis, & §. ſi ff. ſi ſeru. vindic. Cappell. Tholo. dec. 348. indè cuiquam non licet in
12 ſua columbaria ponere cimina, & alia odorifera, quæ trahunt columbas ex alijs columbarijs, quia eſt fraus, Cępol. de ſerui. tit. de columbarijs, & tit. de fumo. Eadem limitatio adaptatur, vt licita ſit prohibitio, nè venari, & aucupari poſſit in locis priuatis, in quibus Dominus recluſit feras, & ſuum locum muris, vel ſæpibus clauſit, nàm ea animalia dicuntur appatronata, & in fructu Domini, & non ſolùm prohibitio à Superiore indici, & impetrari poterit pœnalis, ſed ea circumſcripta, accipiẽs, & venans furti pœna puniri poterit.
13 arg. ex l. venationum ff. de vſur. c. 1. §. piſcationum reditus, tit. quę ſint regal. §. ferę inſt. de rer. diuiſ. & per pragm. 1. de Aucupibus eſt impoſita pœna triremium. Indè in columbarijs non licet venari, & columbas occidere, gloſ. in l. vſufructuarium ff. de vſufr. Guid. Pap. dec. 218. nàm licèt vadant, & redeant
14 ad libitum, vndè natura fera eſt, nec poteſt dici ea eſſe recluſas, dùm tamen habent continuum reditum ad columbarias, inter animalia manſueta reputantur, proùt alia animalia, vt ſunt falcones, ſprouerij, & alij, donec animalia iſta ſunt cum ſignis campanellarum, ſeù funiculis, quamuis volent per campaneam, illos occidens, ſeuerè puniri poteſt, l. 1. §. in beſtijs ff. ſi quadrup. paup. feciſ. dic. gloſ. in §. 1. inſt. eod. tit. & Bart. tract. de falcone, qui ait, quod ſi aliquis cæperit aliquem ex dictis au-
15 bus cum ſignis, & Curiæ non denunciauerit, vel non cuſtodierit, vltra intereſſe puniri poterit, & ſequitur Lopez in ordin. Hiſp. lib. 6. & 7. tit. 13. recõpil.

Inſupèr ſatis controuerſum fuit in Regia Audientia Calabriæ Citrà, inter Marchionem Vallis, vtilem Dominum terræ Rende, cuius territorium eſt in confinibus Ciuitatis Coſentiæ, vbi ciues quotidiè accedebant ad venandũ lepores, & alia animalia ſilueſtra, & aucupandum volatilia in campis, & ſiluis diſtrictus dictæ terrę Rendę, quod ęgrèferens tàm Marchio, quàm Vniuerſitas, comparuerunt in Reg. Aud. petendo emanari bannum, vt nullus exter ſub pœna accedere audeat ad venandum, piſcandum, & aucupandũ
16 in eo territorio, abſq; expreſſa licentia ipſius Marchionis, & fuit conceſſa manatio dicti banni, quo promulgato in Ciuitate Coſentiæ comparuerunt Coſentini, petendo illud reuocari, quia venatio eſt de iure gentium publica, & cõmunis, non circumſcripta loco, vndè omnia animalia, quę in Cœlo, mare, & terra ſunt, vnicuiq. capere licet, & ſua facere, vt ait tex. in l. fi. §. 1. ff. de acqu. rer. domin. & ſubſequitur l. 3. eod. tit. vbi habetur, nil intereſſe, quod feræ, beſtiæ, & volucres in ſuo fundo quis ca-
17 piat, vel in alieno, quia vtroq. caſu efficiuntur capientium, etiam ſi per Dominum territorij fuerit prohibitus ingreſſus, vt glo. ibi, & melius in l. Diuus ff. de ſeruit. ruſt. præd. Ex quibus colli-



Digitized by Google

gebatur, non attendendum eſſe dominium territorij,& iuriſdictionem ſuper illo, ſed ſufficere, vt capiantur ea quæ ſũt omniũ cõmunia,& in nullius bonis.

Sed ex parte Marchionis replicatũ fuit, duplici via oppoſitionem ex aduerſo,factã reſoluendo,Et primo,quod licèt venatio ſit cõmunis,& iuris gentiũ, negari tamen non poteſt,quod de iure ingreſſus in alienum territorium prohiberi poteſt, & reſiſtenti accuſatio iniuriarum fieri,tex.in l.iniuriarum §.ſi
18 quę tamen ff de iniur. dùm ergò quis de iure prohiberi poteſt in alienũ territorium,& iuriſdictionẽ introire,in conſequẽtiam prohiberi poterit piſcari, & venari,quia prohibito antecedẽti prohibetur,& conſequens, l.oratio ff.de ſponſal.l.ad rem mobilẽ ff.de Procur.&
19 ſic quamuis venatio ſit publica, cùm introitus in alienũ agrũ poſſit ſub pœna prohiberi,ergò bãnum ſuſtinetur,& cõfirmari debet.Secũdo dicebatur,oppoſitionem ex aduerſo proceſſiſſe de iure comuni,quando dominia non erant diſtincta,& terminata per inueſtituras, & infeudationes,ſed poſtquã diſtrictus in vnaquaq.Ciuitate,& Terra fuit de-
20 ſtinatus ſeruata forma Inueſtituræ,vel Cõſuetudinis,non licet exteris nõ habitantibus in loco habere aliquã facultatem exercẽdi actus venationis,& ſimilium, quia cenſentur deſtinati fines pro viuere,& cõmoditate illorum, qui ſunt in illo tenimẽto,ex originaria doctrina Bal. in l.ſi quis nõ dicam rapere col.3.C.de ſacroſ.Eccleſ.Cæpol.de ſeruit.tit.de venatione, ad inſtar illius, quod diſpoſitum fuit de iure in fundis priuatorum,vt ſuprà dixi ex d.l.3.ff.de acq.rer.dom.& idẽ ius procedit de toto quoàd totũ,ꝙ de parte quoàd partẽ l.quę de tota ff.de rei uen.ſic in terminis Bar.in l.venationem ff.de vſu.Molin. de iuſt. & iure q.45. Franc.Marc. dec.74. lib.1. Theſ.q.22.lib.2. Guid. Pap. dec.218.Ex quibus me referente bannum fuit confirmatum,& cùm fuiſſet appellatum ad S.C. audiui, poſteà fuiſſe confirmatam noſtram ſentẽtiam.

## ARGVMENTVM.

Banna Proregum an functo officio expirent,maximè ſi adſit clauſula (omni tempore valitura)

Banna quando ſubſiſtant, & quæ pœna imponi poſſit.

Citati pro cauſa criminali, ſi erunt vltra decem, quando per Procuratorem comparere poſſint, & quid ſi diuiſim fuerint citati.

## *SVMMARIVM.*

1 *Banna inſerta in volumine Pragmaticarũ, an ſint perpetua, diſtinguitur.*

2 *Bãna facta à Legatis à latere ſemper ſunt obſeruanda.*

3 *Banni natura eſt, vt ſit temporaneũ.*

4 *Pragmatica cũ Conſilio ſunt perpetua.*

5 *Nomina diuerſa, diuerſos debent habere effectus.*

6 *Clauſula poſita in bannis, vt omni tẽpore ſint valitura, an ſint perpetua, diſtinguitur.*

7 *Verba quando in vna diſpoſitione ſuſtineri non poſſunt, transeunt in aliũ.*

8 *Verba impropriantur, nè pereat diſpoſitum.*

9 *Verbum perpetuum poteſt eſſe ad tempus ſecũdum diſpoſitionem, cui attribuitur.*

10 P*rorex non poteſt promulgare pragmaticas, & Conſtitutiones abſque Collaterali Conſilio.*

11 *Banna facta cum Conſilio, quæ habent cauſam ſucceſſiuam ſunt perpetua.*

12 *Banna aut ſunt ſecundum ius, vel præter, aut contra, vel in fraudem iuris.*

13 *Pœna an poſſit per bannũ alterari vltra aliã à iure, vel ſtatuto impoſitã.*

14 I*nferior nõ põt legẽ Superiori imponere*

15 *Pœnas corporales inferiores Iudices imponere non poſſunt.*

16 *Pœna pecuniaria imponenda per inferiores, excedere nõ poteſt ſex vncias.*

17 *Pœna ſecundum loci Conſuetudinem moderari debet.*

18 *Ban-*

Digitized by Google

18 *Banna in fraudem iuris,ſunt nulla.*
19 *Citati pro cauſa criminali, vltra numerum decem, pro vnamet cauſa, poſſunt comparere per Procuratorem.*
20 *Citatio ſi in fraudem fiat diuiſim, an ſubſiſtat in cauſis nõ capitalibus.*
21 *Deciſio* S.C. *adducitur,vt per Procuratorem poſſit compareri.*

## CAPVT LXXXVIII.

BAnnorum materiam accuratè in præc. tract. explicaui, & cum diſtinctione oẽs articulos amplexus fui, Primò, videndo, qui ea promulgandi facultatem habeant,& quanto tempore durent; Secundò, quando de iure ſubſiſtant, & quæ pœnæ imponi poſſint, vt licito iure exequi poterint,& adeò enixè negotium hoc fuit declaratum, quod nil ſuperaddi poteſt, vt refert Cancer.lib.3.c.13.nu.374. & Giurba conſ. 12.qui hunc locum allegant ſuper hac materia Bannorum.

Id quod modo addendum duxi,cùm pluriès in Tribunalibus fuerit dubitatum,eſt, an banna Proregis finito eius officio expirẽt, vel finita cauſa motiua illius banni:In volumine enim Pragmaticarum infinita banna diuerſorum
1 Proregum inſerta reperiuntur, & proindè in facti contingentia fuit diſceptatum, ſi banna ſituata in tit.de exulibus circa extirpationem bannitorum, vt vnus occidendo alterum indultari poſſit,& quod inquiſiti,& contumaces de recaptu ipſo iure abſque alia declaratione foriudicati intelligantur,an ea obſeruari debeant,& videtur dicendũ, diſpoſita à Prorege,qui maximam habet poteſtatem ſemper obſeruanda eſſe, l. apertiſſimi C. de Iudic. Carau. pragm.1.nu.8. tit.ad Macedon. Vaſq. contr.illuſtr.50.nu.11. & ſic in bannis
2 factis à Legatis à latere, Doct.tenuere in cap.fin. de officio ordin. Maſtril. de Magiſt.lib.5.cap.6.nu.48.

Contrariã opinionem eſſe veriorem alij dixerunt, quod banna licet ſint Proregum, durante officio vigorem habeant,& eo finito expirent, cap.plerumq;vbi omnes de reſcrip.Doct.in §. 1.inſtit.de perpet. & temp.act. Affict. dec.388.Caſtil.dec.113.nu.3.Ea enim eſt natura banni, & ita de iure concedentis voluntas præſumitur, vt durãte
3 ſua iuriſdictione obſeruari debeant.

Nec obſtant in contrarium adducta, quia loquuntur Doct. allegati, de ſtatutis, ordinationibus, ſeù pragmaticis cum conſilio Procerum celebratis, ſed quando banna promulgantur ſub titulo,& nomine bãni,præſumptio vt dixi, eſt, quod fiunt non animo perpetuo
4 manendi, quia ſi aliud Prorex ſentiret, ordinaſſet per viam pragmaticarum, quæ ſunt perpetuæ,dùm cauſa cognita promulgentur cum voto Regentium, cap. fin. de officio deleg. Caſtill. loco allegato; Nomen enim rei, eſſentiam denotat,& diuerſa nomina pariunt di-
5 uerſos effectus,vt ait tex.in l.ſi idem C.de Codicillis,& propterea hæſitandum non eſt, ea finito officio expirare.

Sed quid ſi bannum dicat, omni futuro tempore valiturum,quam clauſu-
6 lam in multis bannis inſertã reperies, an ob hanc qualitatem, ea perpetua eſſe debeant. Videtur dicendum,quod ſic,nàm verba,quando in ſui natura, diſpoſitionem ſuſtinere non poſſunt, tranſeunt in aliam, in qua adaptantur
7 verba,arg.ex l.vbi ita ff.de donat.cau. mor. vbi habetur, quod donatio cauſa mortis, cuius natura eſt, vt ad libitum reuocari poſſit, vulgatis terminis,ſi ea fiat cum qualitate, vt reuocari non poſſit,licèt donetur cauſa mortis, verba adiuncta (nè poſſit reuocari) transfundũt donationem, vt inter viuos dicatur,latè Menoch. de præſump.lib.3. cap.35. Boer.dec.353. & 135. Duen. reg.217. Barboſ.in l.quæ dotis n.114.

ff. ſol.matr. Molina de contract. diſp. 287. & Gratian. diſcep. 216. & 443. qui multa correlaria adducũt,qualitèr
8 ob qualitates verborum adiunctas,nomen contractus impropriatur; Cumq; verbum appoſitum in banno dicat, vt omni perpetuo tempore in futurum valere debeat, ergò cùm perpetuam debeant habere obſeruantiam dicta verba, ſine perfinitione, l.ſeruitutes ff. de ſeruitut. l.falſo C. de reſcrip. Alex. conſ.60. 1.vol. Put.dec.115.bannum tranſit in Pragmaticam, & Conſtitutionem, quæ vt ſupra dixi, perpetuam habent ſtabilitatem.

Diuerſam tamẽ ſententiam alij firmarũt,clauſulam prædictam, vt perpetuò bannum debeat obſeruari, eſſe intelligendam, & reſtringendam ſecundum naturam actus,cui adijcitur,& ab eo regulari, vnde verbum perpetuum, adiectum diſpoſitioni, quæ habet cir-
9 cumſcriptam ſuam naturam temporaneam, interpetratur per illud tempus, Decia.conſ.13.n.53.vol.2.&conſ.52. vol.1. Alber. in ſuo dictionario verbo perpetuum, Bald.conſ.372.vol.4.Bertazz.de clauſ.c.42.gloſ.5.n.1.verbum enim generale, non tollit regularem præſcriptionem,l.minor §.ſtatuliberum ff.de minor.& l.prætor ait §.hoc interdictum ff.de noui oper.nunc.Quapropter concludendum eſt, quod bannum licèt emanatum cum adiectione perpetuæ validitatis, de iure interpetratur, durante officio Proregis, & non vltrà: Nec ſubſiſtit illatio ex aduerſo, quod iſta verba cùm ſuſtineri non poſſint ſuper banno, tranſeant in aliam Conſtitutionem, quia non poſſunt habere tranſitum, cùm Prorex ſolus abſq; Cõ-
10 cilio non poſſit facere Pragmaticas,& alias perpetuas Sanctiones, ſic Muta ſuper pragm.Sicil. tit.42. nu.20. Hæc enim eſt differentia inter Bannum, & Pragmaticam, quia bannum eſt temporale,Pragmatica cum Concilio Procerum eſt perpetua, l.iubemus C. de nauibus non excuſ. lib. 11. & l.lege pragmatica C. de domeſt. & protect. lib.12. vbi Doct.Maſtrill. de Magiſtr. lib.5.cap.12.nu.3.tom.2. Vndè conciliando dicas, banna,aut Prorex ipſe ſolus promulgare facit, & ſuo officio durant, aut fiunt cum Conſilio Collaterali,tùnc aut cauſa, ex qua mouetur
11 eſt perpetua, habens cauſam ſucceſſiuam,& ea ſemper durant, quia Conſiliũ cum Prorege vnitum ſemper extat, vt Giurba d. conſil. 12. Aut cauſa eſt temporanea, & momentanea, & tùnc ceſſante cauſa ceſſat bannum, etiam cum Conſilio geſtum.

Banna ergò in volumine pragmaticarum inſerta,aut habent cauſam perpetuam, & ſunt promulgata cum voto Procerum, & ea pro lege obſeruabis, Cætera ſi erunt emanata à Prorege,& alterant ius, expirant officio functo, ſi non ſint renouata. Imò in Regno Siciliæ etiam durante officio vltra annum, banna cẽſentur expirata,ex cap.Regni Ioan. 59. ideò ſingulis annis renouantur,vt Giurba d.conſ.num.23.

Secundò eſt videndum, quando bãna ſubſiſtant, & quæ pœnæ licito iure imponi poſſint:Dixi in prçc.tract.quod aut ea ſunt ſecundum ius, vel præter,
12 aut contra,vel in fraudem iuris. Quæ ſunt conformia iuris diſpoſitioni, legis auctoritatem tenent, verum ſi lex ſtat in meris terminis prohibitorijs poteſt adiungi pœna banno, Menoch.de ar-
13 bit.Iud.caſu 398.nu.46. Auend.de exeq.mand.cap.16. nu.11.p.2. Guid. Pap. dec.206. Idemq; obſeruari poterit, ſi banna erint præter ius, nàm ex cauſa publicæ vtilitatis, & honeſtatis, cum pœna promulgari poſſunt: Tertio caſu, ſi erunt contra ius, inferiores ea
14 promulgare non poſſunt, cap.cùm inferior de maior.& obed. neq,pœnam à lege impoſitã alterare poterint: Solus enim Princeps abrogare, & alterare pœnas, ac leges, facultatem habet Affl in prælud.Conſt.q.3.Inde monendos duxi Iudices, vt pœnas corporales
15 nunquàm imponant, cùm ad ſolum Principem ſpectet: pœnas tantùm pecuniarias imponere poterint, vt non exce-

excedant ſex auri vncias, dicit tex. in
l. Leos, C. de modo mult. Cagnol. in l. 1.
16 n.14. ff. ſi quis ius dic. Alciat. in l. fraus,
§. inter multas, verſ. ex arbitrio, ff. de
verb. ſignif. quæ pœnę moderari etiam
debent ſecundum conſuetudinem, l. 1.
ff. ad turpill. nàm etiam in pœnis exe-
17 quendis conſuetudo eſt attendenda,
glo. in l. hodie, ff. de poe. Farin. q. 95.
Lanar. conſ. 98.

Banna etiam ſi erunt in fraudem
18 iuris, ſunt nulla, l. non dubium, C. de
legib. quia fraus legi fieri non poteſt,
l. iuriſgentium, §. prætor ait, ff. de pact.
l. fin. C. ſi mancip. ita ven. de Pont. con-
ſil. 103. vol. 2. Indè in præc. tract. n. 66
dixi (& nunc addo dec. Sac. Conſil.
quam poſtea vidi) quod quando vltra
decem aliqui commiſerint delictum,
19 ſi erunt ſimul citati, poterint compa-
rere per Procuratorem, ſi delictum non
ſit capitale, ſic extat Conſtitut. Regni,
Generalia iura. In fraudem ergò iſtius
diſpoſitionis non poterit Iudex citare
perſonas ſub numero trium, vel qua-
tuor perſonarum, faciendo plures di-
20 ſtinctas citationes ad informandum,
quia eſt facere fraudem legi, quod non
licet, l. non dubium, C. de legibus; ſic
Campan. in Cap. Regni 211. incipien.
item ſtatuimus, & in alio Cap. incipien.
ſtudio, nu. 6. Sed dùm hæc in practica
vellem opponere pro Vniuerſitate Sā-
cti Blaſij, cuius Ciues erant inquiſiti de
turbatione poſſeſſionis, & erant ſinguli
citati, cùm ex proceſſu conſtabat om-
nes ſimul deliquiſſe, dicebam, citatio-
nem eſſe factam in fraudem, & ſtante
mandato, non poterat procedi ad con-
tumacias: Fiſcus oppugnabat, & ap-
pellauimus ad Sac. Conſilium, vbi ad-
duximus exemplum, ita aliàs fuiſſe de-
ciſum pro Vniuerſitate Boualinę Pro-
uinciæ Calabriæ Vltra, cum Vniuerſi-
21 tate del Bianco, Actuario Izzo. vol. 3.
proceſſuum, vbi omnes fuerũt per Pro-
curatorem defenſi, & conteſtatio litis
commiſſa fuit in partibus, & fuerunt
tranſacti, ſed cauſa non erat capitalis,
nàm tali caſu putarem, prædictam ob-
ſeruationem non eſſe admittendam.
*Hæcque addere volui, reliqua plenè habes in præcit. tract. ſuper hac pragmatica.*

## ARGVMENTVM

Angariæ, & perangariæ, quid importent, & an Princeps iure eas indicere poſſit.

Princeps an Vniuerſitates cogere poſſit, ad aſſignandum tot milites, vt illis vti poſſit in bello intra, et extra Regnum perbellè diſcutitur.

## SVMMARIVM.

1 *Angaria eſt onus perſonale, quod ſubditi tenentur Baroni præſtare, illorũ expenſis.*

2 *Perangaria eſt onus exoluendum proprÿs expenſis ſubditorum.*

3 *Angaria, & perangaria ius, ſoli Principi competit.*

4 *Coloni aſcriptitij, de iure cõmuni erant angarii.*

5 *Princeps an poſſit cogere Vniuerſitates ad aſſignandum tot milites, ut ijs in bellis uti poſſit.*

6 L. *quicunq;* C. *de cohortal. uti notabilis expenditur.*

7 *Princeps nouas angarias indicere non poteſt.*

8 *Princeps diſpenſare non poteſt ſuper libertate perſonarum.*

9 *Perſonæ cunctis omnibus ſunt digniores.*

10 *Præſtatio ſeruitij militaris, non eſt angaria, ſed munus.*

11 *Angaria eſt onus ſordidum.*

12 *Princeps ex cauſa publicæ utilitatis, & neceſſitatis, poteſt diſpenſare ſuper ius naturale, & gentium.*

13 *Cohortes militum,* del Battaglione, *qua ratione fuerunt introducta.*

14 *Princeps poteſt conuocare omnes gentes*

immi-

Digitized by Google

*imminente neceſſitate hoſtium ad arma ſuſcipienda.*

15 *Membra tenentur defendere caput.*

16 *Pro patria pugnare debeamus.*

17 *Milites ſumptu Principis militare debent.*

18 *Omnis labor, mercedem recipere debet.*

19 *Angarij ſubditi, non tenentur ſeruitiũ praſtare extra feudum.*

20 *Subditi tenentur militare extra Regnum, ſi de inuaſione Regni dubitetur, & non aliàs.*

21 *Vaſſalli angarij, tenẽtur hoſpitari Dominum.*

22 *Vaſſalli angarij, ſua ſeruitia prætermittere ſunt obligati, ut uacent illis ſui Baronis.*

23 *Ius prohibendi cenſetur habere Barones in omnibus, quando uaſſalli ſunt angarij.*

24 *Angarij ſubditi, poſſunt cogi ad cuſtodiendum Caſtrum Baronis eorum expenſis.*

## CAPVT LXXXIX.

PRagmatica hæc decimaſexta cõtinuat eandem materiam cum præcedenti, ibi fuit ordinatum ſuper libertate bonorum, nè Barones impediant vaſſallos cõſtruere volentes molendina, furnos, tapetos, hoſtarias, & ſimilia: Modò huius ſanctionis textus, ſuper libertate perſonarum conſeruanda diſponit, vt Barones non audeant, angarias, vel perangarias, ac noua ſeruitia ſubditis imponere, & in præcedenti libro latè tractaui, quæ ſeruitia de natura feudi Baroni ſint debita, & quæ de iure contra libertatem iniuſta ſint. Nũc aliquas quæſtiones ad prædicta pertinentes ſubnectam, & primò curioſam controuerſiam explicabimus, An Princeps poſſit particulari, & expreſſo priuilegio, angarias ſubditis indicere, & facultatem habeat cogendi Vniuerſitates ad aſſignandos tot milites, habita conſideratione focul ariorum, vt ijs in militia contra hoſtes, intra, & extra Regnum vti poſſit.

Et antequam ad diſcuſſionem huius articuli veniam. Supponamus, quod
1 angaria eſt onus perſonale, quo ſubditi de iure ſunt obligati ad ſeruitium præſtandum Domino, ſumptibus tamen illius: Perangaria verò eſt, ſimiliter
2 onus perſonale exoluendum ſumptibus illius ſubditi, Andr. in cap. 1. num. 52. verſ. angariæ, tit. quæ ſint regalia, & eodem loco Affl. & Aluar. Iacobin. de Sancto Georg. de feudis, tit. de homag. num. 31. Gail. obſeru. 52. lib. 2. Natta conſ. 185. Et quando vaſſalli ſunt angarij, quas ſeruitutes, & ſeruitia præſtare debeant, vide Capic. deciſ. 168. & infra in fine.

Hæ æquidem angariæ, & peranga-
3 riæ, inter regalia computantur, & ideò ſoli Principi competunt, vt probat tex. in citato cap. 1. §. angariæ, & ibi omnes Doctores, quia ſolus Rex dicitur Dominus perſonarum, vt in Conſtitut. Regni incip. Quia frequenter, Capic. in inueſt. verſ. cum angarijs, Petra de poteſtate Princ. fol. 44. & vltra ius feudorum,
4 de iure communi cognitæ, & in obſeruantia erant hæ ſeruitutes, & iſti dicebantur coloni adſcriptij, qui ad ſeruitia erant obligati, vt declarat glo. in l. quemadmodum, C. de agric. & cenſ. lib. 12. Capic. dec. 168. Et Imperatores antiquo tempore illis vtebãtur in omnibus humilibus ſeruitijs, Roſental. de feud. cap. 5. concluſ. 70. tit. 3. Affl. in Conſt. Regni incip. Adſcriptus.

Qua concluſione ſic ſtante, quòd indicere angarias ad Regem ſpectet, videtur reſoluta quæſtio, quam ſub dubio in principio poſuimus, ſi iure Princeps mandare poterit, vt Vniuerſitates conſignent tot milites; cùm enim an-
5 garias poſſit mandare, iuſtè videtur facultatem habere cogendi perſonas ad militiam, magis aptas, & quæ minùs de-

6 detrimenti ſint eorum domibus, vti cõſiderat ſingularis tex. in l. quicunque, C. de cohortalib. lib. 12.

Contrarium tenent alij Doct. quod Rex nouas angarias ſubditis indicere nequeat, & licèt talia onera inter regalia computentur, intelligitur, quando
7 ex antiquiſſima conſuetudine, accedẽte populi cõſenſu Princeps ſolitus fuerit perſonis humilibus talia ſeruitia imponere, ſed non quod ad libitum iure poſſit ſubditos ad angarias cogere, quia ſi Princeps diſpenſare non poteſt ſuper ius naturale, vel gentium etiam ſuper bonis, vt Doct. in l. item verberatum, ff. de rei vend. Fabr. diff. 1. C. ſi contra ius, vel vtil. public. Caual.
8 comm. opin. 906. cum mille; Quomodo erit licitum diſponere ſuper libertate
9 perſonarum quæ cunctis omnibus ſunt digniores, l. iuſtiſſimè, ff. de ædil. edict. Hoc probant iura aperta tex. l. 1. C. nè quis liber inuitus cogatur lib. 11. & l. vnicę. & ibi glo. C. nè operę à collat. lib. 10. Voluntariè enim homines Princeps trahere poteſt ad ſibi inſeruiendũ ad militiam, ſed non coactè, ad tex. in l. qui cum vno, §. qui poſt, ff. de re milit. & ſequuntur Luc. de Penna in l. 1. à num. 22. C. nè ruſtic. ad vllum obſeq. lib 11. Caſſan. in conſuet. Burg. rub. 2. tit. de iud. §. 43. Cancer. lib 3. var. reſol. cap. 13. nu. 63. & in Regno enunciant Gramat. voto 33. & And. in Conſtitut. Regni, Si damna clandeſtina dicit, extare capitula pacis, inter Pontificem Honorium, cum Rege noſtro, vt nouæ angariæ, collectæ, aliaq; onera imponi non debeant.

Alij autem diuerſæ fuerunt opinionis, & negant onus trahendi perſonas
10 ad militiam, eſſe angariam, ſed munus honorificum, & non humile, nàm natura ſubiectionis angariæ eſt ſeruitium ſordidum, ad differentiam munerum, vt Gramm. conſ. cit. 12. cum ſeq. l. munerum, & ibi Doct. ff. de muner. & hon.
11 Vndè hoc ſuppoſito, licèt Princeps libertatem arctare non poſſit, & ſuper ijs quæ naturalis iuris ſunt diſpenſare, vt ſupra fuit dictum, tamen ob publicã
12 vtilitatem, & neceſſitatem, pro defenſione ipſiuſmet Regni, & perſonarum, poſſe diſponere, & alterare ius naturale, & gentium, indubitati iuris eſt, de Ponte conſ. 4. à nu. 9. Cauall. loco cit. Petra de poteſt. Princ. cap. 13. Et proindè ſi deſint, qui militare velint, & immineat Regi neceſſitas, cogi poſſunt Vniuerſitates ad aſſignandos tot milites, ſecundum numerum cuiuſdam terræ, l. fin. §. 1. ff. de muner. Lucas de Penna in rubr. C. de tiron. lib. 11. & latius Ayel. de iure adhoæ n. 43. Giurba conſ. 59. nu. 77. Seſe de inhibit. f. 373. num. 17. Nàm tenemur defendere Regnum tàm pro Regis decore, quàm pro publica vtilitate; & naturales Regni ſunt euocandi potiùs, quàm alienigenæ, vltrà quod maius diſpendium datur ex onere hoſpitij exterorũ. Hinc in facto emanauit annis præteritis obſeruatio, quando introductæ fue-
13 runt electiones cohortum militiæ, dictæ, *del Battaglione*, vt pro ſingulis decem focularibus Vniuerſitas eligere deberet vnum militem, vt ſemper parata eſſet hæc militum quantitas, quãdo aliqua neceſſitas hoſtium, in damnũ Regni immineret, & ſic continuò practicatur, quod vrgente periculo mandat Prorex Capitaneis dictæ militiæ, vt congregentur in locis maritimis, eos ad cuſtodiam deſtinatis, iuxta ſui prudentiam repartiendo; vndè hanc vltimam opinionem vti veriorem, & receptam puto amplectendam, & ſic concludendum: Et tanta poſſet eſſe neceſſitas inuaſionis Regni, & quod Rex
14 non habeat milites promptos, quod licito iure ſub graui pœna poterit conuocare omnes gentes aptas ad militiã ad ſuccurrendum, & pugnandum. Specul. §. 1. tit. vbi de feudo: quia membra
15 tenentur defendere caput, l. veluti, ff. de iuſtit. & iure, l. minimè, ff. de relig. & ſumpt. funer. nàm hoc concernit publicum bonum, & publica intercedit neceſſitas, quapropter omnes ſuccurrere tenentur, l. 1. §. ius publicum, ff. de iuſt.

Digitized by Google

iuſtit. & iure, vltra quod debemus
16 pro patria pugnare, Ioan.de Plat.in l.diffinimus,C.de agric.& cenſ.lib.11. adeò quod patriæ prius, & poſtea parentibus debitores ſumus,vt Plato tit. de Republica,& Doct.per illum tex.in l.quicunq;C.de cohortal.lib.12.Et ſic obſeruamus etiam pro perſequendis latronibus conuocare gentes,vt dixi in præc.tract. ſuper hac pragm.

Verum eſt ſciendum, quod quando Princeps eligi mãdat, vt milites ei ſer-
17 uire debeant, ſuo ſumptu, & ſtipendio hoc facere debet, & non expenſis ſubditorum, vel Vniuerſitatum, cùm officium Principis ſit de ſuo erogare pro defendendis Regnis,ideò emolumenta ab eis percipit,vt dixi ſupra c.1. Garſ. de expenſ.cap.20. & eſt communis regula,quia cui operæ præſtantur,tenen-
18 tur ille victum, & ſtipendium dare, l.in rebus, §.poſſunt,ff.commod. indè extat adagium, neminem teneri proprijs ſtipendijs militare, l. pen. ff.de oper.libert.limitatur tamen,ſi repentinè bellum inruiſſet in Regnum, nàm tunc Ciues omnes occurrere debent, non expectato ſtipẽdio, ſecundum Peguer.dec.57. à nu.12.

Sed maius dubium erit,an in occurrentibus poſſit Rex cogere homines ad bellandum, extra Regnum: In hoc regula ſtatuta eſt, non eſſe obligatos
19 neq; homines angarios, extra ſuam patriam ſeruitia præſtare, ad tex. in l. nemo,& ibi glo.& l.pro locis,C.de annon.& trib.lib.10.arg.ex l.hædemum, & l.quod niſi,ff.de oper.libert. ſic Andr.in c.1.§.ſed nec & alia iuſtior cauſa col.3.de prohib.feud.alien. Ann.ſing. 360.Roſental.de feud.concl.71.cum ſeq.& hoc caſu procedit ſecunda opinio: Inde infert Freccia de ſubfeud. auth.30. Barones,qui de iure obligati ſunt ad ſeruitium militare, illud præſtare non tenentur extra Regnum. Limitatur hæc cõcluſio,ſi bellum Regno
20 immineret,& mandaretur ad occurrẽdum, nè ingrediantur hoſtes ad partes vicinas,tunc ea defenſionis ratio, quæ conſiſtit, vt intra Regnum gentes defendere ſint obnoxij,viget fortior,vt ſit antea occurrendum, Franch dec.526. num.6. ex regula, tutiùs eſt in tempus occurrere,quàm euentum rei expectare,l.1.C.quando liceat ſine iud. ſe vindic. & ita fundaui ſupra cap. 1. & iſto medio, & authoritate ſaluabatur, vt ſine Regni præiudicio poterat anno præterito mandari Vniuerſitatibus, vt eligere debuiſſent tot milites per focularia,vt micti potuiſſent Mediolanũ, vbi bellum extabat ob ſuſpictionem inuaſionis ad Regnum noſtrum, licèt poſtea,ceſſante illa cauſa,milites electi non acceſſerint ad militiam, nec à Regno exierint.

Et quia de angarijs verba fecimus, non impertinenter hic addam, quæ in prag.10. & ſingul.meo 14.omiſimus,
21 Quid aliud importet hoc ius angariæ, ſi ex priuilegio antiquo, vel præſcriptione Baro id ſibi quæſierit; & dico, quod iure poterit Baro, cogere vaſſallos ad hoſpitandum ipſum cũ ſua familia per tranſitum,Petr.de Gregor.de conceſſ.feud. par.7.quæſt.6. Item poterit ſubditos compellere, vt præter miſſis ſeruitijs ad ipſos pertinentibus
22 teneantur deſeruire Baroni, Iacob. de feud.verſ.& cum molendinis,ex n.3 Lucas de Penna in l.quiſquis, C.de
23 cenſ.& cenſit.lib.11. Item habet ius prohibendi tacitè, vt nemo poſſit conſtruere molendina, furnos, & tapetos, niſi ipſe,Intrigl.de feud. cap.83. lib.2. Habet facultatem reſtringendi libertatem,vt victualia vẽdere nequeant, niſi ipſi Baroni,Pet.de Gregor.loco citato quæſt.6. Poteſt compellere vaſſallos
24 ad cuſtodiendum ſuum Caſtrum,eorũ expenſis,imminente hoſtium ſuſpitione,Iacob.tit.de homag.nu.43.Hę ſunt ſubiectiones angariæ, & perangariæ.

AR-

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Seruitia, quod ſint iniungenda ſolitis; & in defectum habilibus; qualiter per Barones erga vaſſallos ſit practicandum, & qui dicatur habiles, declaratur.

Vaſſalli an ſeruitia præſtare teneantur tàm pro cauſa feudi, quàm etiam pro negotijs, & induſtrijs, quæ à Barone in feudo fiunt.

Et quæ differentia ſit inter mercantias, & induſtrias, & an ſi cum induſtria concurrat mercimonia, actus tribui debeat alteri eorum, & qui dicantur fructus feudi.

## SVMMARIVM.

1 *Seruitia ſunt iniungenda ſolitis, & in ſubſidium habilibus.*

2 *Numerus perſonarum, vel animalium, quibus ſeruitia ſolent iniungi, ſi erit paruus, tunc habiles ſunt onerandi.*

3 *Habiles dicuntur ad ſeruitia, qui ea ſolent agere, & vacare illo miniſterio.*

4 *Artiſta in eo miniſterio dicuntur habiles, & ſeruitia præſtare tenentur, & non in alijs.*

5 *Animalia non ſolita ad vecturam longinguam non poſſunt cogi à Barone.*

6 *Animalia deſtinata pro centimulis, tapetis, & ſimilibus, non poſſunt capi pro alijs ſeruitijs.*

7 *Seruitia, & munera, ſunt indicenda ſecundum qualitatem perſonarum.*

8 *Nobilibus non ſunt iniungenda munera, ſolita dari perſonis ignobilibus.*

9 *Conſuetudo loci attendenda eſt in honorantijs.*

10 *Negotiari, & mercari dicitur, qui bona emit, vt eas integras poſtea reuendendo lucretur.*

11 *Baro pro negotijs, & mercantijs, quæ facit in feudo, non poteſt cogere ſubditos ad ſeruitia.*

12 *Immunes de iure, vel priuilegio pro mercantijs tenentur ſoluere gabellas, & collectas, ac pedagia.*

13 *Induſtriari dicitur, quando præualet induſtria perſona, magis quàm negotiatio fortuna.*

14 *Collectas, & gabellas ſoluere non tenentur immunes, ſi vendant vinum, quod ex ſuis vineis percipiũt, & alios fructus.*

15 *Baro ſi faciat maſſarias in tenimento feudi, vel teneat magna armenta, an dicatur negotiari.*

16 *Vaſſalli non tenentur ad onera ſeruitiorum pro induſtrijs Baronis.*

17 *Aerarij non tenentur habere curam de induſtrijs, ſed de fructibus feudi tantum.*

18 *Baro colens ſua territoria feudalia, non dicitur negotiari.*

19 *Deciſio Franchis 128. declaratur non procedere in magnis induſtrijs, licèt factis in territorio feudali.*

20 *Mercari dicitur, quando artificio mista est negotiatio.*

21 *Fructus dicuntur, quando iterum quolibet anno renaſcuntur.*

22 *Fructus ciuiles, qui ſint.*

23 *Fructus industriales dicuntur, quando potius hominis factum, quàm natura præualet.*

24 *Seruitia præſtare tenentur vaſſalli pro fructibus naturalibus, ciuilibus, & induſtrialibus recolligendis.*

CAPVT

## CAPVT XC.

ABundè, & accuratè in præcedēti tractatu ſuper hac pragmat. explicaui quaſi omnes caſus, & controuerſias, quæ inter Barones,& vaſſallos oriuntur,circa poteſtatem,& facultatē iniungendi ſeruitia ſubditis,& eorum animalibus, quando iure demandari poſſint,& illi parere debeant, & quando obedire non ſint obligati:Nūc duos articulos declarandos duxi, quos obiter tūc tetigi,& in practica vidi habuiſſe multam difficultatem: Dixi inquam, Primò, ſeruitia eſſe indicenda perſonis ſolitis,& in ſubſidiū habilibus,
1 vt vltra authoritates ibi adductas eſt tex.qui hoc probat in l.curſum,C.de curſu publ. lib. 12. ibi, (qui ea ſolent accepta mercede locare) & ita pluries fuit per Sac.Conſ.deciſum,pro Vniuerſitate Sancti Mennæ cum Cardinali Ieſualdo,vtili Domino,tunc illius Terræ,Actuario Figliola,& pro Vniuerſitate Lauri,cū eius Marchione, Actuario Cioffò. Declaranda eſt hæc deciſio, An ſoliti ſemper poſsint onerari,ita qđ donec extant perſonæ, quæ ſolitæ ſunt locare operas ſuas;iſtæ tantum teneantur ſeruitia præſtare, & ſuper hoc dubio eſt ſimiliter prouiſum,quod ſi quātitas ſolitorum ſit numeroſa, inter eos
2 ſunt ſeruitia Baronalia repartienda æqualiter,vt vnus plus altero non grauetur,ſed modò vni,modò alteri Baro, ſeù ſui Officiales,arbitrari debeant, vt ęqua lance onus quiſque ſentiat, vt probatur,in l.in fraudem, C.de ann.& & trib.li. 10.in fine,& in l.fi. C.quemadm.ciu.muner.lib.eodem. Si verò nō ſit largus numerus prædictorum, tunc non ſemper ſunt onerandi ſoliti, ſed obſeruanda eſt practica, vt vocentur etiam habiles, Franch. deciſio. 526. à num. 3.

Sed in facto ad liuorem quidam Baro ſub charitatis clypeo, quod non ſemper ſeruitia erant ſolitis iniungēda, ſed etiam habilibus,quando indigebat Curſoribus ad ferendas literas,& alijs, vel ad fodiendas vineas,& ad ſimilia ſeruitia perſonalia,de iure debita, onerabat non ſolum nō ſolitos alijs locare talia miniſteria,ſed illos,qui neq;erant habiles pro negotijs proprijs hæc agere. Non enim omnes quamuis humiles ſint,& ruſtici,ſunt habiles ad itinerandum,fodiendum, ſeù ad cuſtodiendum gregem,ſed ſub prętextu,quod habiles erant,quia ruſtici,omnes Ciues per girum cogebat ad ſeruitia, & diuerſa miniſteria. Et habito recurſu ad Sac. Conſ. dicebam pro Vniuerſitate, quæ
3 tale grauamen porrexerat, de iure illos dici habiles, qui ſunt verſati in eo exercitio, & apti ad miniſterium illius ſeruitij quod ei iniungitur,& quamuis non ſit ſolitus locare operas ſuas alijs, eſt tamen habilis, quia hæc exercitia agit in rebus ſuis, & propterea tunc licito iure in defectum, non defatigandi nimis ſolitos,poteſt Baro eligere habilem pro illo ſeruitio, Palac.in cap. per veſtras,§.26.n.12.de don.int.vir.& vx. Vaſq.cōtr.ill.28. Cæual.cōm.op.659.
4 Indè Artiſtæ verſati in diuerſis miniſterijs,quilibet in ſua arte ad inſeruiendū cogi poteſt,ſed non in alio artificio, vel miniſterio,& ſic iudicatum in dicto proceſſu agitato inter Cardinalem Ieſualdum,& Vniuerſitatem S.Mennæ, Act.Figliola. Ex eadem ratione,ibidē fuit deciſum, reſpectu animalium vaſſallorum, quod licet prius ſint ſeruitia iniungenda ſolitis eas locare,& in ſubſidium Baro poſsit vti habilibus, intellectum fuit hoc, dummodò animalia illorum,qui non ſunt ſoliti illa locare, ſint ſolita ea ſeruitia Domino præſta-
5 re,nàm ſi eſſent inhabilia ad vecturam longinquam,non debent grauari,& ſic ſi ſolita ſunt portare ſellam,non debēt ſalmis onerari, quia non dicuntur habilia, & ſic ſi deſtinata ſunt ad molen-
6 dina,centimula,tapeta, & ſimilia, non poſſunt ad aliud opus cogi. Campan.in



Digitized by Google

cap. Regni 53. Barth. de Capua in cap. Regni incip. grauamina in fine, Gram. dec. 67. nu. 3. Gail. obſeru. 62. num. 12. lib. 2.

Et ſimilitèr fuit deciſum pro Vniuerſitate Biccari, contra Baronem, quod licèt electio Aerarij de conſuetudine pertinuiſſet ad eum, tamen
7 iniuſtè eligebat perſonas nobiles, quibus indecens reputabatur tale officiũ, & quamquam Baro reſponderet, illos eſſe magis habiles, & idoneos, quam idiotas, cùm illi meliùs exercerent officium, & cum minori periculo ipſius Baronis, tamen habitum fuit pro vero, vt grauetur quis, & inhabilis dicatur ad officium, quando ſuæ
8 perſonæ non conueniat tale onus, arg. tex in l. 1. & 2. C. nè quis liber. inuit. actum lib. 11. Gail. de arreſt. cap. 10. num. 7. & extat Capit. Regni 114. & 121. quod ſeruitia, & onera iniungi debeant ſeruata forma qualitatis perſonarum, & conſiderata loci conſuetudine, nàm in aliquibus locis vidi officium Erariatus ſolum Nobilibus tribui, & pro magno honore reputari, & in officijs, & honorantijs Conſuetudo loci facit licitum, & illicitum onus, &
9 honorem aliquid reputari, Menoch. de arbitr. Iud. caſu 67. Maſcar. concl. incip. Nobilitas. Nobilis enim quis dici poteſt in ſua patria, qui in alia reputabitur humilis, gloſ. & Doct. in l. vnica C. de Alexand. primatib. lib. 11. & hæc quoàd iſtum primum articulum.

Practicemus nùnc aliam controuerſiam, quam curſim in præc. Comment. nu. 66. ſuper hac pragmatica tetigi, An vaſſalli ad ſeruitia Baroni teneantur, non ſolùm pro cauſis feudi, ſed etiam pro negotijs, & mercimonijs, ac pro induſtrijs, quæ tenent in ea terra, & territorio, ità quod immunitas, & priuilegium ſeruitiorum competat in omnibus, quæ Baroni in eo loco occurrunt: Et pro perfecta explicatione videbimus, quid ſit mercari, quid induſtriari, & qui dicantur verè fructus feudi ad illud pertinentes pro iuſto ſeruitio petendo.

Ad primum reſpondemus, de iure illum dici de rebus mercari, aut negotiari, qui bona emit, vt eas integras
10 poſteà vendendo lucretur, & ita cõmuniter Doct. tranſeunt, ex tex. in c. 2. & c. eijciens 88. diſtinct. & in cap. 2. tit. nè Clerici, vel Monaci, Bart. in l. legatis ſeruis ff. de leg. 3. Rebuff. in Comm. tit. de mercator. Dec. conſil. 472. Et ſic quoquo modo Baro victualia, animalia, merces, & alia emerit, animo reuendendi mercimonij
11 cauſa, ob lucrum, negotiari, & mercari dicitur: Iſto caſu nullius dubij eſt, vt ille quàmuis prædicta exerceat in feudo, prætendere non poterit ſuper ijs, feudi priuilegio vti, in cogendo perſonas, & animalia ad ea conducendã, gubernanda, & ſimilia ſeruitia facienda; nàm priuilegium non extenditur ad negotia, & ideò ſoluere debent Ba-
12 rones gabellas, vectigalia, & alia onera, Diaz pract. canon. c. 50. Quaranta in Bullar. verbo vectigal. Guttier. de gabell. q. 93. ex num. 16. qui hanc concluſionem ampliat ad omnes priuilegiatos, & exemptos, Clericos, & alios, vt non ſint immunes pro negotijs, & ſequitur Craſſ. de effect. Cleric. cap. 6. ex nu. 18. & 33. qui cœteros coaceruat.

Secundus caſus eſt declarandus, quando quis dicatur induſtriari, & dic, quando quis emit res, & ſua indu-
13 ſtria, ingenio, vel arte, mutata forma ea reuendit, tùnc quia præualet induſtria perſonæ magis, quam negotiatio fortunæ, dicitur quis induſtriari, vndè ſi quis de lanis ſuis faciat texere pannos, ex ſericis drappos, aut ex rudibus materijs aliqua confecerit, tùnc non poteſt hæc tranſmutatio dici mercimonia, quia præualet induſtria, arg. ex l. cùm quæritur ff. de ſtatu homin. Sicq; ſi quis ex ſuis armentis, vineis, & ſimilibus vltra vſum vẽ-
14 dat, negotiari non dicitur, Abb. conſ. 6. Crau. conſ. 163. Natta conſ. 139. &

ideò Clerici, alijque exempti non tenentur ad collectas, & gabellas, vt Molina de iuſt.& iur.tom.2.diſp.342 Guttier. & Craſſ. loco citato, Surd. deciſ.20.

Hoc de iure ſuppoſito. In facto quidam Baro prætendebat, quod dũ in ſuis Terris tenebat armenta animalium, & agriculturam exercebat, faciendo maſſarias, pro iſtis induſtrijs
15 debebat potiri, & gaudere omni priuilegio, & immunitate, dùm ea faciebat intra fines feudi, & propterea pro ſeruitijs pertinentibus ad tales induſtrias poterat vaſſallos cogere ad ea præſtanda, cùm de iure omnis immunitas ſuſtineatur ſuper rebus feudi, & ſic pro induſtrijs, vt Molin. & alij locis citatis.

In contrarium, pro parte vaſſallorum dicebatur, bona feudalia tantum
16 habere priuilegium immunitatis, & ob cauſam feudi vaſſallis indici poſſe ſeruitia, ſed non pro bonis burgenſaticis, & allodialibus, pro quibus Barones etiam collectas ſoluere tenentur, Luc. de Penna in l. ſi quis C. de muner. patrim. lib.10. Andr. & Affl. in cap.1. tit quæ ſint regalia §. plauſtrorum, Capyc. in inueſt. verſ. feudatariorum immunitas, & nouiſſimè Fuluius Lanarius Aduocatus erudiſiſſimus ad rep. c.1. de ijs qui feud. dare poſſ. ex num 186.

Vndè pro induſtrijs non poſſe ſubditos aſtringi contendebatur, & diſcuſſa cauſa inter Cardinalem Ieſualdum, & Vniuerſitatem S. Mennæ, fuit deciſum, quod Baro abſtiueat, Actuario Figliola. Et ſimiliter iudicatum fuit in Sac. Conſ. vt Erarius cogi non poſſit ad habendam curam de maſſa-
17 rijs, & alijs induſtrijs Baronis, vt in cauſa inter Vniuerſitarem Prignani, cum Barone, Actuario Galterio. Intellige prædicta, quando Baro, pro induſtriando coleret ſua territoria
18 burgenſatica, vel ab alijs conducta, vel vltra ſua paſcua feudalia armenta vellet tenere, nàm tùnc vaſſalli ad ea colenda cogi non poſſunt, licèt ſoliti ſint operas ſuas alteri locare, pro vt fuit deciſum in cauſa Ill. Principis Oſtiliani, cum Caſalibus Caleni, ſecùs ſi proprìa territoria feudalia colat, nàm tùnc licèt fructus illi ſint induſtriales, ſunt tamen feudi, & proptereà vaſſalli pro ijs tenẽtur ad onus ſeruitiorum, & Baro in ijs non dicitur negotiari, vt refert Præſ. de Franch. dec.128. & 526. in principio. Verùm
19 hanc Franch. deciſ. intellige, niſi induſtriæ eſſent in exceſſu, potiùs cauſa lucri, & mercimonij, quam induſtriæ,
20 nàm quãdo artificio mixta eſt negotiatio, tùnc tota dicitur negotiatio, Anchar. in cap. fin. nu.10. de vita, & honeſt. Cler. & ibi Imol. nu.72. Surd. dec.313. num.6.

Vndè ſi Baro magnis induſtrijs, & armentis vtatur in ſuis Territorijs, quamuis feudalibus omni via defendi poteſt, vt non poſſit vltra modum onerare vaſſallos in ſeruitijs pertinẽtibus ad prædicta, quia eſſet grauare omnes ſubditos; ſed pro induſtrijs cõpetentibus tùnc poſſet ſeruitia iniungere, tàm ratione feudi, quàm cõmoditatis Baronis, cui etiam in pertinentibus ad propriam vtilitatem, in neceſſarijs ſibi ſpectantibus vaſſalli ſeruitia præſtare debent, vt explicaui in præc. Comment. ſuper hac pragmat. quę iuſto Iudicis arbitrio conſiderãda erint.

Tertiò, & vltimò eſt videndum, vt præmiſi, qui dicantur fructus feudi, Bart. in l. diuortio §. ſi vir ff. ſol. matr.
21 dicit, illos dumtaxat eſſe verè fructus, quando à terra percipiuntur, & ſpontè renaſcuntur, vti poma, glandes, herbæ, ſyluæ, & ſimilia, l. fructus ff. de vſur. Cumque feudum ſuper immobilibus conſiſtat, perceptiones, quę ex eo habẽtur, fructus naturales feudi dicuntur, ſic & ciuiles, vti penſiones, cenſus, redditus, collectæ, tributa, &
22 prouentus, fructus feudi ſunt, Capyc. in inueſt fol. mihi 205. & plenè declaraui pragm.5. ex nu.38. Item fructus feudi

Digitized by Google

feudi induſtriales ſunt, cum quibus potiùs hominis factum, quam natura
23 præualet, & ſine cura illi percipi non poſſent, vt ſunt ſegetes, oliuæ, & ſimilia, quæ enumerat Garſia de expenſ. cap. 23. Et pro omnibus iſtis fructibus tàm naturalibus ciuilibus, quàm induſtrialibus ex ſolo feudali perceptis, ad ſeruitia tenentur vaſſalli; nàm inutile
24 eſſet feudum, ſi ſine opera, & induſtria territoria, vineæ, oliuæ, & ſimilia colerentur, vndè licèt induſtria in ijs adſit, eſt in concomitantiam, ſed præualet natura, vt Garſia loco citato num. 8. Si verò magis cura, & induſtria prçualeret, & tũc diſtingue, iuxta ea, quæ in præcedentibus articulis declarauimus.

## ARGVMENTVM

Barones an facultatem habeant eligendi Rationales, & conferendi eis iuriſdictionem, vt videant computa ſuorum Erariorum.

Rationum reditio an expenſis Baronis, vel Erarij ſit facienda.

### SVMMARIVM.

1 *Barones in cauſis liquidis ad ipſum ſpectantibus, poteſt ſibi ius dicere per ſuos Officiales.*

2 *Publicæ præſtationes, executiuè exigi poterint.*

3 *Nemo in propria cauſa iuriſdictionem exercere poteſt.*

4 *Baro non eſt Iudex competens in cauſis ſuis, niſi vaſſallis conſentientibus;*

5 *Viſio computorum, dicitur cauſa ſummaria.*

6 *Suſpectus in cognoſcendo, eſt etiam ſuſpectus in delegando in propria cauſa.*

7 *Aequiparatorum eadem eſſe debet iuris diſpoſitio.*

8 *Viſio computorum, facta à priuatis perſonis, non inducit iudicatum, neq; actionem.*

9 *Baroni denegatur facultas eligendi Rationales ſuis Erarijs, ſi illi non conſentiant.*

10 *Rationes ſunt videndæ in loco adminiſtrationis, quod fuit introductum tàm fauore ſignificandi, quàm creditoris.*

11 *Viſio rationum, eſt facienda expenſis Baronis.*

12 *Expenſa facta in viſione computorum repeti poſſunt à ſignificato, ſi dolus reperiatur commiſſus in rationibus.*

13 *Vniuerſitates ſoluunt ſalaria Rationalibus* Sindicorum, *& aliorum Adminiſtratorum.*

## CAPVT XCI.

VALdè hæſitatum fuit, ſi Barones eligere poſſint Rationales, & illis iuriſdictionem conferre, pro ſignificandis rationibus ſuorum Erariorum, & aliorum Adminiſtratorum rerum feudalium, adeò quod illorum ſententiæ exequi poſſint, vti laeç ab habentibus delegatam iuriſdictionem legitimam. In facto pro Marchione Lauri dicebatur, in cauſis ſummarijs, & exe-
1 cutiuis Barones habere in liquidis facultatem ſibi miniſtrandi iuſtitiam, & propterea iure legitimo poſſe vaſſallos cogere ad ſeruitia debita, & exequi realitèr, & perſonalitèr pro omnibus ſibi pertinentibus, arg. ex tex. in l. cum eo ff. ad legem Iuliam peculat. & l. miſſi opinatores C. de exact. tribut. lib. 10. quia in præſtationibus publicis, ab exequutione incipi
2 poterit, l. 2. C. de apparit. Præfecti Ann. lib. 12. Craſſ. de except. in prælud. n. 130. Surd. dec. 18. & ità Auēd. in



Digitized by Google

in terminis de exeq.mand. c.5.nu.8. verſ.(& non ſolùm)p.1.ac nouè Mauſon.tract. de cauſis exequut. ampl.8. num.14.qui aiunt,habere Barones ius exequutiuum pro cenſibus, tributis, prouentibus,collectis, & alijs in libro reintegrationis feudi deſcriptis,& omnibus ſimilibus, Menoch. de arbitr. Iud.q.88.& quod ſaltim ratione Cõſuetudinis, Baro ſit Iudex competẽs, circa computa ſuorum Aerariorum, firmat Boſſ. in ſua praxi tit. de foro compet.ex tex.in c.1. vbi glo.de pœnis in 6.

In contrarium ſe oppugnabat Vniuerſitas, aſſerendo,regulam ſtare, vt
3 nemo in propria cauſa ius ſibi dicat, & iuriſdictionem exerceat,l.qui iuriſdictioni ff.de iuriſd.omn.Iud. Doct.in l.1.C.ne quis in ſua cauſ.iud.& quãuis in liquidis Barones potiùs de Cõſuetudine,quàm de iure ſibi iuſtitiam facere poſſint,procedit,quia in liquidis nullæ ſunt partes Iudicis, niſi in exequendo, proùt dicimus in confeſſis, l.1.ff.de confeſſ.tamen vbi cauſæ cognitio requiritur, & negotium altiorem indaginem habeat, Barones
4 non poſſunt in proprijs cauſis ſe intromictere, Bald. in cap. 1. de capit.qui cur. vend. Car. de Graſſ. de except. cap.24.nu.89. licèt enim cauſa computorum sũmaria ſit, & exequutiua, tamen vbi contradictor exiſtit, etiam ſi tractaretur cum Fiſco, cauſa iuris
5 ordine eſt tractanda,l.3.C.de cõuen. Fiſci debit.lib.10. Gail.pract.obſeru. lib.1. cap.20. nu.7. Surd.d.deciſ.18. nu.2.cum ſeq. Cumq; viſio computorum, & rationum cauſæ cognitionem requirat, in computando, & videndo data, & accepta, diſcutiendo partitas dubias,recipiendo probationes,ſcripturas, apodixas publicas, & priuatas, vt latè tractant Eſcobar de ratioc.c.3 Auend.cap.10.ex nu.30.par.2. de exeq.mand.Menoch.de arbitr.Iudic. caſu 209. Proptereà dicebatur,non poſſe delegare Barones,iſtas viſiones computorum, & licèt ſuſpectus in cognoſcendo,nõ ſit de iure ſuſpectus in delegando,vt dixi in præc.tractat.
6 prag.3.tamen limitatur, quando Baro ſit ſuſpectus,quia de re ſua agitur, nàm ſuſpectus hoc caſu in cognoſcẽdo, eſt etiam in delegando, Capyc. dec.137. & explicaui ſuprà cap. 13. Et in terminis, Barones non poſſe delegare,& eligere dictos Rationales pro ſignificandis ſuis debitoribus, tenet Eſcobar de ratioc.cap.42.

Attamen pro parte Marchionis replicabatur, quod tales viſiones rationum fiunt de communi conſenſu, nàm Baro intendit computa videre ad cognoſcendum ſi erit creditor, & adminiſtrator, inſtat liberari,quia prętendit non eſſe debitorem,& de ſua voluntate præſentat librum rationũ, vndè iudicium coactum dici non poteſt, ſed actus voluntariæ iuriſdictionis, potiùs quam contentioſæ, nàm ſine iudiciali ſtrepitu ſummariè diffinitur,& proptereà vti ſupra probauimus,Baronẽ in liquidis,poſſe ſibimet ius dicere, ita hoc caſu conceſſa ſibi de iure dicitur auctoritas,Rationales eligendi,& delegandi, ac ſignificatas rationes exequendi, poſtquam ſunt liquidatæ, cùm æquiparatorum idem
7 ſit iudicium, & eadem eſſe debet iuris diſpoſitio, l.illud ff. ad l.Aquil. l.à Titio ff. de furt. & ita in terminis reſpondit Cancer.lib.3. var.reſol.c.13. nu.187. & ſecundum ea,quæ nos firmauimus anteà in præc.tract.Conſuetudine generali receptum dicit Mauſon.loc. citat.nu.14.Nec refert,quod Eſcobar dicat, iurè non poſſe Barones commictere Tabularijs rationes ſuorum debitorum,nam de ſtricto iure talis opinio ſuſtineri poſſet,ſed non de generali Conſuetudine,quam ille non negat: Quam opinionem Sacr. Conſ. in fauorem Marchionis admiſit, vt facultatem habeat delegandi Rationalibus hanc poteſtatem ſignificandi: Et effectus eſt maximus,nam quamuis priuatæ perſonæ etiam eligere poſſint tabularios ad computa viden-

Digitized by Google

videnda, vt quotidiè obſeruatur, tamẽ
8 illorum vota, & arbitramenta nullam producunt actionem, neq; iudicatum, niſi quatenùs iterum à Iudice confirmẽtur, l. inſtar C. de iure Fiſci lib. 10. & dixi ſingul. meo 160. ſed quando ſignificatoriæ fiunt ab habente iuriſdictionem, poſſunt illæ exequutioni demandari, & ab eis debet appellari, Franch. deciſ. 347.

Limitatur tamen opinio, quam firmauimus, ſi Aerarius, vel alij adminiſtratores ſignificãdi, non cõſentirent, vt Baro eligeret Rationales, & non
9 confiderent de eo, ob liuorem, quem habent cum illo, nam tùnc recta via poſſent adire Regios Superiores, vt eorum rationes videantur per alios: ſuſtinetur enim de facto prima opinio, quando ſignificandi non reluctant, ſecùs ſi ſuſpectum habeant Baronem, vt Eſcobar de ratioc. cap. 7. ex nu. 60. cum ſeq. Et ſic fuit iudicatum per Regiam Cameram, pro Aerario Baronis Sorbi, contra D. Flaminium Vrſinum Comitem Muri, & vtilem Dominum dictæ Terræ Sorbi, qui cùm elegiſſet Rationalem præfato Aerario, ille habuit recurſum ad dictum Tribunal, petendo, vt ſua computa viderentur in ipſa Regia Camera, & non per Rationales Baronis, cum quo non confidit. Et ſic facto verbo obtinuit.

Sed inſtetit iterum D. Flaminius, vt Regia Camera deſtinare deberet Rationalem in loco adminiſtrationis sũptibus Aerarij, qui in Iudicem Regiã
10 Cameram petierat, cùm rationes ſint tàm fauore ſignificandi, quàm creditoris videndæ in loco, vbi fuit facta adminiſtratio, & probationes ibi ſunt promptæ, ac explicitæ, & cum minori diſpendio fieri poſſunt, tot. tit. C. vbi de ratioc. agi deb. Montan. in tract. de tutel. cap. 38.

Ex parte tamen Aerarij replicatũ fuit, primam viſionem rationum eſſe faciendam ſumptibus ipſius Baronis, ad beneficium cuius principaliter illę
11 ſunt faciendæ, gloſ. & Doct. in l. fin. C. de erogat. mil. ann. lib. 10. Boer. dec. 303. Menoch. de arbitr. Iud. caſu 228. nu. 18. Solùm in caſu in doli, & criminis commiſſi in adminiſtratione, ſolet poſteà onerari ſignificandus, ex-
12 penſis ſatisfaciendi Rationali, vt latè per Crauet. conſ. 236. aliàs prima inſtãtia ex cõmuni obſeruãtia ſtipendio creditoris fit, vt videmus quotidiè fieri cum Vniuerſitatibus, quæ eligunt Rationales Sindicis, & alijs admini-
13 ſtratoribus, ſportulas tàmen ipſę pręſtant Rationalibus, vt referunt Menoch. loco citato, Freccia de ſubfeud. auctor. 18. Guid. Pap. dec. 631. Et ex ijs fuit iudicatum, vt accedat Commiſſarius Scriba Regiæ Camerę ſumptibus Baronis, ſaluis iuribus, ſi dolus in rationibus reperiretur.

## ARGVMENTVM

Significatoriæ latæ per Rationales Baronum, an recta via exequi poſſint, vel per appellationem ſuperſedi debeant. Et quid in cœteris ſignificatorijs.

Baro in feudalibus an obtineat locum Fiſci.

Viſio rationum an ſit indiuidua, & an in exactione liquidi, per alias partitas exiſtentes illiquidas, ſuperſederi debeat.

## SVMMARIVM

1 *Appellatio à ſignificatorijs latis per Rationales Baronis, an ſit admittenda ad effectum ſuperſedendi exequutionem.*

2 *Computorum cauſa, eſt ſummaria, & exequutiuo modo eſt tractanda.*

3 *Baro ſubrogatus dicitur in locum Fiſci in feudalibus, & nu. 7.*

4 *Fiſcus liquidato debito, habet ius exequendi realitèr, & perſonaliter.*



Digitized by Google

5 *Priuilegium exequutiuum habent etiam Arrendatores bonorum fiſcalium, vti Fiſcus.*

6 D. *Didacus Salinas laudatur.*

7 *Perſona mutata, mutatur, & extinguitur priuilegium.*

*Baro non intrat in locum Fiſci, niſi in caſibus à iure conceſſis, vel particulari priuilegio tributis.*

9 *Significatoria Vniuerſitatum, quare habeant exequutionem paratam.*

10 *Significatoria facta pro cauſis pijs habent exequutionem paratam.*

11 *Significatoria priuata habet exequutionem paratam, ſi partes mediante inſtrumento ſic conuenissent, de ſtando Rationalibus.*

12 *Significatoria lata ſuper introitu ſuperante exitum habet exequutionem paratam, vti in confeſſum.*

13 *Apodixa recognita habet exequutionem paratam.*

14 *Liquidum ſuperſedetur per illiquidum in indiuiduis.*

15 *Rationum viſio eſt indiuidua, licet partita ſint diuidua.*

16 *Inſtrumentum ſocietatis liquidum, quoad capitale poſitum, non poteſt exequi, niſi viſo computo ſocietatis.*

## CAPVT XCII.

ET continuãdo materiam præcedentis cap. eſt inſuper reſoluenda alia dubitatio, quam licet obiter in præc. tract. ſuper hac pragm. tetigerim, ponam tamen quid in facto accidit. Fuit enim lis agitata inter Principem Conchæ, cum Aerario Giſuni, ſuper eo, an à ſententijs, & ſignificatorijs latis per Rationales Baronis
1 recipienda ſit appellatio, vel recta via exequi poſſint; Doct. qui affirmatiuam tenent opinionem, vt appellatio non ſuſpendat iudicatum, & ſignificatoriæ realitèr, & perſonalitèr exequi poſſint, mouentur, quia cauſæ iſtæ ſunt ſummariæ, & exequutiuo modo ſunt tractandæ, Doct. in l. inſtar C. de
2 iure fiſci lib. 10. Corn. conſ. 43. Pariſ. conſ. 69. lib. 1. nam pars ponens rationes, acceptat, & cõfitetur particas, vndè ſuper eius libris, vti in confeſſũ naſcitur ſententia, & contra confeſſũ exequutio tantùm ſupereſt agenda, l. 1. ff. de confeſſ. & à decreto de exequendo non admictitur appellatio, l. ab exequutione C. quar. appell. non recip. & l. 2. C. de vſur. & fruct. legat. Item adducitur, quod Baro in feuda-
3 libus intrat in locum Fiſci, & eius locum ex inueſtitura obtinet, cùm in eum transferantur omnia priuilegia, quæ penès Regem ſunt, quia ſubrogatus naturam ſubrogantis conſequitur, l. 3. §. eũ qui ff. ſi quis caut. Gabr. Roman. concluſ. 2. tit. de regul. iur. Cumq; liquidato debito, Fiſcus exe-
4 quutionem paratam habeat, Doct. in l. nemo carcerem C. de exact. trib. lib. 10. Peregr. de iure Fiſci tit. de debit. fiſcal. num. 7. verſ. (& ita conſuetudo obſeruat) nam licèt de iure fuiſſet dubium, tamen cõmunitèr practicatur, vt realitèr, & perſonalitèr contra debitores fiſcales exequi poſſit, & maximè ſignificatoriæ, vt in prag. 38. de offic. Procur. Cæſar. Vndè eodem iure Baro vti poterit; Si enim hoc priuilegium tranſit etiam ad Affictatores introituum Fiſci, vt in exactionibus
5 exequutiuè adhuc ipſi procedere poſſint, vt Auend. cap. 10. par. 2. nu. 35. Guttier. de gabell. c. 20. quantò fortiùs hoc priuilegium extendendum eſt ad Barones, qui non in locationẽ, ſed in dominium feuda habuerunt, Auth. multò magis C. de ſacroſan. Eccleſ.

Contrariam tamen opinionem nos firmauimus anteà, & amplexus fuit Sac. Conſ. iunctis Aulis, iudicãdo contra dictum Principem, referente eruditiſſimo Conſiliar. D. Didaco Salinas,

6 linas,& nùnc Præſidente Reg.Cam.
Nec habita fuit ratio de ſupradictis,
nam negatur maior propoſitio, Baro-
nem tenere locum Fiſci, & habere in
feudo illius priuilegia, cùm mutata
perſona ceſſent priuilegia conceden-
7 tis, ad tex. in l. per Procuratorem ff.
de acq. hæred. & decipiuntur multi,
qui ſub hac regula, vt Baro vti ſubro-
gatus, conſequutus fuerit omnes facul
tates, & auctoritates, quas Princeps
tenebat, nam ſolum in expreſsè con-
ceſſis, vel in eis, quæ de natura feudi
8 cenſentur de iure tradita, tranſlata
dicuntur, & non vltrà, vt benè per
Auend.de exeq mand.Reg.cap.1.nu.
21. verſ. & ſic quando, & nouiſſimè
per D Regentem Conſtantium in
repet. l. primæ C. pœnis fiſcal. lib.
10. ex nu.33. cum ſeq. Et propterea
cùm ſignificatoriæ pertinentes ad Ba
rones, de iure non reperiantur priuile-
giatæ, vt appellatione remota, exequi
poſſint, ergò attendenda eſt iuris di-
ſpoſitio, quæ in omnibus ſignificato-
rijs Rationalium, tàm publicis, quàm
priuatis eſſe admittendam appellatio
nem diſpoſuit, l. abſtinendum C.quor.
appellat.Muſcat.in ſua praxi tit.de
appellat.glo. 1.ex num.174.Gratian.
diſcept.183.nu.28. Thor.in ſuo Cō-
pend. deciſ.verbo ſignificatio,& ita
procedebatur in ſignificatorijs Vni-
uerſitatum,niſi pragm.diſpoſuiſſet, vt
9 recta via exequi deberent,nec audiā-
tur ſignificati,niſi facto depoſito, vel
in vinculis, vt in pragm.5.§.20.de
admin.Vniuerſ.quā declarat Franch.
deciſ.347. Guttier.pract.quæſt.lib.1.
quæſt.37. In ſignificatorijs tamen
factis contra Adminiſtratores rerum
Eccleſiaſticarum, de iure exequutiuè
10 procedi poteſt, ad tex. notabilem in
§.economos, vbi glo.verbo repetitio-
nem, Auth. de Sanct. Epiſcop. & ibi
Ang. in fine. Et etiam in priuatis ſi-
gnificatorijs, exequutiuè procedi poſ-
ſet, ſi per pactum iuratum liquidum
partes ſe obligaſſent ſtare calculo, &
11 ſignificatoriæ factæ à Rationali, nam
tùnc ea præſentata coram Officiali, po
teſt exequi vti inſtrumentū, Menoch.
de arb.Iud.caſu 109.nu 37. Maſcar
de probat.concluſ.522.Eſcobar de
ratioc.cap.31. & nouiſſimè Mauſon.
de cauſis exequut.ampliat. 11. ex nu.
10.ſic in ſignificatorijs tutorum,Bar.
in l.2. §.1. ff.de adm. tutor. Marant.
art.appellat.nu.198. Borgn.de tuto-
re num. 222.

Item limitatur concluſio poſita, vt
admittenda ſit appellatio, non proce-
dere, ſi ſignificatoria eſſet lata ſuper
12 introitu ſuperante exitum, ex libris
rationum à parte præſentatis, nam
quia tùnc res eſt liquida, & ſumus in
confeſſo, ideò non ſuperſedetur exe-
quutio, ad inſtar apodixæ recognitæ,
quæ licèt ſit ſcriptura priuata, habet
13 exequutionem paratam, vti inſtru-
mentum, Rebuff. in ordinat. Gall. tit.
de Chirogr.recogn.nu.17.Vrſil.dec.
85.nu.5.Borgn.deciſ.27.Gail.pract.
obſer.c.80.nu.6.lib.1. Morot.conſil.
68. Gratian.diſcept.c.183.nu.10.

Sublimitatur tamen hæc propoſi-
tio, vt non habeat locum, ſi ſignifi-
candus prætenderet deductionem ex
14 alijs partitis, nàm licèt liquidum per
illiquidum non debeat retardari, l.fi.
14.C.de compenſ.l.cui iam extima-
uerunt ff.ſi cert. pet. attamen quia
eſt vnica cauſa,& vnicum factum,de-
bet expectari complementum totius,
& non exequutiuè procedere propter
vnam partitam liquidam, Crau.conſ.
275.nu.13.in terminis,quod rationū
reditio continet totum, & ſingulas
partitas, quæ non ſunt diuidendæ.l.ſi
15 quis ex argentarijs §.rationem ff.de
edendo, l.1. § præterea ff.de contr.
iud.tutel.& ita Fach.lib.8.controue.
c.58.& quod hoc iudicium ſit indiui-
duum, dixere Menoch.caſu 209. nu.
31.de arb.Iud.Guttier.de tutel.lib.3
c.1.nu.53. Viu.com.opin.259. & di-
ximus ſuprà cap. 59.

Hinc, inſtrumentum ſocietatis li-
quidum, in quo ſocius ſe obligauit
pro capitali poſito, non poteſt iure
repeti,

Digitized by Google

16 repeti, niſi priùs viſis omnibus rationibus ſocietatis, in quibus poſſet fieri refalcatio, & deductio, & licèt promiſſio reſtitutionis capitalis ſit liquida, habet tamen in ſe tacitam conditionem, vt dici nõ poſſit verè liquida, niſi priùs diſputatis rationibus, Felic. de ſociet.cap.31.nu.69. Cæual.com. opin.q.279.num.3.Ludou.concl.53. Couar.var.reſol.cap.2.cum ſeq.lib.3. & latiùs pertractat Giurba dec.15.& propterea ad dictam limitationem aduertas; quia Doct.ſicco pede tranſeunt, ſed eſt intelligenda, niſi pars prætenderet aliquam legitimam deductionem, quia tùnc quamuis ſignificatoria eſſet facta ſuper introitu ſuperante exitum, tamen adhuc eſt ſuperſedenda, ſi pars cauſam habeat opponendi, quæ omnia ſingulari animaduerſione ſunt digna.

## ARGVMENTVM.

Carcer licèt eſt inuentus ad cuſtodiam, et non ad pœnam, tamen pluribus modis limitatur, et præcipuè cum carceratis ciuilibus, qui an ex cauſa infirmitatis, ſenectutis, vel nobilitatis habilitari poſſint, plena manu diſcutitur.

## SVMMARIVM.

1 *Barones tenere non poſſunt carceres tenebroſos, vel ſubterraneos.*

2 *Carcer fuit inuentus ad cuſtodiam, & non ad pœnam.*

3 *Carcer dicitur locus ſanctus, honeſtatis, & reuerentiæ.*

4 *Carceratus dicitur ſtare ſub Regia protectione, & offendens, grauiùs puniri debet, quam ſi in alio loco.*

5 *Cognoſcens carceratam, duriùs puniendus erit, quam in loco priuato.*

6 *Carceres frangentes, capite puniũtur.*

7 *Officialis ad tempus, poteſt reum tenere in duriori carcere.*

8 *Carceratis prohiberi poterit, vt antè defenſionem, nullus cum eis alloquatur.*

9 *Carcer datur ad pœnam debitoribus, vt tedio affecti ſoluant.*

10 *Debitores habilitari non poſſunt, etiã ſi ſint infirmi.*

11 *Habilitari poſſunt rei infirmi.*

12 *Carceratus pro debito in euidenti periculo mortis, habilitari poteſt.*

13 *Debitor infirmus an poſſit extrahi à ſua domo, diſtinguitur.*

14 *Carcererij puniri debent, ſi debitores carceratos in largiori carcere teneantur.*

15 *Senes ſexaginarij, an habilitari poſſint, vt teneant domos, loco carceris, diſtinguitur.*

16 *Senes quando miſerabilibus perſonis comparent.*

17 *Senectus eſt veneranda.*

18 *Condemnati in metallum, propter ſenectutem iurè poſſunt liberari.*

19 *Senes robuſti iuuenibus comparantur.*

20 *Nobilis mitiùs carcerari debet, quã ignobilis.*

21 *Nobilis ſatis dicitur carceratus, ſi ſtat per palatium, cum idonea cautione.*

22 *Nobiles mitiùs puniri debent.*

23 *Debitor pauper, quando ſit alendus à creditore.*

## CAPVT XCIII.

Diſpoſuit hæc pragmatica, vt Barones non debeant tenere carceres ſubterraneos, non lucidos, ſed commodos, ratio de-
1 ſumitur ex iuris diſpoſitione, quod carcer inuentus fuit ad cuſtodiam, & non ad pœnam, l.aut dãnum §.ſolent ff.de pœnis, ibi (carcer enim ad continen-

Digitized by Google

2 tinendos homines, non ad puniendos haberi debet) Gomez var.reſolut.tit. de captura, Bonacoſſ.com.opin.incip. Carcer; quapropter attributum eſt, vt vocetur locus ſãctus, honeſtatis, & reuerentiæ, Doct.in §.ſanctæ inſtit.de rer.diuiſ. Farin.q.30.nu.81.& ij, qui
3 ibi detinentur ſub Regia cuſtodia eſſe dicũtur, vndè ratione loci, ſi quis carceratum offenderit, inſultauerit,
4 vel vulnerauerit grauiori pœna punitur, quam ſi eſſet delictum commiſsũ extrà carceres, Caball.reſolut.crim.8. Muta dec. 36. & ſuper pragm.Regni Sicil. tit. 45. indè cognoſcens meretricem carceratam punitur vti ſi eſſet
5 mulier pudica ratione loci, Paris de ſindic.verbo adulterium, Marſil.ſing. 150. Boer. deciſ. 317. Menoch.caſu 292. Tuſcus verbo carceratorum cõcluſ.90.tom.1.& effractores ipſorum carcerum capite puniuntur, l.1.ff.de effract.Vrſil.dec.404.num.16.Farin.
6 loco citato nu.3. Theſ.dec.77.deciſ. Marchiæ 104.Peguer.dec.1.

Quæ quidem concluſio vera eſt, vt carcer loco cuſtodiæ ſit, & non ad pœnam inuentus, ſed aliquas notabiles limitationes adducemus. Et primò, quod Officiales vti non debeant carceribus ſubterraneis, & incommodis, limitatur, vt ad tempus, ex cauſa,
7 licitum ſit, & in omnibus Tribunalibus obſeruatur, habere aliquos carceres ſecretos, ſinè lumine tenebroſos, quibus vti ſolemus pro tenendis teſtibus, quando nolunt veritatem deponere: Item cum inquiſitis, in principio, antè defenſiones, nè alloquan-
8 tur cum aliqua perſona, Crauet.conſ. 3.Vrſil.dec.290.iſtis, & ſimilibus caſibus, datur ad pœnam, ad tempus carcer in locis tenebroſis, Auil.præt. cap.18.gloſ.carcer.num.26.

Secundò limitatur dicta concluſio, carcerem non dari ad pœnam, vt nõ
9 vendicet ſibi locum cum carceratis ciuilibus, nàm debitores carceribus mancipantur, vt tedio affecti tot incomoditatum, & priuatione libertatis, reſolutionem capiant, ſatisfaciẽdi ſuis creditoribus; indè in lege duodecim tabularum erat licitum creditoribus ad libitum detinere, & cruciare debitores, & poteſtatem habebant etiã eos dilaniandi, quod lege Euangelica prohibitum fuit, ſed nulla æquitas à Iudicibus fieri debet, nè faciant litem ſuam, & iniuriam non inferant creditoribus, nàm æquitas, & commoditas impediunt, vt ius ſuum non cõſequantur, Bouadill.in ſua polit.c.15. lib.3.num.133.Muta ſuper pragmat. Sicil.tit.de caſtell.nu.12.

Et in Tribunalibus pluriès vidi altercatum, an legitimè debitores car-
10 cerati, ob infirmitatem habilitari potuiſſent in eorum domibus, & videbatur hoc non habere difficultatem, nã Iudex tenetur habilitare etiam carceratos pro crimine, quando ſunt infirmi, aliàs eſſet in culpa, vt Gomez in
11 regul.Cancell.tit.de infirm.reſignat. priuil.78. Foller. in ſua praxi crimin. verbo carcerentur, Baiard.ad Clar.q. 46. Farin.q.32. vndè ſi licet, de quo magis, quantò de quo minùs, auth. multò magis C. de Sacroſan.Eccleſ. Contraria tamen ſentẽtia fuit habita pro veriori, vt non concedatur Iudicibus talis facultas habilitandi debitores carceratos, etiã infirmitate graui occupatos, quia cum talibus carcer datur ad pœnam, & omnis æquitas eſt cum detrimento tertij, & inhumanitas eſt exemplum alijs, nè facilè contrahant, & decipiant homines, ſub mittendo ſe debitis, ſi nõ poſſunt, vel nolunt ſatisfacere, ſic Monter. dec.7. & iudicatum refert Fõtanel. de pact. nupt.tom.1.clauſ.4. gloſ.18. p.4.nu. 30. Sublimitatur tamen, quando re vera carceratus pro debito eſſet conſtitutus in euidenti diſcrimine vitæ.
12 nàm tùnc ex chriſtiana charitate, potiùs quam de rigore partes Iudicis poſſunt arbitrari, vt per dies habilitetur, vt benè Fabr.diff.16. C.de ſolut. ſed circumſcripto periculo inſtanti non licere, communis eſt ſententia,

& 

Digitized by Google

& maximè ſi carceres ſunt commodi pro infirmis.

Sed quid ſi debitor reperiatur infirmus,an iurè poſſit de domo ſua ad carceres aſportari,vel obſtet exceptio grauis infirmitatis.Et eſt facienda ea-
13 dem diſtinctio, nàm aut infirmitas nõ eſt periculoſa, & carceratio impediri non poteſt,aut ille eſt conſtitutus in diſcrimine vitæ, quia febri acuta laborat,vndè mors timetur,& tùnc cum cautione, vel ſi eam non habeat cum cuſtodibus in domo relaxari poteſt, per aliquot dies, Doct.in auth.item qui C.de ſepul. viol. vel creditoribus conſignari, vt cautè in commodo loco detineat,Mauſo. de cauſ.exequut. cap.1.limit. . . .

Iudices verò, & carcerarij puniri poterint, ſi debitores carceratos permittant, vt dicitur, *ſtare alla larga*, putando ſufficere eos eſſe in tuto, &
14 non aufugere, nàm faciunt contra mentem legis, quæ cauet, vt duriùs cuſtodiantur, Bal.in l.1.nu.4.C.de cuſtod. reor. Bouadill.c.15. lib.3.tit. della viſita del carcel.Fabr.diff.2.C. de cuſt.reor.& arbitraria pœna puniri,dixit Muta loco citato tit.31.n.10. & benè Viu.dec.202.

Item correlariè, alia non impertinenter cadit quęſtio,an ſenes ſexagenarij, vel maioris ætatis, legitimè pe-
15 tere poſſint,vt habilitentur in eorum domibus, Anchar. quæſt.8.p.2. Carpan.ſuper ſtatut.Mediol.c.243. Gratian.diſcep.328.nu.21. Ozaſc. deciſ. 123. Paſchal.de Patr.poteſt.p.2.c.9. nu.83.dicunt,quod ſi pro inſtrumento guarentigiato detinentur,non ſunt habilitandi; Alij contrariam opinionẽ fuerunt ſequuti,vt ſenes ęquiparentur pupillis, qui detineri non poſſunt, & inter miſerabiles perſonas reputẽtur,
16 & illorũ priuilegijs gaudeant,Innoc. in cap.ſignificantibus de offic. deleg. Couar.pract.quæſt.cap.6. Inſuper ratione reuerentiæ, quæ ſenibus debetur, multa priuilegia à iure eis ſunt
17 tributa,vt per Ricc.coll.1627.&1862 & facit ad hoc tex.notabilis in l.in metallum ff.de pœnis,in quo habetur
18 ætate confectos,poſſe à pœna operis metalli liberari, & eſt magnum priuilegium, vt ob ſenectutem aboleatur delictum; Poſſunt tamen hæ diſſidentes opiniones conciliari, vt affirmatiua procedat in ſene decrepito vires non habente, nec facultatem ſatisfaciendi, talis enim poterit ex æquitate carcerari in domo,ſub præcepto, ne exeat,ſub pœna redeũdi ad carceres, & ità obſeruauimus in omnibus Reg. Aud.quibus præfui, & nũc in Magna Curia Vicariæ, nàm iſti pueris, & infirmis, in diſcrimine vitæ conſtitutis, ęquiparantur, & inter miſerabiles reputantur,vt innuit Franch. dec.608. Senes verò robuſti, ac habentes modum ſoluendi creditoribus, nullo modo ſunt habilitandi, ſecundum primã
19 opinionem,quam ſuprà retulimus, & ſic Gratian.diſcep.for. c.506.vbi diſcutitur, an renunciatio omni legum auxilio extendatur ad hoc priuilegiũ miſerationis.

Ex eadem inſpectione,fuerunt opinionis, vt ratione reuerentiæ ordinis Nobilitatis,ſi Nobilis pro debito carcerabitur,ſit habenda ratio illius per-
20 ſonæ,vt poſſit habilitari in loco commodiori,& nõ in duro carcere, vel cũ plebeis,l.fin.C.de accuſat.Tiraq.de Nobilit.cap.20.indè hoc loco nu.22. præc.tract.dixi, ſi ſtatutum, vel Princeps mãdet,quempiam Nobilem carcerari ſat Iudex dicetur ſatisfeciſſe, ſi illum per Palatium habilitauerit,vt
21 poſt alios ibi allegatos,Palat.in rubr. de donat.inter vir.& vxor. ex nu.14. Auend.de exeq.mand.c.5. ex nu.22. par. 2. Quæ opinio vera eſt, ſed mitigatur, dummodò perſona ſit multum nobilis,& ſecurè carceratus ſtet in loco recluſo,& non tàm acri, ſed ſi erit periculum aufugendi, non poterit per palatium habilitari, niſi præſtita cautione idonea de ſecuro carcere, vel detineatur cum cuſtodibus, vt idem Auend.cap.20.nu.9. par.1. Guttier.

de

Digitized by Google

de iuram. c.16. Nobilitas enim iuuat tàm in procedendo mitiùs contra eũ,
22 quam in minorando pœnam,text. in l.pedius §.1.ff.de incend.& ruin.& ibi glo.& in l.aut damnum §.in miniſterium ff.de pœnis,Tiraquell de pœnis cauſ.31.Roland.conſ.63.Farin.q.98. cauſa 14.niſi delictum eſſet infame deturpans nobilitatem, vt dixi ſuper hac pragmatica in præc.volum.

Poſtremò eſſet videndum,an ſi debitor fame pereat in carceribus, poſſit Iudex cogere creditorem ad ſubminiſtrandum expenſas,vel in duritiã
23 creditoris ipſum liberare, dixi in præc.comment.hoc loco nu.15.quod dùm habet de iure beneficium ceſſionis,illo vti debet,vt Affl.dec.71.Boe. dec.303.& licèt aliqui contrarium teneant,vt Mauſon.de cauſ.exequut. lim.12.& de conſuetudine Mag.Cur. primam opinionem practicet, cùm tamen quidam creditor appellaſſet ad S.C.& ibi relationem feciſſem cõtra eam fuit deciſũ, ſed in alijs Aulis diuerſum vidi concluſum.

## ARGVMENTVM.

Carcer an,& quando excomputari poſſit cum pœna exilij, relegationis, vel remigationis.

## *SVMMARIVM.*

1 *Carcer ſuccedit loco pœnæ,quando à ſtatuto pro aliquo delicto pœna carceris imponitur.*

2 *Carcer perpetuus morti ciuili comparatur.*

3 *Mulieres quando condemnãtur ad carceres.*

4 *Carcer poſt ſententiam exilij acceptatam, excomputatur.*

5 *Carcer antè ſententiam non recipit excomputationem temporis, ſed ſi erit longus minuit pœnam.*

6 *Condemnatio in delictis parui momenti fieri ſolet, vt carcer ſit loco pœnæ.*

7 *Exilij fractor, ſi captus erit, & diù ſteterit carceratus tempus carceris computatur.*

8 *Compenſatio pœnæ non fit cum condemnatis ad triremes,vt carcer excomputet tempus,proùt in exilium condemnatis.*

9 *Carcer excomputatur pro tertia parte temporis, in caſu prædicto.*

10 *Carcer reſpectu cauſæ, dicitur ad cuſtodiam, reſpectu materiæ,reputatur poena grauis.*

11 *Iudex indebitè carcerans, iniuriarũ poena punitur.*

12 *Contractus factus inter creditorem, & debitorem carceratum, quando dicatur factus metu carceris, remiſſiuè.*

## CAPVT XCIV.

PRO complemento eorũ, quæ in præc. cap.explicauimus ad cõcluſienem poſitam, carcerem dari ad cuſtodiam, & non ad pœnam, adduco aliam limitationem,vt quandoq; detur ad ſatisfactionẽ pœnæ,nàm ſi particulari lege, vel ſtatuto ea impoſita ſit pro aliquo maleficio, tùnc ea eſt ſatisfactoria, &
1 carcer in pœnam reputabitur.Et in Regno adſunt multa iura,quæ enumerat Carrer.in ſua praxi crim.§.circa lo fin.in quibus imponitur poena tem

poralis

poralis carceris,& perpetua, quę morti ciuili comparantur, vt Regens de
2 Ponte conſ. 75. verùm in Tribunalibus Regijs parum eſt hodie in obſeruantia talis pœna, ſed ſolùm apud Eccleſiaſticos, Doct. in cap. nouimus de verb. ſignific. Franc. Marc. deciſ. 912. Diaz in ſua praxi canon. cap. 98. Solent aliquando Proreges, cauti cum Nobilibus, in Caſtro aliquẽ condemnādo, vt pro tēpore carceratus remaneat. Idem obſeruamus cùm mulieribus, quæ cum ratione ſexus condemnari non poſſint in triremibus, & etiā
3 in exilium, quando dubitatur, ſi cum honore extrà propriam patriam alibi degere poſſint, ad carceres condemnantur, Fabr. diff. 2. C. de adulter.

Item carcer excomputatur in partem pœnæ temporalis exilij per ſententiam dati, vndè ſi quis diù carceratus ſteterit, & in exilium miſſus fue-
4 rit, carcer in partem compenſabitur, tex. in l. omnes C. de pœnis, ſed eſt intelligendum, quando reus poſt ſententiam tacitè, vel expreſsè acceptatam, diſtulerit non ſui culpa accedere, & ire ad exilium, vel relegationem, tùnc tempus carceris cum exilio excomputatur, ſecùs ſi antè ſententiam diù ſteterit carceratus in ſe defendendo, vel appellando, nàm hoc caſu nō fit compenſatio, Franch. dec. 317. verùm eſt, quod Iudices circumſpecti debent ha-
5 bere rationem longi carceris, in ſententia pœnali proferenda, vt Cyn. & Odoff. in d. l. omnes, arg. tex. l. ſi diutino ff. de pœnis, Io. de Platea in l. ſi quis C. de Comment. lib. 11. Muta dec. 80. nu. 9. Theſ. dec. 76. nu. 2. Farin. q. 10. ex nu. 85. imò in delictis pri-
6 uatis, multotiès decernitur, vt carcer ſuccedat in pœnam, Magon. deciſ. Lucc. 50. num. 18. Caball. caſu 142. Viu. dec. 504. nu. 25. Burſ. conſ. 445.

Inſuper poſt ſententiam, carcer excomputatur, nàm ſi quis fregerit fines exilij, & captus fuerit in flagranti, &
7 carceratus, iſta carceratio, quamdiù durauerit, erit extinguēda à tempore exilij, ſic Bald. & Cin. in d. l. ſi quis C. de commeatu, & in d. l. omnes, Card. Tuſc. in ſuis concluſ. incip. Carcerati cap. 90. tomo 1.

Sed hæc obſeruatio non habet locum cum condemnatis ad triremes, vt tempus carceris excomputetur cū
8 tempore remigationis poſt ſententiā, nàm cùm magis dura ſit pœna triremium, non recipit æqualitatem, prout in exiliatis, & relegatis, qui in pari pœna ſunt cum carceratis; ſed obſeruantia eſt, vt minuatur pœna, tertiam partem temporis reo deducendo, ità
9 quod ſi ſteterit anno carceratus poſt diffinitam pœnam remigationis, quatuor menſes excomputabuntur, & ſic ſolet practicari, & non vidi Doct. qui de hac praxi atteſtetur, ſolùm Muta ſuper pragm. Sicil. tit. 33. ex num. 1. cum ſequ.

Et concludendo, carcer licèt ſit ad cuſtodiam reſpectu cauſę, reſpectu ta-
10 men materiæ, eſt maximæ pœnæ, vt probat tex. in d. l. omnes C. de pœnis ibi (ſatis ſit immenſorum cruciatuum ſupplicia, qui diù priuati fuerunt auræ communis hauſtu, & lucis aſpectu) concordat text. in l. 2. C. de cuſt. reor. & glo. in l. ſi hominem apud ſe verbo extenſum ff depoſ. dicit, eſſe ſpeciem ſeruitutis, Aret. conſ. 192. vol. 1. Rolan. conſ. 57. Gail. de pace publ. c. 1. indè Iudex indebitè carcerans iniuriarum actione tenetur, & ſecundum tempus
11 carcerationis puniri poterit, l. cum apud labeonem §. quæſtionis ff. de iniur. & ibi Doct. Paris de ſindic. verbo carcer, Campan. in c. Regni 43. licèt pœna ipſa ad intereſſe tantùm extendatur, vt Bouadill. in ſua polit. lib. 5. cap. 3. nu. 8. Farinac. quæſt. 27. num. 145.

Indè contractus geſtus inter debitorem, & creditorem, vti factus metu carceris nullus reputatur, l. qui in
12 carcerem ff. quod met. cauſ. quod intellige ſecundum ea, quæ explicant

Barz.

Digitized by Google

Barz. deciſ. Bonon. 24. Affl. & Vrſill. deciſ. 149. Guid. Pap. deciſ. 149. & 253. Cancer. lib. 3. variar. reſol. cap. 1. nu. 39. Guttier. de iuramento cap. 37. Anna ſingul. 414. Pinel. de bon. mater. l. 1. par. 3. nu. 86. ad quos recurras, quando de hoc articulo tractari contingerit.

## ARGVMENTVM

Vaſſalli exiſtente hoſtium ſuſpictione in locis maritimis, an eorum ſumptibus excubias facere, & Caſtrum Baronis cuſtodire teneantur.

Princeps ſuo ſumptu, tàm pertinentia ad Iuſtitiam, quàm ad Bellum pro conſeruatione, & defenſione ſuorum Statuum, facere debet; tamen in multis caſibus, vbi ſubditi immediatè commodum ſentiunt, contribuere debent, quod pluribus exemplis demonſtratur, & notabilitèr deducitur.

## SVMMARIVM.

1 *Vaſſalli non tenentur contribuere in conſtructionem Caſtri, Turris, vel Fortalitij.*

2 *Barones abſquè Principis licentia, non poſſunt fundare fortalitia in locis ſuſpectis.*

3 *Cap. Regni mandans, vt ſubditi teneãtur contribuere in caſtri refectione, declaratur, & nu. 21.*

4 *Mœnia Ciuitatis ſpectant ad Vniuerſitatem fundare, & reparare, & Baro non tenetur contribuere.*

5 *Contrariorum eadem debet eſſe diſciplina.*

6 *Baro ſuo ſumptu perſonas tenere debet pro cuſtodiendo Caſtro.*

7 *Carcerum cuſtodia, expenſis Baronis eſt facienda.*

8 *Qui ſentit commodum, debet ſentire ſumptus, & incommodum.*

9 *Onus quod viciſſim, & per circulum fertur, minùs graue eſt.*

10 *Multa conceduntur de æquitate, quæ non debentur de iure.*

11 *Carcerum conſtructio, & cuſtodia, ad Barones ſpectat, ſed nè nimium illi grauentur contribuere tenentur vaſſalli in reparatione.*

12 *Vniuerſitates tenentur dare cippos, & catenas pro carcerum cuſtodia.*

13 *Vniuerſitates tenentur contribuere in perſecutione, & captura latronum.*

14 *Subditi ſentiunt incommodum, & cõtribuunt in hoſpitio Militum.*

15 *Milites Campaneæ ſumptu Vniuerſitatum ſunt ſalariati.*

16 *Vniuerſitates debent eorum expenſis occurrere, aduerſus incurſiones hoſtium, & piratarum,*

17 *Vectigal, cur iure exigatur, pro aſſecuratione viatorum.*

18 *Quando attendendum ſit, quod principaliter fit, & non quæ in conſequentiam.*

19 *Acceſſorium reputatur vti principale, quando æquipollent.*

20 *Correctio, ſi expreſsè non eſt facta, non præſumitur, ſed facienda eſt concordia ad poſſibile iurium pugnantium.*

## CAPVT XCV.

VAſſallos non teneri cõtribuere ad conſtructionem Caſtri, Fortalitij, aut Turris, quæ Barones conſtruere, vel reædificare voluerint in præc. tract. num. 37. dixi: Nàm ſicuti ad Principem ſpectat ſuo
1 ſumptu prædicta fundare, vt Doct. in l. quicumq; C. de fundis limitrop. lib. 11. ſic etiam Barones ſuis expenſis fa-

cere debent, quando licentiam, & aſ-
ſenſum à Rege haberent,cùm in locis
maritimis,& ſuſpectis,Caſtra non poſ
2 ſunt ędificari,nec collapſa reſtaurari,
niſi Principe mandante,vt dixi ſingul.
meo 49.& latè firmat Petra de poteſt.
Princip. ſpecial.182. fol.mihi 52. Ba-
rones ergò, vti ſubrogati, ſimilitèr
ſumptibus ſuis erigere ea tenentur,
Angel.in l.turres C.de oper.publ.Sur.
conſ.83.Petra loco citato c.6.nu.40.

Eadem ratio eſt in acceſſorijs,quæ
ſequuntur regulam principalis, c. ac-
ceſſorium de reg. iur. in 6. vt nequè
ſubditi ad refectionem prædictorum
ſint obligati,Et licèt obſtare videatur
cap.Regni incip. Statuimus, quod ab
Vniuerſitatibus,vbi mandatur,vt Vni
uerſitates contribuere debeant in re-
3 fectione caſtrorum,& fortalitiorum,
tamen videtur per prag.1. verſ. Item
nè in reparatione caſtrorum,ſub tit.de
ſalario eorum,& per aliam pragm.tit.
de Vniuerſ. non cogend. fuiſſe dero-
gatum præfato cap.Regni,dùm diſpo-
nant, vt ſubditi non poſſint cogi ad
contribuendum pro dictorum repara-
tione,quod iure fundatur,quia ad Do
minum ſpectat refectio rei, l inter fru-
ctuariam ff. de damn. infect. l.eum C.
de vſufr. indè diſpoſitū eſt, vt mœnia
Ciuitatis,quia ſpectat ad ciues funda-
4 re à ciuibus cuſtodiri debeāt,l.mœnia
C. de ædific. priuat. & ſic reparatio
etiam ad ipſos pertinere debet, & Ba-
ro in illis contribuere non tenetur,
Ann. conſ.72. vndè contrariorum ea-
dem debet eſſe diſpoſitio, l.1.ff.de ijs,
5 qui ſunt ſui,vel ali.iur. l.qui accuſare
ff. de accuſat.

Ex hoc fonte,capienda erit reſolu-
tio ſuper controuerſia, quæ in S. C.
agitata fuit inter Illuſt.Marchionem
Fuſcaldi, nùnc meritiſſimum Magnū
Iuſtitiarium Mag.Cur.Vic. cum Vni-
uerſitate Paulæ,cuius ille erat etiam
vtilis Dominus: Prætendebat enim
Marchio,vt vaſſalli æſtiuo tempore,
quo hoſtium incurſus ſuſpicio adeſt,
& de aliquo periculo dubitari pote-
rat, cùm ea terra ſit iuxtà mare; &
multoties diſcrimen paſſa fuit,obliga-
ti eſſent per circula, ſingulis noctibus
ad cuſtodiendum caſtrum, &, eo lo-
co accedere decem, vel quindecim
ciues, cum armis, & munitionibus ad
excubias faciendas.

Vniuerſitas, & vaſſalli ſe oppoſue-
runt iurè cogi non poſſe, quia licèt
onus faciendi excubias, & cuſtodiēdi
terram,& mœnia, ad ipſam ſpectet, vt
Anna ſing.63.cuſtodire tamen caſtrū
ipſius Marchionis erat onus, & ſuo
ſumptu homines tenere debebat,vt in
terminis Iaſon in l.diuortio §.ſi.ff.ſol.
matr.Coſta in memor.incip.fortalitiū,
Lopez in l.2.verbo ſecuros tit.7. p.5.
& Mattienſ.in l.10.gloſ.1.tit.10.lib.5
recompil. ad quem enim pertinet rei
dominium,ſpectat,& onus eam cuſto-
diendi, l. ſi ita §.1. ff.de vſu,& habit.
Affl.dec.167. & ſic ſuper carcerum
cuſtodia fuit diffinitum, nàm quia
conſtructio ad Baronem ſpectat,& ip-
ſius ſunt emolumenta, ſumptu ipſius
etiam cuſtodiri debeant, Franch. dec.
526. nu.10. & antè eum Nacta conſ.
641.num.7.vol.3. Bertrand. conſ.17.
p.1.Gerard.ſing.17. & particularitèr
Cancer.lib.3. cap.13. num.234. var.
reſol. vt fuit deciſum in Sac. Conſ. in
cauſa Vniuerſitatis Melpignani cum
eius Barone, quod non poſſit cogere
Vniuerſitatem, nec ciues ad cuſtodiā
carcerum,niſi in caſu neceſſitatis, ſa-
lario mediante.

Pro Marchione, cuius partes vti
Aduocatus tuebar facendo conſide-
rationem ſuper oppoſitionibus, quæ
ex aduerſo fundabantur,defendebam
Clientem ſequentibus rationibus, re-
ſpondendo,notorium eſſe, quod illud
Caſtrum Paulæ potens erat ad defen-
dendam totam Ciuium Vniuerſitatē
ab incurſionibus Hoſtium, & Vaſcel-
lorum,& diligentia,ac cuſtodia,quę in
eo in excubijs fiebat, licet reſpiciebat
comodum Baronis, qui ibi cum ſua
familia degebat, æquè principalitèr
parturiebat magnam vtilitatem om-

nibus

Digitized by Google

nibus Ciuibus,& proindè ex regula generali, qui ſentit comodum, debet etiam ſẽtire incomodum l.ſi irruptio-
8 ne §.fin.ff.de neg.geſt.l.3. §. primo ff. ſi menſ.falſ.mod.dixer. non debebant conqueri Ciues, quòd per circulum ſentiebant aliquam incomoditatem, cuſtodiendi Caſtrum,nam erat potiùs liuor,quam vt detrimentum haberẽt, dùm viciſſim tale onus inter eos diui-
9 debant,arg. ex l. Ciuitas. C. de offic. Rect. Prou. ibi viciſſim. Vlteriùs ſeruitia neceſſaria,à ſubditis sũt accipiẽda, & non ab alienigenis. Andr. in Cõſt.Regni incip.ſic noſtra ſeruitia,& pleniùs dixi ſupra prag. 16.Inſuper quamuis de ſtricto iure pertinentia ad cuſtodiam Caſtri,& Fortalitij,ad Principem,& eos,qui illius vicem gerunt, ſpectent tamen conuenientia ſuadet, vt etiam ſubditi contribuere debeant, ex æquitate, quæ rigori ſcripto præ-
10 fertur,Iaſ. & alij in l. placuit C. de Iudic.Et quod æquitas ſuadeat,vt qui ſentit vtile,ſuſtineat etiam aliquod intereſſe, ponam aliqua exempla, quæ adducunt Doct. & videmus practicari quotidiè in ſimilibus. Fuit ex aduerſo dictum,carceres eſſe Baronis, & illius onus eſſe eos fundare, ac cuſtodire,Attamen receptum etiam eſt, vt Vniuerſitates,quia Ciues ſentiunt cõ-
11 modum,debitores ſuos vinculis arceri,& publica intercedit vtilitas criminoſos cuſtodiri, quod ad reparationẽ carcerum contribuere debeant, vt Auil.in cap.Prætorum 18. verbo ſe hagan, Guttier. pract.quæſt. cap.36. nu.2. & Auend.de exeq.mand. c.20. nu.4.p. 1.& c.10.nu.6.verſ.ſecundum exemplum, & dicam in cap.ſeq. Hinc Paris de Puteo de ſindic.verb.carceratio fol.72.nu.6.reſpondit, expenſas debere facere Decuriones de cippis,
12 catenis, & compedibus, quæ deſeruiunt carceratis, quia in ijs, quæ ſentiunt commodum Vniuerſitates contribuere tenentur. Similiter peſequutio latronum, & contumacium loci, clarum eſt ſpectare ad Baronem, & eius eſſe onus, Aff.dec.265. à nu.80. Maſtrill.de Magiſtr. lib.4.c.18.n.47.
13 tamen ſi illi ſint in magno numero ciues conuocari poſſunt,& eorum expenſis perſequi illos debeant, Foller. in ſua praxi crim. verſ.notatos capiat de perſona ex nu.10.And.in Conſtit. Regni pœnam eorum, & Conſtit. humanitatem,ex l 1.& 2.vbi Doct.C.de ijs,qui latr.occul. Auil. Prætor.c.17. verb.las haran, qui etiam infert,quod irruente neceſſitate pro capiendis ma-
14 lefactoribus ſtipendium de publico militibus eſt aſſignandum, & ſic practicatum fuit in Regno, quando Barricelli tenebantur pro perſequendis lattonibus, & inquiſitis, nàm Vniuerſitates hoſpitabantur, & ſoluebant ſalarium illis,& militibus,quod officiũ poſteà fuit immutatum, vt quælibet Regia Audientia tenere debeat Capitaneum de Campanea,cùm tot militibus,vt purgent Prouinciam, & ſala-
15 rium fuit repartitum per focularia Vniuerſitatibus, quod exigit Fiſcus.

Sicq; obſeruandum eſt, ſi turma Curſariorum,& piratarum irruat,infeſtando locos maritimos, nàm ciues ad
16 cuſtodiam, & excubias, eorum ſumptibus cogi poſſunt, quamuis regulaitèr onus ſit Principis,Regnum cuſtodire,& ſuo ſumptu defendere,vt diximus, ſic Menchac.lib.1. contr.illuſtr. cap.1.nu.32.qui ait,inhumanum eſſe, vt publica vtilitas non ſit coadiuuanda à ſubditis, ſed ſolus Princeps onerari debeat. Indè à tranſeuntibus in locis ſuſpectis, in quibus adeſt cuſto-
17 dia, exigitur à ſubditis vectigal,& in mari in portibus ſoluitur tributum.

Omnia hæc fundantur, quia æquitas ſugerit, vt qui ſentit commodum ſentire etiam debeat aliquod incommodum,& licèt in conſideratione debeat eſſe, vt principalis magis oneretur, l.ſi quis nec cauſam ff. ſi cert.pet.
18 Verumtamen de acceſſorijs adhuc habenda eſt ratio, vt reputetur inter principales, quando quaſi æquè principaliter ſtat cum ſua cauſa princi-



Digitized by Google

19 pali, vt benè Cagnol. & Dyn.in cap. acceſſorium de reg.iur.in 6.

Poſtremò aduertatur ad id, quod in principio huius quæſtionis dixi, Vniuerſitates non teneri ad reparationē Caſtrorum, & fortalitiorum, ex prag. allegatis, & Cap.Regni contrarium ſtatuentia fuiſſe per illas derogatum: Nàm præſuppono, Pragmaticas ipſas non correxiſſe dictum Capit. quia correctio expreſsè eſt facienda, l.præcipimus C. de appellat. & quando nō eſt facta, capienda eſt interpetratio,
20 vt ſaluentur, l.capienda eſt occaſio ff. de reg.iur. dico, ſaluari pragmaticas, quia diſponunt, vt Vniuerſitates non teneantur contribuere in reparatione,
21 niſi quatenùs ſit de iure: Hæc æquidem vltima verba non fundant apertè, vt contributio peti non poſſit, ſed remictunt caſum ad diſpoſitionem iuris. Cumquè ratio prohibitoria mitigatur ex æquitate, vt debeatur ęqualis contributio, ergò argumentum cōtra nos adductum potiùs retorquetur in fauorem ad caſum noſtrum, quam in contrarium.

Ex quibus omnibus fundabam, nō eſſe iniuſtitiam id, quod Marchio prętendebat, & conſulto negotio cum Conſiliarijs Status deſtinatis pro negotijs bellicis, ſic fuerunt opinionis: Deindè vaſſalli petierunt negotium remicti ad ius, & Iuſtitiam, & quia ob munus mihi iniunctum ad Prouinciam Hydruntinam diſceſſi, non vidi exitum cauſæ, & conferunt ad prædicta, quæ in ſeq. cap.dicam.

## ARGVMENTVM.

Carcerum conſtructio an pertineat ad Barones, vel ad Vniuerſitates. Baro an indicere poſſit, vt Carcererius pro iure portelli aliquid exigat à carceratis. Secretarij Baronum, an gagia exigere poſſint ex reſcriptis compoſitionum, & gratiarum factarum à Barone eorum vaſſallis.

## SVMMARIVM.

1 *Expenſæ pertinentes ad exercitium iuriſdictionis, & iuſtitiæ ſpectant ad Barones, & non ad vaſſallos.*

2 *Expenſæ, quæ æquè principaliter concernunt vtilitatem ciuium, debent communiter repartiri.*

3 *Carcerum iuriſdictio eſt Baronis, & nemo priuatus quemquam detinere poteſt.*

4 *Carceres cuſtodire Baro tenetur, & vaſſalli cogi non poſſunt ad talē cuſtodiam.*

5 *Media via, vt vtrique conſulatur eſt amplectenda.*

6 *Carcerum conſtructio diſtinguitur quando pertineat ad* Barones, *& quando ad Vniuerſitates.*

7 *Primordialis cauſa ſemper eſt attendenda, licèt aliquid in conſequentiā veniat.*

8 Ius *refragatur omnibus nouis oneribus, & exactionibus prętеritis à* Baronibus.

8 *Communis obſeruantia facit, iniuſtum iuſtum reputari.*

20 Ius *non reſiſtere conſuetudini exigendi portellum à carceratis probatur.*

11 P*oſſeſſorium ſummarium non debet concedi ei, qui habet iuris reſiſtentiam.*

12 *In poſſeſſorio plenario, quæ ſint probanda ad obtinendum.*

13 *Ius exigendi vectigal, ſeù paſſum à tranſeuntibus per certos locos, qualiter iuſtificetur.*

14 *Exactio gagiorum, quæ percipitur à* Secretarijs Baronum *pro reſcriptis, & gratijs eſſe legitimam concluditur.*

15 T*urpitèr quis accipit, quod gratis tenetur explere.*

16 *Onus*

Digitized by Google

16. *Onus quis imponere poteſt ſuper ijs, quę in eius facultate conſiſtunt.*
17 *Principijs eſt obſtandum, nè nouitates inducantur.*
18 D. *Alonſus de Cardenas Regens Magna Curia Vicaria laudatur.*

## CAPVT XCVI.

Continuando materiam præc. c. in quo poſui cõcluſionẽ, quod omnes expenſę pertinentes ad adminiſtrationem, & exercitium iuriſdictionis ſpectent ad Principem, & eius feudatarios, & non ad ſubiectos, limitaui, non procedere, quando ſubditi æquè principaliter ſentiant magnam vtilitatem, & com-
1 moditatem, quia tùnc congruit, & æquitatis eſt, vt ſubditi contribuere debeant, in erogatione expenſarum; nàm licèt de iure onus ſit Principis, & Baronum ſuo ſumptu erogare neceſſaria ad Iuſtitiam pertinentia, tamen ex alia regula dictante, quod
2 qui ſenſit commodum, debet ſentire incommodum, l. naturaliter ff. de reg. iur. cap. qui ſentit eod. tit. in 6. conſentaneum fuit reputatum, vt in aliquibus caſibus vaſſalli contribuere debeant, vt in d. cap. diximus.

Exindè fuit dubitatum, cuius expenſis carceres ſint conſtruendi, & iuxtà dictum aſſioma, reſponderunt multi DD. hoc onus eſſe Baronum,
3 cùm carceres ſint iuriſdictionis ipſorum, & nulli priuato competat carceres habere, nec aliquem recludere, etiam per breue ſpatium ſub graui pœna, vt Farina. latè q. 27. quia actus iuriſdictionis eſt competens Iudicibus tantùm, l. fin. C. de cuſt. reor. & conſequenter qui dominium tenet, carce-
4 res erigere, & cuſtodire tenetur, Card. in clem. 1. §. ſanè nu. 2. de hęretic. & latiùs diximus ſuprà in cap. præc. n. 7. Alij fuerunt opinionis, vt onus conſtruendi carceres ſpectet ad Vniuerſitatem, ſic Clar. quæſt. crim. 46. nu. 3. Gutti. pract. quæſt. lib. 1. q. 36. Auend. de exeq. mand. c. 20. nu. 5. verſ. tamẽ p. 1. & mouentur, quia cuſtodia carceratorum reſpicit potiùs commodum ciuiũ, tàm in cauſis criminalibus pro vindicandis eorum offenſis, vt in l. licitatio §. fin. ff. de publ. & vect. quam pro debitis ciuilibus, vt tedio affecti debitores creditoribus ſatisfaciant, vndè communitates hoc onus expenſarum ſubire debent.

Aliqui verò ſentierunt communibus expenſis eſſe carceres erigendos Baronis, & Vniuerſitatis, cùm ambo ſentiant commodum; Baro exigit prouentus à carceratis criminalibus, & ciues conſequuntur commoditates ſupradictas, ſic Aiel. tract. de iure adohę num. 59. Azzeued. in l. 15. tit. 6. lib. 3. colle&. num. 9.

Cumq; in dubio media via ſit eligenda, l. Titius ff. ad Trebell. Theſau. dec. 89. Viu. dec. 190. capiẽda eſt via,
5 vt vtriq; conſulatur, ideò ęquiorem hanc opinionem eſſe videtur.

In hoc conflictu, facta matura conſideratione, verior fuit reputata prima opinio, vt conſtructio carcerum criminaliũ omninò ad Barones pertinere debeat, tùm quia ſunt de mero,
6 & mixto imperio, tùm quia ſentiunt vtile de prouentibus, quos ex compoſitione delictorum percipiunt, & licèt in conſequentiam veniat publica cõmoditas, vt delicta puniantur, vt in l. ità vulneratus ff. ad l. Aquil. tamen
7 attenditur primordialis cauſa dominij, & vtilitatis Baronum, l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cert. petat. Et ſic in S. C. fuit deciſum pro Vniuerſitate Melpignani, cum Antonio de Aiello, quod carcerum conſtructio pertineat ad ipſum Baronem. Conſtructio verò carcerum ciuilium, quorum commoditas pertinet ad ciues, vt ſtent magis

Dd 3 com-

Digitized by Google

commodi, & meliores criminalibus,
cùm in ijs nullam ſentiant vtilitatem
Barones principaliter, nec in conſe-
quentiam, ad Vniuerſitates ſpectat, vt
innuunt Auend. de exeq. mand. c. 20.
nu. 6. Auil. in cap. Prætorum c. 18. &
dixi ſing. meo 15. idem eſſet obſer-
uandum, ſi Vniuerſitas haberet ex
priuilegio prouentus, qui fiunt in Cu
ria, quod priuilegium vidi in multis
locis conceſſum, & obſeruatum, tùnc
etiam Vniuerſitas, quæ ſentit commo
dum, onerari debet, vt eos teneatur
erigere, & cuſtodire, vt dixi in præc.
Comm. hoc loco nu. 33. & ità fœdere
diſtinctionis concordia conciliari poſ-
ſunt ſupernarratæ DD. opiniones.

Item ſupradicto articulo, alius ſub-
nectitur, an iure Barones poſſint indi-
cere, vt à carceratis exigatur aliquid
pro iure portelli à Carcererio, qui eos
cuſtodit, & ſecũdum regulas, videtur
dicendum, iniuſtam eſſe talem im-
poſitionem, cùm de iure Barones mi-
nimum quodq; onus vaſſallis impo-
nere non poſſunt, And. & alij in c. 1.
tit. quæ ſint regal. §. collectę, & abun-
8 dè declaraui in præc. tract. prag. 10.
Accedat alia ſuppoſitio, quod ſi ele-
ctio Carcerarij competit Baroni, ipſi
etiam ſalarium præſtare pertinere de-
bet; Si enim vaſſalli cogi non poſſunt
ad cuſtodiendos carceratos, vt dixi-
mus, tantò magis non ſunt obligati ad
ſoluendas ſportulas Carcerario, & ità
in terminis doctè ſuo more defendit
D. Rouit. ſuper hac pragm. ex num. 9.
Actamen quadam ęquitate ſuadente
videmus communem obſeruantiam,
tàm in carceribus Regiorum Tribu-
nalium, quàm Curiarum Baronalium
eſſe in contrarium: nàm exactio iſtius
portellij fit ab omnibus Carcererijs
indiſtinctè, & ſubditi contribuunt in
ſalario, vltrà prouiſionem, quæ ipſis
ſtatuitur à Fiſco, vel Barone, & gene-
9 ralis conſuetudo dicitur altera lex, &
illicitum facit licitum, arg. tex. in l. 1.
C. de exact. lib. 11. & benè Mantic. de
contr. ambig. lib. 3. tit. 9.

Nec refragantur, quæ adduxit D.
Roui. loc. cit. Ipſe enim refert, quod in
ea cauſa non potuit in poſſeſſorio ob-
tinere, ſed Baro fuit conſeruatus in
exactione exigendi ius portelli, & fue
runt præſentata alia exempla inquit,
ex quibus conſtabat aliàs in ſimilibus
pro Baronibus iudicatum, & ex illius
dictis rationem deſumo, quia habitũ
fuit pro vero, talem contributionem
non habere iuris reſiſtentiam; nàm ſi
10 nouum onus reputatum eſſet, nullo
iure Baro potuiſſet obtinere in ſum-
mario poſſeſſorio; nàm in ijs quibus
ius refragatur, non decernitur contra
prætendentem poſſidere, de Pont. dec.
40. & idem D. Rou. in prag. 1. nu. 31.
de iuriſd. & latiùs dixi ſuprà cap. 78.
11 Et in plenario poſſeſſorio longiſſima
requiritur poſſeſſio, & irregularis pro-
batio, Gail. obſeru. 7. p. 2. & latiùs Io-
ſeph. Seſe tract. de inhib. c. 1. vndè cũ
12 articulus fuerit reputatus non habe-
re iuris reſiſtentiam, ſed potiùs aſſi-
ſtentiam ex generali obſeruãtia, ideò
benè ex dicto facto elicitur, iſtam
exactionem non fuiſſe reputatam in
Sacr. Conſ. contra legem, ſed præter
legem. Quapropter cõcludendum eſt,
quod ſi non ſit impoſitum hoc onus
portelli, nouiter de iure adiungi non
poſſit, & procedit prima opinio, ſi au-
tem ſit ſolitum, & conſuetum, & tùnc
ſtante etiam generali conſuetudine,
conſeruari poteſt Baro in ſua poſſeſ-
ſione.

Et ex prædictis iuſtificatur exactio
perceptionis paſſuum, & vectigalium,
quæ percipiuntur in multis partibus
huius Regni à tranſeuntibus cum bo-
nis per certos locos, in quibus anteà
viatores à latronibus ſpoliabantur,
quia erant ibi nemores, & ſyluæ, &
13 Princeps occurrendo iſtis robarijs
multa erogauit, diſboſcando eos lo-
cos, & cuſtodes ibi detinendo pro ſe-
curitate itineris. Vndè pro iſtis expen
ſis indictum fuit vectigal exigẽdi ali-
quid à viatoribus bona ferentibus, dũ
enim ſubditi ſentiunt ſecuritatem de-
ferendi

Digitized by Google

ferendi ſuas res per terram, vel mare, non reputatur onus, contribuendo pro cauſa impenſarum, Guttier. de gabell. c. 2. Girond. eodem tract. in prælud. nu. 7. licèt enim Principis cura ſit Regnum ab hoſtibus, & latronibus cuſtodire, quando verò facto ipſorum ſubditorum delinquentium Fiſcus ſentit detrimẽtum, ęquitate ſaltim ſic ſugerente alij contribuere debent, arg. ex l. 1. §. deniquè ait ff. de aqua pluu. arc.

Hinc reſoluimus, non habere iuris reſiſtentiam, aliam exactionem, quam percipiunt Secretarij Baronũ, ex reſcriptis tranſactionum, & gratiarum, quas faciunt Barones ſuis vaſſallis, ex quibus Secretarijs præſtantur certa gagia; Nam & ſi omnis exactio iniu-
14 ſta reputatur, quæ à Baronibus ſubditis imponitur, vt DD. in l. 1. C. ne ruſtic. ad vllum obſeq. lib. 10. Verũtamen recognitio iſta communi conſuetudine obſeruatur, & nõ improbatur, vt contribuant Secretario pro expeditionibus reſcriptorum. Dùm enim eſt in facultate Baronis concedendi, vel denegandi compoſitiones, & gratias facere, ſi eas impartitur cũ hoc onere, non video quo iure vaſſalli grauari poſſint, turpitudo autem tùnc verſa-
15 tur ex parte accipientis, quando gratis quis ſuum officium explere tenetur, l. 1. in fine cum ll. ſeq. ff. de cond. ob turp. cauſ. ſed quando non eſt obligatus quid facere, vel concedere, li-
16 citè poteſt accipere, & petere, ita in puncto huius articuli reſpondit Petra de poteſt. Princ. cap. 8. num. 51. fol. 54.

Si verò eſſent reſcripta pertinentia ad adminiſtrationem Iuſtitiæ, tùnc ea gratis ſunt expedienda, niſi antiqua eſſet conſuetudo in contrarium, vt videmus obſeruari in Tribunalibus, in quibus Secretarij plùs, & minùs exigunt etiam pro reſcriptis iuſtitiæ, vt aduerti anteà ſing. meo 168. Et tantò magis iuſtificatur poſita concluſio, dùm talis exactio fiat etiam in omnibus Tribunalibus maioribus, vt videmus in Secretarijs Proregis, Sacri Conſilij, Reg. Aud. & cœteris, in quibus omnes Secretarij exigunt ſportulas, ſecundum taxam à Principe mandatam, vel conſuetam.

Id quod deplorandum eſt, quod dictæ exactiones, & aliæ ſimiles, ſub ſpecie recti, & æquitatis circumſcripto iuris rigore, introductæ fuerunt, ſed paſſim tranſierunt ad iniquitatem, quia habuerunt à principio taxam determinatam, & non oneroſam, ſed tractu temporis hominum rapacitate illæ fuerunt alteratæ directè, & indirectè, vſque ad centuplum. Quiſque quærit officium ſuum ampliare, dilatare, lucrari, & extorquere, Ideò omnes monendos duxi, vt principijs reſiſtant, nè nouitates aliquo modo admictantur,
17 licèt habeant apparentiam ęquitatis, ſub ſpecie enim recti decipimur; nam poſteà non eſt, qui reſiſtat tot fraudibus, & inuentionibus, vt aduertit Crauet. conſ. 238. num. 10. Rogandus eſt Deus, vt infundat mentem noſtri Regis, vt mictat ad nos Vicarios Sanctæ mentis, & Religionis, qui vigilet in Miniſtros, vt ſuo ſint contenti, & non dilatent fimbrias.

Et gratias DEO redamus, quod Diuina Prouidentia miſſus fuerit ad Regimen huius Regni Excellentiſſimus Dux de Alcalà, cuius partes ſi explicare vellem, magno volumine opus eſſet, Inter alia continuò inueſtigat in eligendo Officiales bonæ famæ, & integritatis, proùt egit in creãdo Regentem Magnæ Curiæ Vicariæ D. Alonſum de Cardenas Collatera-
18 lis Conſilij, qui ſic munus ſuum integritate, pietate, iuſtitia, & vigilantia implet, vt nemini ſecundus dici poterit, vti in dies experimur nos Iudices Mag. Curiæ, & verè correſpondent virtutes ſuis natalibus, cùm ex nobiliſſimis Proſapijs ortus fuerit, tàm de Cardenas nepos D. Alonſi vltimi Magiſtri Equitum S. Iacobi, & Fundatoris Domus Comitum Pueblæ, quàm ex

Digitized by Google

ex Domo Pacheco, ex D.Ioanne Pacheco Marchione Villę Maeſtrę ſimilitèr Magiſtro affati Ordinis S.Iacobi, quā etiam vti deſcendens ex paterna linea de Peralta Marchionum Falçes progeniei Regum Nauarræ,vt ex Hiſpaniarum Hiſtoriarum Libris, præcipuè Marianæ lib.2.clarè patet.Et redeundo ad digreſſa, omnia membra à capite motum accipiunt.

## ARGVMENTVM

Barones ſuis Officialibus, & Miniſtris ſalaria præſtare debent, & an,& quando ſportulas illis dare vaſſalli iurè teneantur.

Pandecta,ſi non ſit certa,vel deperdita, qualitèr ſit taxanda: Et ſi vltrà taxam fuerit alterata, an Baro in poſſeſſorio conſeruandus ſit.

## SVMMARIVM

1 *Qui rei dominium,& fructum capit, ille tenetur ad rei refectionem, cuſtodiam,& alias expenſas.*

2 *Baro ſuo ſumptu ſalaria ſuis Officialibus præſtare tenetur.*

3 *Contribuunt ſubditi ſalarijs Officialium,dando ſportulas ex actis, quæ fiunt.*

4 *Conſuetudo in ſalarijs, attendenda eſt.*

5 P*andecta vbi non eſt taxata, attenditur ſolutio, quæ per Magnam* C*uriam exigitur.*

6 *Conſuetudo conuicinij,eſt attendenda in omnibus præſtationibus, quando adeſt dubium.*

7 *Pandecta, ſi tractu temporis fuerit alterata,an ea alteratio ſit ſeruanda, ſtante patientia vaſſallorum cum longa taciturnitate.*

8 *Conſuetudo, & tacitus conſenſus ciuium,quando præiudicet.*

9 *Conſuetudo,eſt altera lex.*

10 *Solutio difformis, non inducit conſuetudinem.*

11 *Exactiones indebitæ, ſemper præſumuntur cum vi extortæ.*

12 *Murmuratio populi, impedit præſcriptionem.*

13 *Exactiones vltrà pandectam; præſumuntur per impreſſionem Officialiū, vi extortæ.*

14 *Officiales ultrà pandectam extorquētes, qualitèr puniantur, remiſſiuè notatur.*

## CAPVT XCVII.

Pertinentia ad Iuſtitiam onus eſſe Baronum,eorumq; ſumptu ea eſſe explenda, fūdauimus, nam ratione vtilis dominij, quod ex infeudatione tenent ad eos feudum, & iuriſdictionem defendere,ac expenſas neceſſarias erogare ſpectat,verba ſunt tex. in l.eum, ad quem vſusfructus perti-
1 net C.de vſufruct. cùm enim prouentus iuriſdictionis, & emolumenta percipiant,incommoda etiam ſumptuum ſuſtinere neceſſe eſt, Garſia de expenſ. cap.21.

Ex qua concluſione inferebatur in facto Baronem ſuo ſumptu ſalaria Officialibus præſtare debere,& ſubditos
2 non eſſe obligatos ſportulas de actis ſoluere,prout in terminis aſſeruerunt Luc.de Penn.in l.annonas C.de erog. milit. ann. Honded. conſ.84. lib.2. quod de iure verum eſt, & in aliquibus locis hanc iuris diſpoſitionem obſeruari vidi,prout ſeruatur in Officialibus maioribus Regijs, qui habēt ſalarium à Rege, & ſportulas nullas

ſub

ſub pœna à litigantibus accipere poſſunt: At vbi contra eſſet conſuetudo, vt generalis eſt in Regno, quòd partim præſtant Barones, dando ſalaria Officialibus, & partim ſoluunt ſubditi ratione actorum, quæ ſportulæ de iure vocantur, vt notant Doct. in C. de ſportulis, & præcipuè Cuiac. ibi, & Specul. tit. de ſalario Iud. nu. 9. nam conueniunt inter ſe Baro, & Vniuerſitas, & conſtituunt certam pandectam, quam obſeruare viciſſim debent ſubditi, & Officiales: Conſuetudo, ſeù cõuentio illa in ſalarijs eſt actendenda, ad tex. in §. nè autem, vbi glo. auth. de Iudic. & in §. & ſi carere in fine, auth. de defenſor. Socc. conſ. 196. lib. 2. Roland. conſ. 349. vol. 1. Rebuff. in conſuet. Franc. tit. de famulor. ſalar. Gratian. diſcept. cap. 257. nu. 36.

3

4

Sed dubia, quæ ſuper hac materia determinata fuere, Primum eſt, quod in certo loco non reperiebatur pandecta, & cum nouo Barone, qui terrã emerat, contendebant vaſſalli ſportulas non dare, & dùm ad Reg. Aud. Baro recurſum haberet, & fuiſſet facta prouiſio vaſſallis, vt ſolita gagia Officialibus, & Actuarijs præſtare debuiſsẽt, Reſpondebãt nõ eſſe iure obligatos, & quatenùs cogi potuiſſent, nouã pandectã eſſe conficiendam de cõmuni conſenſu cum Barone, ſed replicatum fuit, quod quando pandecta non eſt certa, vel amiſſa, erat actendenda taxa actorum, proùt ſeruat M. Curia, vti exemplar aliarum Curiarũ, & ſic ſolet decernere S. C. vt refert D. Rouit. prag. 38. nu. 4. de offic. Magiſt. Iuſtit. At dùm hoc practicare voluiſſemus, vidimus pandectam M. C. eſſe factam circa acta, quę præſtari debent Actuarijs, ſed non loquitur de ſportulis ſoluendis Iudicibus, cùm in M. C. non ſoluantur Magiſtratibus, vt dixi, & propter eà dicebam, magis expediens eſſe, vt actendatur cõſuetudo pandectarum conuicinij; nam in dubio in omnibus præſtationibus cenſuũ, terragiorum, decimarum, & ſimilium omnium, conſuetudo Regionis eſt actendenda, & præualere debet, Crauet. conſ. 258. nu. 8. Affl. dec. 248 Faber. diff. 63. C. de ſacroſ. Eccleſ. & latiùs Fontanel. de pact. nupt. clau. 4. gloſ. 19. in fine, Mantica de contract. ambig. lib. 3. ac D. Reg. Valenz. conſ. 79. nu. 62. Et ſic fuit prouiſum, quod caperetur informatio, qualitèr in octo, vel decem Curijs cõuicinis erat taxata pandecta, & habita copia prædicta, quæ in paucis inter eas erat diſformis, taxauimus, & arbitrati fuimus pandectam, quæ in poſterum obſeruari debuiſſet, ſeruata forma conuicinij, & partes acquieuerunt.

5

6

Altera difficultas, ſuper iſta materia fuit controuerſa; nàm Vniuerſitas S. Viti conquerebatur, quod Baro nõ curabat obſeruare pandectam cum prædeceſſoribus factam, ſed ſatis alterabatur, & extorquebatur à ciuibus, & fuerunt expeditæ prouiſiones pro obſeruantia, quibus intimatis, ex parte Baronis reſpondebatur, quod pandecta antiqua, quã ſubditi obſeruari petierant, multis annis hinc, non erat in vſu, ſed alterata, & decreta ſententiæ, aliaq; acta vltra pandectam erant ſoluta in maiori quantitate, Cumquè conſuetudo in ſalarijs erat obſeruanda, vt ſupra fuit dictum, & populus acquieuerit in ipſa altercatione, factum tot ciuium inducebant conſuetudinẽ, quæ decennio præſcribitur, vt latè explicaui prag. 1. in præc. Comm. ex l. ſi quis diurno, & l. de quibus ff. de legib. Cumquè talis alteratio prætendebatur excedere longum tempus, ſupponebat Baro conſeruari in ſua quaſi poſſeſſione, nam conſuetudo eſt altera lex, & dat facultatem onera imponendi, & exigendi, ac ex tacito conſenſu eorum, quorum intereſt, inducitur obligatio, Bart. in l. 1. C. de auro coron. lib. 10. Pariſ. conſ. 28. lib. 1. Decian. conſ. 41. Replicabatur ex parte Vniuerſitatis, alterationem, & exactionem illam fuiſſe factã per impreſſionem, & auctoritatem Iudicum, qui exco-

7

8

9

Digitized by Google

excoriabant ciues,& non pacificè exa-
10 ctam,nam perſonæ potentes non per-
mictebant in occurrẽtijs cogi ad ſpor-
tulas vltrà pandectam,vndè cùm fue-
rit ſolutio difformis, conſuetudo præ-
tendi non poterat, iuxtà ea, quæ latè
explicauimus ſuprà cap. . . Vlteriùs
11 exactiones indebitæ, ſemper præſu-
mũtur à Dominis vi extortæ,Maſcar.
de probat.concl.1327.& quando Ba-
ro habet iuris reſiſtentiam non iuuat
longum tempus,ſed immemorabile
requiritur, nam ſola murmuratio po-
12 puli excludit quaſi poſſeſſionem, &
interrumpit omnem præſumptionem,
And.in c.1. tit.quæ ſint regal.col.4.
verſ.plauſtrorum,Luc.de Penn.in l.1.
C. nè ruſtici ad vllum offic. lib. 10.
Capyc. in inueſt. verbo collectæ, Vr-
ſill.dec.202.nu.12.& propriùs acce-
dendo Doct.dicunt, iſtas exactiones,
quæ fiunt ab Officialibus, Actuarijs,&
ſimilibus vltrà taxam, dici corrupte-
13 lam,& extorſiones, quia fiunt ad eo-
rum commodum,in damnum publici,
arg.tex.in l.1.C.de ſalgam.hoſpit.nõ
præſtand.lib.12.& obſeruantia præce-
dens licèt longa, non releuat, §. nulli
verò auth.vt nulli Iud.col.9.Anchar.
cõſ.218.Marſil.in l.ſi quis n.81.ff de
quæſtion. & in terminis Auend. de
exeq.mand. c.2.nu.14. p.1. & latiùs
c.17.num. 3. Et ex prædictis, circum-
ſcripta allegata longa conſuetudine,
aduerſus pandectam, ex parte Baro-
nis, contra illum iudicauimus, vt om-
ninò eſſet ab Officialibus, & ſuis
Actuarijs obſeruanda pandecta anti-
qua,ſub pœnis à iure contentis: Qua-
litèr autem Officialis vltrà pandectã
14 extorquẽs puniri poſſit,vide Ioan.de
Platea in l.in ſacris §. medium C. de
proxim. ſacr. ſcrin.lib.12. Bal.in l.1.
C.mandat. Maſtrill.de Magiſtr.lib.1.
cap.22.

## ARGVMENTVM.

Remiſſio cauſæ, ſi à Barone petatur,an eius expenſis,vel inquiſiti fieri debeat: Et an dietas,quas Fiſcus pro capienda informatione præſtitit,ſoluere teneatur.

### SVMMARIVM.

1 *Expenſa in petenda remiſſione cauſa ſunt facienda ab inquiſito.*

2 *Expenſa regularitèr ſunt facienda ſumptibus petentis.*

3 *Remiſſa cauſa, ſi Baro non procuret, conducere carceratum, poteſt ab eo cauſa auocari.*

4 *Expẽſa licet eroganda ſint à petente, tamen repeti poſſunt ab eo,cuius culpa fiunt.*

5 *Expenſa facta in procurando Commiſſarium pro capienda informatione,an ſolui debeant inquiſitus, cuius culpa fiunt.*

6 *Reus non eſt quiſquam, ex eo quod eſt inquiſitus, nàm titulus non facit reum.*

7 *Expenſa pro capiendo foriudicato, illius ſumptu ſunt facienda.*

8 *Baro ſi petat remiſſionem cauſa, an teneatur ſoluere expenſas dietarum, quibus Fiſcus vacauit pro capienda informatione.*

9 *Princeps tenetur purgare Prouinciã ſuo ſumptu,& curare,vt delinquẽtes inquirantur, & puniantur.*

10 *Onus Baronis eſt, ſoluere omnes impenſas,quas Fiſcus fecerit,dùm uult ipſe præferri, in cognoſcendo vaſſallum.*

11 *Princeps curando, vt vaſſalli Baronum capiantur,facit vtile negotium illorum, & ideò Barones expenſas Fiſco reficere debent.*

## CAPVT XCVIII.

EXcitaui quæſtionem in præc. tract. Si petatur remiſſio delinquentis carcerati, in aliquo Regio Tribunali, cuius expenſis ea ſit obtinenda, & concluſiuè dixi, quod ſi ad inſtantiam inquiſiti fuerit petita, eius ſumptu copia proceſſus, Cuſtodes, qui illum ad locũ remiſſum conducere debeant, ac cœ
1 teræ expenſæ ſunt faciendæ; ſed ſi ad inſtantiam Baronis procuretur, ille tenetur, ex regula, quod ſumptibus
2 petentis erogatio fieri debeat, vt latè Felyn. in c. 1. de libell. oblat. Guttier. pract. quæſt. lib. 1. q. 63. & in indiuiduo huius articuli Franch. dec. 332. & licèt Ann. ſing. 27. dicat, ſumptibus rei eſſe faciendam, debet intelligi, ſi ille eam affectauerit, ſecùs ſi Baro tãtùm, & quod ita ſenſerit Anna, patet; nàm ſubiungit, quod ſi Baro non procuret tranſmiſſionem carcerati poteſt
3 comminari, vt cauſa auocetur, quod in dies ſeruamus: nam facta remiſſione, ſi differatur aſportatio carcerati, ad inſtantiam Fiſci, fit mandatum, vt infrà tot dies procuret, aliàs decreto remiſſionis non obſtante proceditur in cauſa; Verùm Baro iure repetere
4 poterit omnes expenſas à reo; nam licet pertinentia ad iuſtitiam, ſumptu Baronis ſint facienda, vt Doct. in l. fin. C. de erog. milit. annon. lib. 10. limitatur, quando culpa alterius, Ioſeph. dec. Peruſ. 74. Aff. dec. 122. Carauit. Ritu 231. Hinc eſt, quod in practica etiam obſeruatur, vt ſi à Tribunali
5 petatur Commiſſarius ad capiendam informationem contra aliquem, quamuis de iure ſumptus dietarum, & aliarum expenſarum debeant ſpectare, & exigi à delinquente, qui cauſam dedit, & culpa eius euenit, vt actor petat, reum eſſe inquirendum, Bart. in l. lege Cornelia ff. ad Sillanian. & aduertit Angel. in l. lege §. liberum ff. de iniur. Attamen in praxi contrarium eſt receptum, vt expenſis petentis, Commiſſario ſatisfiat, & ſi reus deindè venerit condemnandus ab eo repeti poterint, & exequi recta via, vt Io. de Plat. in d. l. fin. C. de erog. milit. ann. Paris de Puteo de ſindic. verbo carcer verſ. an carceratus: nam non omnis, qui inquiritur, eſt reus, quia ſe defendendo
6 poteſt abſolui ab imputatione, Bart. in l. 1. ff. de glande legend. & ità per prag. 89. cap. §. 67. fuit prouiſũ, quod ſub pœna extorſionis officiales non recipiant ſalaria dietarum ab inquiſitis, ſed facta condemnatione poſſit ab eis accuſator repetere, indè ſi pro
7 foriudicato capiendo, fiunt expenſæ, quia condẽnatus eſt, recta via expenſis liquidatis exequutio in illius bonis fieri poteſt, Auend. de exeq. mand. c. 10. num. 14. in fine par. 2. Solet aliquando Prorex (vt pluriès vidi) mandare, quod ſi delictum plenè conſtiterit, poſſit Commiſſarius ſuas dietas exigere ab inquiſito, quia Prorex poteſt diſpenſare ſuper dicta practica; obſeruantia tamen communis eſt in contrarium, vt dixi ſuperiùs.

Dubium maius eſt, quod continuò in Reg. Aud. cum Fiſco altercatur, & in ſpecie ab aliquo elucidatum non vidi; Quid ſi ad inſtantiam Fiſci mittatur Commiſſarius ad capiendam informationem de aliquo delicto graui, quia offenſa pars ſit inops, quæ ſũptus facere haud poteſt, vndè quia
8 publicè intereſt, nè delicta remaneant impunita, & impotens non careat auxilio, Princeps qui eſt Pater ſubditorum, vindicare tenetur, & propterea ſumptu ipſius, obſeruatur in Tribunali decernere, vt Officialis, vel alter accedat pro Fiſco: Si inquiſitus erit aliquis vaſſallus Baronis, & eo carcerato, ille petat remiſſionem, an facto decreto remiſſionis cauſæ, Fiſcus iure ſe opponere poſſit, carceratum, & copiam

piam

piam inquiſitionis non eſſe conſignandos, niſi ſolutis per illam, vel Baronem omnibus expenſis factis à Fiſco pro dicta informatione capienda, & alijs.

Ex parte Baronum in facto dicebatur, proprium officium eſſe Principis
9 purgare Prouinciam, l.congruit ff. de offic.Præſid.& ideò hoſtium,& latronum turmas ſumptu Principis perſequuntur,& propterea,quod expendit non repetit, arg.ex l.quod in vxorem C.de negot.geſt. & quamquam Baro ſit vtilis Dominus & videatur expenſas pertinentes ad iuſtitiam,ad eum pertinere,vt ſupra dixi,tamē directus Dominus concurrit,cùm non priuatiuè iuriſdictionem conceſſerit, l. 1.C. de offic.Præſ.Vrb.& propterea expenſas non repetit, cùm non præſumatur eo animo erogare,vt debeat repetere, arg. ex l. alimenta C. de negot. geſt. Molin. de iuſt.& iure diſp.554. Garſ. de expenſ. cap. 4. num. 24. Valaſc. conſult.91.

Pro Fiſco dicitur, ad Baronem petentem reum ſibi eſſe remictendum, expectare refectionem omniū expenſarum erogatarum per ipſum, dùm enim Baro non conſenſit,vt Tribunal Principis cauſā recognoſcat, ſed ipſe intendit vti ſua iuriſdictione, Princeps in damno eſſe non debet,& ille
10 in lucro,percipiendo prouentus, vel ad libitum iuriſdictione vtendo, gratiando,aut condemnando, ſic probat text.ſingularis in l.mulier ff. de capt. & poſtlim.reuerſ.Bar.in d.l.lege Cornelia ff.ad Sillan. cuius vigore in Hiſpania facta eſt ordinatio in l. 3. tit. 16.lib.8.recompil. & ſic innuit Aufr. ad Capp.Tholoſ. q.100. Barth. de Capua in Conſtit. Regni incip. Clementiæ,dùm enim onus capiēdi ſuos vaſſallos inquiſitos pertineat ad quēquam Baronem in ſua iuriſdictione exiſtentem, Foller.in praxi crim.verbo notatos capiat de perſona nu. 22. Io.Fabr.in l.neminem C.de appellat.
11 Princeps ſe ingerendo,& illos capiēdo facit vtile negotium illius,vnde expenſas repetere poteſt,vt in d.l.mulier,& probat text.in l.Pomponius ff. de negot.geſt.& ita Luc.de Penna in l.annonas C.de annon.& trib.lib.12. Lopez in l.7.tit.17. p.3. verbo deue; Nec obſtat oppoſitum, quod cùm Princeps cumulatiuè ſe habeat, cum vtili Domino expenſas non repetit; nam vera eſt hęc propoſitio, quando conceſſa eſt iuriſdictio iſto modo, ſed quando priuatiuè fuit tributa,vnde remiſſio cauſæ omninò eſt facienda, non præſumitur tùnc Principem voluiſſe donare expenſas ad beneficium Baronis,ſed illius ſumptu,vel malefactoris ſunt reſarciendæ, arg.text. in auth.ſi verò C.ad l.Iul.de adult. ibi (periculo ſuo, & officij ſui comprehendet eum) concordat tex.in l.2.§. hoc autem C.de offic.Præfect.Præto. Aphricæ, & ibi gloſ. verb.moderatores,Specul.tit.de ſalario cap.1. col.fi. & ita per Regiam Cameram pluriès vidi prouiſum. Et in Tribunalibus, quibus præfui,ſic obſeruandum procuraui, vt nunquàm Fiſcus eſſet in damno,quandò cauſę Baronibus fuerunt remiſſæ, nam illi ſoluerunt expenſas, & repetere iurè potuerunt Barones ab ipſis reis, ſi fuerint ſoluendo, aliàs dùm iure ſuo vti noluerint, ſuo ſumptu iuriſdictionis exercitium habere debeāt,& eſt notandum, cùm quotidiè accidat, & perplexi exiſtant Doctor. ſuper hoc articulo, & confirmatur dictum aſſumptum ex Pragmatica 6. §.incip.Item, quod Gubernator tit. de officio Mag. Iuſtit. quæ mandat, contumaciam rei, pro quo Baro remiſſionem petit,illum debere antea purgare.

ARGV-

## ARGVMENTVM

Caporales cum militibus, ac cum facultate hoſpitandi per Prouincias, an ſine licentia Proregis Præſides deſtinare poſſint, in perſequutionem bánitorum: dùm eis conſtituta ſit cohors militum campaneæ.

## SVMMARIVM.

1 *Præſidis eſt purgare Prouinciam, malos homines puniendo, & extirpando.*

2 *Bellum mouendi, conceſſa facultate, cenſetur etiã data authoritas creãdi milites, & capiendi pecuniam de burſa fiſcali.*

3 *Antecedenti conceſſo, tributum cenſetur omne id, per quod finis negotij explicari poſſit.*

4 *Armare gentes ad ſolum Principem ſpectat, etiam ſi contra hoſtes fiat.*

5 *Præſides Prouinciarum non poſſunt deſtinare milites contra bannitos, cum hoſpitio, ſed vti debent familia campanea deſtinata.*

6 *Commiſſarij Campaneæ officium vndè ortum habuerit, & eius authoritas refertur.*

7 *Militibus ſalaria à Principe ſunt ſoluenda, & non à ſubditis.*

8 *Pecunia fiſcalis ſine Principis expreſſa licentia erogari non poteſt, etiam in eius vtilitatem.*

9 *Hoſpitijs poſſunt Prouinciales onerari, ſi eorum defectu milites erunt mittendi in perſequutionem.*

10 *Nouum onus Vniuerſitatibus ſine Principis licentia non eſt imponendum.*

11 *Quæ de nouo emergunt, nouo indigẽt auxilio.*

12 *Collectam, ſeù nouum onus ſubditis imponere, inter regalia computatur.*

13 *Hoſpitium militum non eſt nouum onus, ſed antiquum, & inter patrimonialia munera numeratur.*

14 *Hoſpitia mandari non poſſunt, niſi iuſſu Principis tantùm.*

15 *Hoſpitium non continet præſtationẽ dandi alimenta, ſed tũtùm domum, & lectum.*

16 *Principis tantùm eſt relaxare, & diſpenſare ſuper ijs, quæ iuris poſitiui ſunt.*

17 *Principis eſt occaſiones prædandi amputare.*

18 *Damna, & vexationes, quas patiuntur Prouinciales magis à militibus, quam à latronibus referuntur.*

19 *Principis eſt curam habere ſubiectorum, & eorum grauaminibus occurrere.*

20 *D. Franciſcus Antonius de Alarcon Viſitator generalis huius Regni laudatur.*

## CAPVT XCIX.

EXPLICauimus in præc. tract. qualitèr Barones in ſuis terris, ſuo ſumptu teneantur familiam deputare pro capiẽdis delinquentibus [1] & non grauare ſubditos ad tale miniſterium, niſi in ſubſidiũ, vrgente neceſſitate in aliquo caſu, quo familia non ſufficeret, vt probat text. in l. 2. §. ſin autem C. de ijs qui latr. occul. & notat Affl. in Conſtit. Regni Iuſtitiarij per Kalend. Farin. q. 50. Cumq; ſuper hac propoſitione fundauerim quamdam conſultationem, volui relata in ea facti ſpecie hic in medium adducere, vti publicæ vtilitati neceſſaria: Fuit inquam mihi iniunctum ab Excellentiſſimo Duce Albæ Prorege, vt referre ei deberem,



Digitized by Google

rem, ſi expediens erat Prouinciæ Salerni aſſiſtere vltrà militiam Campaneæ alios caporales in perſecutionem bannitorum, ſtante quod illos reuocauerat, & Præſes conqueſtus fuerat, quod priuari non debuerat facultate de iure, & conſuetudine ei conceſſa.

Et ex parte Præſidũ videtur prima facie iuſtitiam eſſe pro eis, vt ad eorum arbitrium poſſint militum quãtitatem eis viſam contra bannitos deputare, & eis hoſpitandi facultatem in ſuis Prouincijs cõcedere, cùm Præſidis officium proprium ſit purgare eam malis hominibus, iuxta verba text. in l. congruit ff. de offic.
1 Pręſid. Eò magis quod Proreges hac de cauſa Regijs Audientijs conceſſerunt poteſtatem procedendi ad modum belli contra delinquentes publicam quietem turbantes, vt in pragm. 11. ſub tit. de offiç. Iud. c. 48. Et conſecutiuè ſuppoſita hac authoritate, cenſetur etiam conceſſa Præſidibus poteſtas, & arbitrium creãdi milites ad bellandum contra foraſcitos, vt capi, & extirpari poſſint, & ita Bald. conſ. 439. nu. 4. lib. 5. conſulens, quod dato mandato alicui à Principe ad bellandum contra hoſtes, tacitè mandatum continere po-
2 teſtatem creandi cohortes militum ad eius arbitrium, & capiendi pecuniam ex burſa fiſcali pro ſtipendijs, alijsq; neceſſarijs ad militiã, aliàs mãdatum redderetur inutile, & eum ſequitur Io. Gran. de bello exul. tit. de prædicam. ſitus art. 2. fol. mihi 97. in terminis noſtrę quęſtionis, quia dùm tribuitur iuriſdictio ad aliquid agendum, ſubintelligitur ſemper conceſ-
3 ſum omne id, per quod finis ipſius negotij explicari poſſit, l. oratio ff. de ſponſal. l. ad rem mobilem ff. de procur. l. ſi cui ff. de iuriſd. omn. Iud. & propterea videtur, poſſe Præſides milites deputare, ac vt viuant hoſpitia mandare.

Contrariam tamen opinionem veriorem eſſe puto, vt de iure non liceat Præſidibus, abſq; Proregis licentia nouam militum familiam creare, neque cogere poſſe Prouinciales ad hoſpitandum, & fundatur aſſumptum ex pluribus.

Primò, dicimus ſoli Principi eſſe reſeruatum, & inter regalia reputare facultatem erigendi cohortes militũ pro perſequendis hoſtibus, piratis, & latronibus: nàm quãuis de iure gentium inimici ab omnibus perſequi, & capi poſſint, tamen vſus, & coadunatio gentium ad armandum, nõ eſt inferiorum, ſed ſolius Principis, vel eius Vicarij cap. 1. §. ar-
4 mandiæ, quæ ſint regal. Doct. in l. 1. C. de Claſſic. lib. 11. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de militibus, & tit. de triremibus. Et propterea interdicta de iure eſſe Præſidibus Prouinciarum dictos caporales creare in perſecutionem bannitorum eſt concludendum, proùt etiam in terminis probat ſingularis tex. in §. ſed neque cum §. ſeq. & ibi gloſ. verbo latronũ expulſores, auth. vt nulli Iudicum.

Non officit, quod cõceſſa facultate bellãdi aduerſus bannitos, ſubintelligatur poteſtas creandi milites; nam replicatur, quod dũ Præſidibus Prouinciarum conſtituta ſit familia cõpetens cohortis campaneæ cũ quinquaginta militibus ſolùm pro perſecutione delinquentium, illa quiſque
5 in ſua Prouincia vti debet, & non onerare Prouinciales alijs pręſtationibus, neque aduerſatur opinio Io. Gran. nam ſuo tempore poterat ſubſtineri, cùm tùnc non eſſet inſtituta militia campaneæ in qualibet Prouincia, proùt poſteà fuit factum.

Permictitur à Prorege Cõmiſſario campaneæ creare caporales cum mi-
6 litibus ad perſecutionem bannitorũ, quia iuriſdictio dicti Commiſſarij, quamuis in commiſſionalibus literis dari ſoleat generalis per totum Regnum; Inſtructiones tamen ſunt reſtrictæ, & limitatę in Prouincia Ter-

ræ

ræ Laboris tantùm, in qua cùm non adſit Præſes, dùm immediatè ſubiaceat Tribunalibus Neapolis, & non ſit ibi conſtituta cohors militum campaneæ, ideò loco Præſidis, qui in Prouincijs tenet modum belli, fuit introductum dictum officium Commiſſarij campaneæ, & quia ceſſat familia ordinaria, non mirùm ſi deſtinat caporales, vt Regens de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. faciend. §. 2. & licèt quandoq; Prorex ei concedat facultatem introeundi in alias Prouincias, quando ibi adſit cœtus multorum latronũ, talis authoritas intelligitur data in auxilium, & cumulatiuè pro illa occaſione tantùm, non autem priuatiuè ad Præſides; cùm iuriſdictio ordinaria nunquàm cenſeatur reuocata, etiam ſi alteri demandetur, l. 1. C. de offic. Præfect. Vrb.

Secundò, non ſolùm ex allegata ratione, quod dùm ſine Principis licentia armare gentes non liceat, prohibitũ eſſe cenſeatur Præſidibus creare milites, ſed attendamus quæſò, & diſcurramus, an inferior poſſit de pecunia fiſcali, vel publica ſalaria ſtatuere; ſi enim eſt prohibitum, vel permiſſum, conſequens eſt dicendum idem de antecedenri, ex vulgata l. ſi cui ff. de iuriſd. omn. Iud. Et dico, q aut onus perſequendi latrones pertinet ad Regem, ex eo, quod ipſe ab
7 hoſtibus publicam quietem turbantibus Regnum defendere teneatur, cùm ab eo introitus, & emolumenta percipiat, vt Andr. in c. 1. §. nauigia, tit. de Stat. & Conſ. Garſia de expẽſ. c. 21. & coaceruati ſuprà c. 1. Et ſuppoſita hac opinione, quomodò Prçſes mandare poterit Perceptoribus Fiſci, qui pecuniam Regiam exigũt & conſeruant, vt ſalaria militibus ab eo deputatis præſtent, ſine expreſſa Principis licentia, ad quem, & ad Reg. Cam. ſpectat, & ſine ipſorum
8 mandato quicquam de burſa fiſcali ſumi poterit, ad text. in l. 1. C. de præbendo ſalario lib. 10. l. diù C. de ſuſceptor. lib. eod. Prohibita ergò facultate præſtandi ſalaria, vt milites ſe alere poſſint, ſequitur, quod ſine licentia Proregis caporales ij creari non valeant, arg. tex. in l. ad rem mobilem ff. de Procur.

Sin autem Præſides prætendant onus hoc pertinere ad Vniuerſitates, ſequendo aliam DD. opinionem, quod cùm cauſa, & occaſio perueniat ex defectu hominum proteruorum ipſius Prouinciæ, non teneatur Princeps ſuo ſumptu illos perſequi,
9 ſed expenſis Prouincialium, qui ſunt cauſa cauſati, sm̃ Barth. de Capua in Cap. Regni ad Audientiam, arg. tex. in l. 2. C. de lucr. Aduoc. lib. 12. & ſequuntur Alber. in l. obſeruare ff. de offic. Proconſ. num. 4. ac Andr. & alij in d. Conſt. Si damna, ex qua ratione ſtatutum fuit, vt Vniuerſitates ſoluunt ſalaria cohortibus militum campaneæ, vndè eadem ratio, quæ eſt de toto quoàd totum, debet eſſe de parte quoàd partem, l. quæ de tota ff. de rei uend. Replicatur, quod neque attenta iſta opinione, Præſidibus eſt de iure conceſſum mandandi Vniuerſitatibus, & Prouincialibus, vt hoſpitari debeant milites ab ipſis creatos, vel mercedẽ in eorum tranſitu dare, dùm enim familia, conſultis Proceribus Regni fuerit ſemel ſtatuta, & onus certum impoſitum Vniuerſitatibus per focularia prçſtandi ſalaria cohorti campaneæ, ſine alia expreſſa licentia denuò onerari non poſſunt, l. 1. C. no-
10 ua vectig. imponi non poſſe, vbi omnes ferè Scribentes, & prag. 1. tit. de damnis reſarciend.

Et ſi reſponderetur, quod ea, quæ de nouo emergunt nouo indigent
11 auxilio, l. 3. §. 1. ff. de inter. act. & proindè, & ſi non poſſit onerari Prouincia, dùm extant milites campaneæ, dato tamen caſu, quod cœtus



Digitized by Google

latronum ſit exceſſiuus, & ea familia non ſufficiat, hoc caſu ex identitate rationis videtur nouum onus imponi iure poſſe.

Hæc equidem reſponſio diluitur, quod ſemper, quod nouum onus eſt ſubditis Regni indicendum, id ſine Principis iuſſu, & deliberatione nequaquam iniungi poterit: eius enim eſt decernere, & ipſi ſoli reſeruatũ eſt ſuperindictum imponere, quod ſic appellatur noua impoſitio, toto tit. C. de ſuperindicto lib. 11. & inter
12 regalia computatur §. collectæ, quæ ſint regal. in vſib. feud. Petra de poteſt. Princ. c. 8. D. Regens Valenzue. Velaz. conſ. 99. nu. 19. & propterea ſi de nouo emergat cauſa, aggregãdi alios milites, & Vniuerſitatibus onera imponendi, debet Præſes eam ſignificare Principi, & ſuam expectare licentiam, cuius erit quærere, & inueſtigare, ſi neceſſitas vrgeat, quod milites debeant creari, & taxare quantum ſingulis per Prouinciales ſit aſſignandum, & nullo modo iure fundari poteſt, vt hæc auctoritas inter regalia reſeruata, ad inferiores extendi poſſit: Non nego, quod in occurrenti, & inopinato caſu poſſit conuocare ſubditos ad auxilium, vt in prag. 1. de perſeq. maleſ. ſed nõ continuatè, & ſucceſſiuè.

Poſſet adhuc Præſes obijcere, hoc caſu non imponere noua onera, ſed authoritate à lege conceſſa, quę militibus hoſpitia dari mandauit, quod onus non eſt recens, ſed antiquum patrimoniale, à quo nullus eſt
13 immunis, l. 3. C. de muner. patrim. lib. 10. & l. 1. C. de metat. lib. 11. Reſoluitur hoc etiam motiuum, quod licèt ius hoſpitandi ſit neceſſarium; hoſpitia tamen mandare nulli Superiori, quauis præfulgeat dignitate permittitur, niſi ſoli Principi, eiuſq. Vicario, & cum iuſta cauſa, de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de prouiſion. faciend. §. 6. nu. 6. Præſidibus Prouin-
14 ciarum non ſolùm non eſt permiſſũ, ſed cum pœna vetitũ, §. illud auth. de mandat. Princip. l. obſeruare, vbi Bald. ff. de offic. Præſid.

Tantò magis, quando non ſolùm hoſpitari, ſed mercedem eis dari præcipitur; nam hoſpitium non importat aliud, niſi domum præſtare, & le-
15 ctum tantùm aſſignare, §. ſi verò auth. vt nulli Iudic. & ſic dictæ pragm. 3. cum ſeq. de milit. ſed mandare, vt ſingulis militibus dentur grana vigintiquinque, hoc onus eſt vltrà iuris diſpoſitionem, quam re-
16 laxare, & ſuper ea diſpenſare, ſolius Principis eſt, DD. in l. item ſi verberatum ff. de rei uend. & in l. 1. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. Vndiq; ergò (ni fallor) conſpicitur non poſſe Pręſides ex vlla iuris ratione, milites creare, hoſpitia illis deſignare, quantitatem militum ad libitum mandare, mercedem eis taxare, Principe non conſulto, & eo non expreſsè mandante.

Vltimò accedit, quod non ſolùm de iure opinio hæc ſuſtinetur, ſed ratio recti Regiminis expoſtulat; vt grauaminibus ſubiectorum occurra-
17 tur, & prædandi occaſio auferatur, ad tex. in l. 1. C. de frumento Alexand. lib. 11.

Conſiderentur quæsò vexationes, anguſtiæ, & expenſæ, quas continuò ab iſtis caporalibus Prouinciales patiuntur; ſunt enim ſatis longè maiores ijs omnibus, quæ à bannitis euenire poſſent. Et videamus
18 primò intereſſe annuum Prouinciæ: Recognoui enim in Prouincia Salerni, decem fuiſſe conſtitutos caporales, & quiſque cum vigintiquinq; militibus, qui faciebant numerum perſonarum biscentum quinquaginta, erãt ſingulis eorum conſtituti pro mercede in dies grana vigintiquinq. & caroleni quinque caporalibus: Fiat compotus iſtius ſolutionis: nam ſingulis annis aſcendunt ad quantitatem

tatem ducatorum viginti tres mille, & quatuor centum. Quanti ponderis ſit hac miſera temporis calamitate tantum intereſſe ponderetur. Secundo, conſiderentur extorſiones iſtorum: nam excedunt duplum dicti ſalarij conſtituti. Die enim diſcurrunt per campaneam, & gratis victum in maſſarijs, & mandris conſequuntur, & multotiès qualibet die diſcurrunt duas, & tres cõuicinas Vniuerſitates, perueniũt ad vnam, & dicunt ibi velle de ſero hoſpitari, ad aures Sindici loquuntur, quod ſi eis dat mercedem tranſeũt vltrà, & miſeri Sindici ad redimendam ciuium vexationem ſecretò ſoluunt, proficiſcuntur ad aliam terram conuicinam, & tantumdem percipiunt, & in fine ſero hoſpitantur, ſed nunquàm contenti mercede taxata, torquent hoſpitantes, quod lectus non eſt commodus, habitatio non eſt bona, quærunt ligna, candelas, ſeruitia, vſquequo veniant ad compoſitionem; Petunt ab Vniuerſitate curſores pro mictendis literis ad Præſidem pro cauſis neceſſarijs, & poſteà pecunia redimitur, ſimiliter colorant habere carceratos infirmos, & indigere equis, Quis inquàm enarrare poſſet tot innumeras inuentiones, de quibus vti in tot Prouincijs expertus loquor, & non mirùm cum iſta militum caterua regularitèr ſit hominũ malæ vitæ, guidatorum, vagabundorum, qui alter alterum perſequitur, non differunt ſpecie, imò ſunt peiores: nàm banniti eorum periculo inſidiantur, Iſti aũt ſub clypeo iuſtitiæ extorquent, & ſine timore hæc patrãt, quia ij qui punire eos deberent, diſſimulant, cauſam Deus ſcit, fama volat (pace ſemper bonorum.)

Vltimò perpẽdatur vtilitas: nàm minima ex eis habetur, quando .n. in annos capiunt aliquos delinquẽtes faciunt magnum feſtum cum bannitis, ad ſingulare certamen rarò veniunt, niſi aliqui guidati, qui pro libertate conſequenda vitam exponunt; Et propterea vt finem imponam, concludo, Principem eſſe conſulendum, quando Præſes vltrà cohortem campaneæ, alios milites aggregare vellet, quia ipſe eſt pater ſubditorum, & eius intereſt, nè vexentur, & depauperentur, Rempu-
19 blicam enim tueri nulli magis conuenit, quam Cæſari, dicit text. in l. nàm ſalutem ff. de offic. Præfect. vigil. qua relatione habita, mandauit Excellentiſſimus Dux Aluæ reuocationis obſeruantiam, & dùm inſurrexiſſet poſteà multitudo latronum, certioratus à Tribunali adiungere ordinauit alios triginta milites ſupranumerarios cohorti cãpaneæ, vt ad tempus vacare deberent perſequutioni, vt patet ex literis regiſtratis à Secretario dictæ Reg. Audientiæ Salerni.

Volui hæc omnia referre, vt Superiores notitiam habeant de tanta vexatione, faxit Deus, vt aliqua perpetua ordinatio pro bono publico ſtatuatur, proùt ſignificaui etiam Illuſt. D. Franciſco Antonio de Alarcon Equiti Sancti Iacobi, Conſiliario Supremi Senatus Regni Ca-
20 ſtellę, & in hoc Regno generali Viſitatori, viro ſingularis Religionis, & eruditionis, ſpeculo omnium virtutum, in quo meritò tãtùm munus ei fuit collatum viſitandi cunctos Regni Magiſtratus, & ob ſuam pietatem ad ipſum recurri, vt ſua prudentia cum Prorege, & eis, ad quos ſpectat ſuper prædictis conſilium capiant, ſi ea, quæ dixi, iuſta conſpiciantur.



Digitized by Google

## ARGVMENTVM

Expenſæ concernentes publicam vtilitatem, pietatem, & ornatum Ciuitatis, qualitèr ad Vniuerſitates, & non ad Barones pertineant, declaratur.

Diſtributio hoſpitij militum, an poſſit de iure prætendi ſpectare ad Barones, & non ad Vniuerſitates.

## SVMMARIVM.

1 *Regimen Reipublicæ vnum ſpectat ad Principem, aliud ad Vniuerſitates.*

2 *Barones ſe intromittere non debent in ſpectantibus ad adminiſtratores Vniuerſitatis, limita vt numer. 19.*

3 *Vniuerſitas loco parentis eſt, quæ tenetur prouidere, nè victualia deſint ciuibus.*

4 *Decuriones negligentes in Annona puniri debent.*

5 *Victualia in publico foro vendi debent, & in publicis apotecis.*

6 *Medicos conducere ſuo ſumptu Vniuerſitas poteſt.*

7 *Cuſtodes poteſt Vniuerſitas ponere ſuis expenſis in campis, vineis, & oliuetis, etiam particularium ciuium.*

8 *Cuſtodire Ciuitatem, & eſcubias facere, onus eſt Vniuerſitatis.*

9 *Vniuerſitas poteſt ſuo ſumptu capere defenſionem ſuorum ciuium oppreſſorum.*

10 *Expenſa pro eleemoſynis, & victu Religioſorum mendicantium facta per Vniuerſitates ſunt legitima, & eis ſunt admittenda.*

11 *Religioſi dicuntur filij ſpirituales, & ſi erunt pauperes, ſunt à ciuibus alendi.*

12 *Eleemoſyna pro feſtis Patronorum, ac pro ſacrificijs, quando ad communitatem pertineant.*

13 *Alere Infantes expoſitos, ad quos ſpectet, declaratur.*

14 *Onus repartitum minus grauat.*

15 *Expenſæ pro decoro, & ornatu Ciuitatis ſunt in rationibus admittendæ.*

16 *Expenſa in tranſitu Principis, in aduentu noui Baronis, vel Epiſcopi fieri debent à communitate.*

17 *Expenſa fieri poſſunt ab Vniuerſitate pro ludis, & ſpectaculis publicis.*

18 *Expenſa, quæ de iure permittuntur Vniuerſitatibus, intelligitur dummodò ſint moderatè, & pro eis non contrahatur æs alienum.*

19 *Baronibus non eſt exceptum ius ſuperioritatis, etiam ſuper pertinentibus ad Vniuerſitates.*

20 *Militum repartitio, quando veniunt ad hoſpitandum in terris, an ſpectet ad Barones, vel tantùm ad Vniuerſitates.*

21 *Hoſpitia mandare, & militibus locos aſſignare, ſolius Principis eſt.*

22 *Conſuetudo vniuerſalis vincit legem in contrarium exiſtentem.*

23 *Electio Deputatorum pro perſcrutandis exteris ſuſpectis de peſte, & illis bollettina conſignare, ad Vniuerſitates pertinet.*

*Dies, in quo Author compleuit hunc tractatum recenſetur.*

CA-

## CAPVT C.

Vidimus in multis præcedentibus cap. onera expenſarum, quæ Barones ſubire teneantur, circa pertinentia ad adminiſtrationem iuriſdictionis, à quibus ſubditi de iure exempti eſſe debeant. Poſtremò eſt vtiliter ſcrutandum, quæ expenſę pertineant ad Vniuerſitates, in quibus Barones contribuere non ſint obligati, & præmiſſo, quod duplex eſt Reipublicæ Regimen, vnum præeſt iuriſdictioni circa attinentia ad iuſtitiam, quod Principi, vel eius Baronbius competit, alterum conſi-
1 ſtit in politica, circa ſtatum ciuium, & hoc ſpectat ad Vniuerſitates, eiuſque adminiſtratores, Bart. tract. de Regim. Vniuerſ. Bouad. in ſua polit. cap. 2. lib. 1. Quiſque prædictorum in alterius officio ſe intromittere
2 non debet, ſed quilibet ſuo debet eſſe contentus, iuxta verba tex. in l. 4. C. fini. regund. & extat pragm. 1. de iuriſd. non turb.

Eſt inquam videndum, quæ ad Vniuerſitates pertineant, & concluſiuè omnia perſtringendo dico, quod omnia, quæ ad publicam vtilitatem, pietatem, vel ornatum ſpectant, honor, & onus eſt Vniuerſitatum, ſuper qua diſtinctione breuiter ponam exẽpla circa articulos magis dubitabiles: Primò, ad adminiſtratores Ciuitatis pertinent reſpicientia publicam vtilitatem, & ciuium commoditatem,
3 quia Vniuerſitas loco parentis habetur, DD. in l. Roma per illum tex. ff. ad municip. & ideò Decuriones vti Patresfamilias curam habere debent de omnibus neceſſarijs ad communitatem, maximè circa victualia, vt ciues ijs abundent, & non deſint frumenta, vina, olea, carnes; in quibus viuere hominum conſiſtit, l. 1. §. cura carnis ff. de offic. Pręfect. Vrb. l. 1. C. de frument. Alexand. Conſtitut. lib. 11. l. frumenta C. de ſuſcep. Mexia de taxa panis capit. 9. Surd. de aliment. quæſt. 4. & principalis cura debet eſſe ſuper annona, aliàs Decuriones, ſi erint negligentes, poſ-
4 ſent puniri, & ad intereſſe condemnari, DD. in l. 1. C. de condit. in publ. horre. ex quo notabili tex. etiam colligitur, quod frumenta debent ipſi emere, vt in publicis apotecis panis vendatur, & locos particulare depu-
5 tare, in quibus victualia omnia in foro vendantur, vt latiùs declarat Auenda. de exequen. mandat. Reg. cap. 10. de Ponte in ſuo tract. tit. de abundantia.

Similitèr pro ſalute ciuium ad De-
6 curiones attinet, ſalaria præſtare Medicis, & conducere Aromatarios, ſi nõ eſſent in loco, Ripa tract de peſte c. 2. nu. 107. & cœteri in l. 1. ff. de decret. ab ord. fac.

Cura debet adhuc eſſe Vniuerſitatum, vt bona etiam ciuium cuſtodiantur, & non deuaſtentur, quia depauperatio illorum, redolet in damnũ communitatis, & ideò poſſunt iure deputare cuſtodes tempore meſſiũ, vindemiarum, oliuarum, glandium, &
7 ſimilium, arg. tex. in l. quæſitum §. ſaltuarium ff. de fundo inſtr. Alex. & alij in l. diuortio §. impenſa ff. ſol. matrim. Auend. cap. 1. Indè emanauit pragm. 1. ſub tit. de Bruc. quæ mandat, vt Vniuerſitates curam habeant extirpationis Brucorum, & locuſtarum, nè damnum meſſibus ciuium inferant, arg. ex l. quemadmodum §. Magiſtratus ff. ad l. Aquil. Paris de ſindicat. verb. expenſę.

Onus etiam eſt Decurionum ſuper cuſtodia Ciuitatis, vt exiſtente ſuſpitione hoſtium, & curſarum, in locis
8 maritimis fiant excubiæ de nocte, vel die, vti neceſſitas exegerit, & claues

porta-

portarum hominibus probatę vitę ad conſeruandum dentur, Boer.tract. de cuſt.clau. Ann.ſing.63. Ripa de peſte par.2. nu.415.

Et correlariè non ſolùm bona in communi, & in priuato Decuriones cuſtodire ſunt obligati, ſed agendo, & defendendo ciues ab oppreſſionibus Baronum, & Potentium ſubleuare debent, aſſumendo onus in ſe, maxi
9 mè ſi in conſequentiam publicum læderetur, Cancer.lib.3. var.reſol. cap. 17.num.183. & dixi ſing.33. & ideò communiter Vniuerſitates dant capita contra Barones pro grauaminibus ciuium: Hæc & ſimilia, quæ publicam ciuium vtilitatem concernunt, Vniuerſitatis ſumptu explicari poterint.

Secundò principalitèr ad Vniuerſitates ſpectat cura habere eorum, quæ conueniunt publicę pietati, vndè moderatæ expenſę, quæ fiunt Mēdicantibus, Religioſis, & ſimilibus in
10 neceſſitatibus, vel ornamentis Eccleſiæ, in rationibus ſunt admictendæ,
11 cùm filij ſpirituales Ciuitatis dicantur, ac milites Dei, qui pro nobis preces fundendo laborant, Felyn.in c. cum Eccleſia col. 29. de Conſtitut. Auend.de exeq.mand. cap.10.num. 18.Surd.conſ.62. Indè quæ erogantur in feſtis Patronorū, pro eleemo-
12 ſynis, ſacrificijs, pro impetranda pluuia, fuganda peſte, fame, & ſimilibus, legitimè reputantur, Mexia de taxa panis concluſ.4.nu.5. Eſcobar de ratioc. cap.25.

Et dùm in anno præcedenti ſub die 30. Iulij 1627. terremotus magnus fuiſſet in Regno, ita quod in Prouincia Apuleæ multæ terrę funditus concuſſę fuerunt, quod reputatum fuit magnum prodigium, & cùm timor apprehendiſſet omnes, Regia Audientia Salerni mandauit Vniuerſitati, vt in cunctis Eccleſijs collegiatis ſubminiſtrarent expenſas, vt Sanctiſſimum Sacramentum exponeretur pro impetrāda à Domino miſericordia; Denegabant illi de Regimine accomodare cereos, & lumina neceſſaria, ſupponendo has expenſas pertinuiſſe ad Archiepiſcopum, & ad Rectores aliarum Eccleſiarum, ex Garſia de expenſ. cap.21. nu.36. Contrarium tamen decreuimus ex Bouad.in ſua polit.lib.5.cap.4. num. 14.qui firmat, Feſtiuitates, quę communem pietatem, & vtilitatem reſpiciunt, Communitatis expenſis fieri debere, arg.tex. in l.4. C. de pagan. & ſacrif.

Eadem controuerſia eſt circa alēdos Infantes expoſitos, nam Vniuerſitatem teneri, dixit Cępoll.caut.2. ex
13 eo, quod vulgariter filij Populi dicūtur, Surd.dė alim.q.81.tit.1. videtur inclinare in opinionem, vt teneatur Epiſcopus vti Pater deſolatorum, & Sola tract.de capiend.debit.p.3.glo. vnic.nu.8. Alij dixere, onus eſſe Principis, nàm vti bona vacantia, & morientium ſine hærede ad eum de iure pertinent, toto tit. C.de bon.vacant. lib.11. ità ſentire onus debet eorum, qui ſine facultate ſunt in ętate, vt de per ſe ali non poſſint, Bal. in l. ſi qua illuſtris C.ad S. C. orfic. ſed recepta eſt opinio, quod aut in loco ſunt deſtinata Hoſpitalia pietatis, & ad ipſa eſt recurrendam, vt in hac Ciuitate Neapolis eſt Eccleſia Sanctiſſimę Annunciatę, quę eos recipit, àlia autem Hoſpitalia, quę alia opera pietatis agunt, vltrà deſtinationem grauari non poſſunt, vti eſt concluſū in ordinationibus Domus Sacri Hoſpitalis Incurabilium, & in ſubſidium ijs deficientibus inter omnes prænominatos, onus eſt reparriendum, cùm
14 ad omnes ſpectare debeat, & repartitum minus grauat, iuxtà deciſion. Theſaur. 118.

Tertiò licitè impenditur per Vniuerſitates, pro ornatu, & ipſius decore, veluti in accomodatione viarum, platearum, ſedilium, horologiorum

Pro

Digitized by Google

pro erigenda domo in conuocan-
do Conſilio,& ſimilibus,Ioan.de
15 Plat. in l. nullus C. de curſu publ.
lib. 11. Garſ. de expenſ. cap. 21.
numer. 24. Sic in aduentu Principis
tranſeuntis per locos, aut in aduen-
16 tu noui Baronis, vel Epiſcopi,
Auend.de exequend.mand. cap.10.
numer. 17. Honor enim Reipublicę
cunctis omnibus eſt pręferendus,
argum. ex l.obſeruare §. antequàm
ff. de offic.Proconſ. l.vnica C.de
expenſ. lud. lib. 11. vbi notatur,
17 quod ſpectacula, & ludi publicam
lætitiam deſignant, & eſt decor
Vniuerſitatis,vt fiant.

Aduerte tamen,quod procedunt
allegata in prædictis omnibus caſi-
bus, dummodò expenſę non ſint
18 immoderatæ, vel quod Vniuerſi-
tas nón contrahat pro eis æs alie-
num, nàm tùnc licentia Principis
eſſet neceſſaria,tantò magis, quod
ſub iſto colore multæ fraudes per
Sindicos, & Electos fieri ſolent.

*I*tem etiam eſt aduertendum,
quod licèt *B*arones non debeant
in ijs ſe intromictere, tamen ius ſu-
perioritatis non eſt exceptum, vt
19 tam per viam grauaminis, ſeù
quęrelę ,quàm ex officio nó poſſint
prohibere Decurionibus immode-
ratas expenſas, & de iure non per-
miſſas, nàm tàm vti Baroni,quàm
vti primo ciui competit ius oppu-
gnandi, vbi apparet intereſſe,
fraus, vel colluſio, in damnum pu-
blicum, Felyn. in cap. cum omnes
tit. de Conſtitut. Guid. Pap. deciſ.
631. Boer. deciſ.232. Cancer. lib.
3.variar.reſol.cap.13. nu.183. de
Pont. in ſuo tract.tit.de abund.§.2.
num, 10. & diximus ſuprà cap.9.

Poſtremò antequàm abſoluam
hanc materiam pertinentium ad iu-
riſdictionem Baronis, vel ad autho-
ritatem Decurionum, ſubnectam
controuerſiam,quę accidit in facto,

An diſtributio hoſpitij, quando iuſ-
ſu Proregis,in terris Baronum mili-
20 tes mictuntur, de iure pertineat ad
Officiales Baronis, vel ad Sindi-
cum,& Electos: Prætendebat qui-
dam Baro, ſuum eſſe hoc ius; nàm
cùm mandare hoſpitia, ſit ſoli Prin-
21 cipi debitum, Andr. in cap. 1. §.
extraordinaria numer. 6. Quæ ſint
regal.& ſic locos deſtinare, Doctor.
in l.2.C.de Metat. & Epidem. lib.
11. Similitèr quando milites poſteà
accedunt ad locum deſignatum,
Baronis debet eſſe iuriſdictio hoſpi-
tij diſtribuendi, vti ſubrogati in
iuriſdictionalibus exequendis in lo-
cum Principis, & eadem ratio,quæ
eſt de toto quoàd totum, debet eſſe
quoàd partem, vulgata regula, vt
innuit Auend. de exequend.mand.
cap.8.in princip.par.2. Ex parte
Vniuerſitatis reſpondebatur, quod
literæ hoſpitij diriguntur eis,& non
Baronibus, & cùm onus ſit ciuium
hoſpitari; ipſorum erit hoſpitia
repartiri,vti expediens erat,Capyc.
in inueſt.verſic. incip. ad hoſpitia
in fine,Marc. Anton.Surgent.tract.
de Neapol. illuſtr. fol. mihi 290.
Amend ad Franch.deciſ.210.num.
97. & ità generali conſuetudine
eſſe receptum videmus, vndè mini-
mè ſunt mutanda, quæ antiquam
22 habuerunt interpetrationem, l.mi-
nimè ff. de legib. & ità in Regia
Audientia Hydruntina pro Vniuer
ſitate iudicauimus, idemquè obſer-
uauimus in materia bulectinorum
ſanitatis, dùm fuiſſet ob ſuſpictio-
nes peſtis datus ordo à Prorege,
vt in cunctis hoſtijs aſſiſtere debe-
rent Deputati pro ſcrutandis exte-
ris introeuntibus. *Prætendebant*
Barones ipſi eligere Deputatos, &
23 deducta in Tribunali cotrouerſia
contra eos diffiniuimus, vt electio
ſpectet ad Vniuerſitates, & ſic con-
ficere bulectinos, & fides ſanitatis,
&

Digitized by Google

& nè deſit authoritas, ita Fontan. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 10. part. 2. ex num. 16.

Et ſic ad gloriam Omnipotentis Dei finem imponam huic centuriæ practicarum quæſtionum, Rogo *Lectores*, vt ſi quid vtilitatis, & boni in eis inſpexerint, ipſi Deo O. M. attribuant, quid verò minus actè, honeſtus conatus excuſent: ijs in Sacro Feſtiuo Die 25. Martij 1629. extremam manum impoſui, quod diuino fatu imputaui, vt

24 quam ſemper à teneris annis humiliter colui, & auxilium in ijs laboribus inuocaui; dignata ſit, vt finem darem in hac die ſuæ Sanctiſsimæ Feſtiuitatis, in qua Mater Dei fuit electa, per eius enim manus omnia ad nos Altiſſimus concedere decreuit, vt inquit D. Bernardus in ſuis opuſc. dicens, nil Deus nos habere voluit, quod per manus Mariæ non tradatur. Ad eã ſemper recurramus, ipſam rogando non dubitamus, ipſa nos protegente non corruimus, Ipſa Duce non erramus: Aue ſidus principale, Alma Dei Mater vale, In ęternũ ęternorum digna Hæra Angelorum.

*F I N I S.*



Digitized by Google

# INDEX
## RERVM NOTABILIVM,
### QVAE IN HOC SECVNDO LIBRO CONTINENTVR.


A

ABbates, Epiſcopi, & Officiales, dicuntur honorarij ciues. c. 84. nu. 4
Abdicatio, & priuatio ad alios diuidit iuriſdictiones, c. 37. nu. 15
Abſentia à loco, non eſt legitima cauſa amittendi honores ciuitatis, c. 62. n. 3.
Abſoluta poteſtas, iuſta cauſa non regulata an potius tyrannidis, quam poteſtas dicatur, c. 2. n. 5
Abſoluta poteſtas reſidet in eo, qui eſt ſolutus legibus, & non cum alijs inferioribus, ib. n. 17
Acceſſorium reputatur uti principale, quando æquipollent, c. 95. nu. 19
Accuſare poteſt Pater pro filio, maritus pro vxore, ſocer pro nuru, & monacus pro monaſterio, c. 14. n. 3
Accuſare poteſt filius etiam abſque conſenſu patris, c. 44. n. 15
Accuſari de vſurpata iuriſdictione, an poſſit capiens ſuum ſubditum in aliena iuriſdictione, c. 19. num. 5
Accuſari, vel conueniri quis non poteſt in loco originis, ſi ibi non reperiatur, ſecus in loco domicilij, c. 60. n. 8. & 13
Acta facta à iudice ſecundarum cauſarũ ſunt nulla, ſi ſine termino iuris, non data appellatione ſe intromiſerit in prima inſtantia, c. 16. n. 8
Acta facta cum prædeceſſore, nocent ſucceſſoribus, c. 79. n. 12
Attendendũ eſt quod principaliter ſit, non quod in conſequentiam venit, c. 8. n. 12 c. 16. n. 18. & c. 45. n. 11.
Actio ciuilis quãdo deficit, ſed oritur naturalis, quid proſit, declaratur, c. 11. n. 18
Actio popularis, & exceptio ab vnoquoq; ciue exerceri poteſt, c. 25. nu. 3.
Actio iudicati realis, & perſonalis in loco debitoris eſt exequenda, c. 55. nu. 8
Actio contra vniuerſitatem nõ oritur ex mutuo recepto à Sindico, & Electis, niſi probetur, pecuniam in illius vtilitatem fuiſſe verſam, c. 83. nu. 7. limita ſi pecunia fuerit recepta mediante Concilio magno, vel generali. num. 9.
Actionem nemini dat factum voluntarium, & liberum, c. 6. n. 3.
Actiones ſunt ſatis diuerſæ, prætendere ius ratione feudi, vel iure priuato, cap. 76. n. 3


Actio-

Digitized by Google

*Actiones perſonales diſcontinuæ longiſſimo tempore acquiruntur, ibid. nu. 7.*
*Actuarij comprahenduntur appellatione officialium extenſiuè, c. 29. nu. 8*
*Actus qui præiudicant ſingulis vt ſingulis non nocent vniuerſitati, c. 5. n. 8*
*Actus voluntatis, & liberi non inducunt poſſeſſionem, neque præſcriptionem, c. 6. n. 1.*
*Actus attribuitur cauſæ proximæ, c. 39 n. 9*
*Actus ſucceſſiui, licet facti per perſonas diuerſas, ſi ſint continuati, conferunt ius vniuerſitati, c. 63. num. 22*
*Actus in dubio, vt poſſibile irritari non debet, c. 69. num. 17.*
*Actus poſſeſſiui, licet mille attentati poſt litem motam non ſuffragantur, cap. 79 n. 14*
